B 390231




FROM THE LIBRARY OF

Professor Karl Heinrich Rau

OF THE UNIVERSITY OF HEIDELBERG

PRESENTED TO THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN

BY

Mr. Philo Parsons

OF DETROIT

1871

DB
3
.F68

XIV

Digitized by Google

# FONTES RERUM AUSTRIACARUM.

# ŒSTERREICHISCHE GESCHICHTS-QUELLEN.

HERAUSGEGEBEN

VON DER

*HISTORISCHEN COMMISSION*

DER

KAISERLICHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN IN WIEN.

ZWEITE ABTHEILUNG.

**DIPLOMATARIA ET ACTA.**

**XIV. BAND.**

URKUNDEN ZUR ÄLTEREN HANDELS- UND STAATSGESCHICHTE DER REPUBLIK VENEDIG.

III. THEIL.

WIEN.

AUS DER KAISERLICH-KÖNIGLICHEN HOF- UND STAATSDRUCKEREI.

1857.

1857

# URKUNDEN

PARSONS LIBRARY
University of
MICHIGAN

ZUR

# ÄLTEREN HANDELS- UND STAATSGESCHICHTE

DER

# REPUBLIK VENEDIG

MIT

## BESONDERER BEZIEHUNG AUF BYZANZ UND DIE LEVANTE.

VOM NEUNTEN BIS ZUM AUSGANG DES FÜNFZEHNTEN JAHRHUNDERTS.

HERAUSGEGEBEN

VON

DR. G. L. FR. TAFEL UND DR. G. M. THOMAS,
MITGLIEDERN DER KÖNIGLICH BAYERISCHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN.

III. THEIL. (1256 — 1299.)

WIEN.
AUS DER KAISERLICH-KÖNIGLICHEN HOF- UND STAATSDRUCKEREI.
1857.

Digitized by Google

# Conspectus.


Pagina

CCCXXXI. Promissio Narzoti de Carceribus Veronæ, Raynerio Geno Duci facta de faciendo vivam guerram contra Guilielmum de Villarduin, Principem Achaiæ. A. d. 1256. 7 Jan. . . . . 1

CCCXXXII. Alia promissio Guilielmi, præfato Duci facta de faciendo vivam guerram contra dominum Guilielmum de Villarduin, Principem Achaiæ. A. d. 1256. 7 Jan. . . . . 7

CCCXXXIII. Conventio Guilielmi de Verona, facta cum Marco Gradonico de mandato Ducis Raynerii Geno. A. d. 1256. 7 Jan. . . . . 12

CCCXXXIV. Exemplar literarum patentium Narzoti de Carcere pro conventionibus et pactis, factis per eum et eius heredes cum nobili viro Marco Gradonico, de mandato domini Ducis Venetiæ Bajulo Nigropontis. A. d. 1256. 14 Jun. . . . . 13

CCCXXXV. Privilegium papale, Patriarchæ Gradensi concessum pro exceptione ecclesiarum Venetorum in Romania. A. d. 1256. 11 Jul. . . . . 16

CCCXXXVI. Privilegium papale pro honorificentiis Patriarchatus Gradensis. A. d. 1256. 14 Jul. . . . . 18

CCCXXXVII. Raynerius Geno, Dux Venetiarum, committit Potestati Veneto in Constantinopoli, ut monasterium s. Georgii maioris Venetiarum in possessione jurium suorum conservet atque defendat. A. d. 1256. 15 Aug. . . . . 23

CCCXXXVIII. Raynerii Geni Ducis licentia, Marco Gradonico cett. concessa. A. d. 1259. . . . . 24

CCCXXXIX. Raynerii Geni Ducis Potestas, Thomæ Justiniano cett. concessa. A. d. 1259. . . . . 25

CCCXL. Raynerii Geni Ducis Potestas, Thomæ Justiniano cett. concessa. A. d. 1259. . . . . 27

CCCXLI. Raynerii Geni Ducis licentia, Thomæ Justiniano cett. concessa. A. d. 1259. Aug. . . . . 28

CCCXLII. Ratificatio Raynerii Geni, Ducis Venetiarum, pacti quondam facti per virum nobilem, Marcum Gradonico. A. d. 1259. 1 Sept. . . . . 29

Pagina

CCCXLIII. Compositio et concordia, tractata et firmata inter Florentium, Acconensem Episcopum, et Josnnem, plebanum s. Marci Acconensis, occasione quæstionis inter eos vertentis super cura parochiali ecclesiæ s. Marci. A. d. 1260. 7 Jan. . . . . 31

CCCXLIV. Ratificatio compositionis antecedentis per capitulum Acconense. A. d. 1260. 19 Jan. . . . . 38

CCCXLV. Procuratio Raynerii Geno, Ducis Venetiarum, data Andreæ Barbadico, Bajulo Nigropontis, aliisque nobilibus Venetis de reconciliando Guilielmo Villarduino, Principe Achaiæ. A. d. 1261. 5 Jan. . . . . 39

CCCXLVI. Processus, formatus per Thomam, Episcopum Bethleem., de fortaliciis in Accon inter Januenses, Venetos ac Pisanos. A. d. 1261. 11 Jan. . . . . 39

CCCXLVII. Decretum majoris consilii de expensis pro armandis triremibus triginta, quæ in Romaniam mitti debebunt. A. d. 1262. 12 Mart. . . . . 44

CCCXLVIII. Pactum Guilielmi, Principis Achaiæ, cum Guilielmo de Verona, Crapella de Carceribus Veronæ et Narzoto de Carceribus Veronæ, dominatoribus Nigropontis, reconciliato illo cum Raynerio Geno, Duce Venetiarum. A. d. 1262. 15 Mai. . . . . 46

CCCXLIX. Reconciliatio et concordia facta per Guilielmum, Principem Achaiæ, cum nobilibus viris Andrea Barbadico, Bajulo Nigropontis, Joanne Delphino et aliis de discordia inter Raynerium Geno, Ducem, et comune Venetiarum ex una parte, et præfatum Guilielmum et gentem suam ex altera suborta. A. d. 1262. 16 Mai. . . . . 51

CCCL. Literæ Raynerii Geno, Ducis Venetiarum, ad Urbanum IV, Papam, de Romania. A. d. 1264. 8 Sept. . . . . 56

CCCLI. Thomas Franco, Episcopus Castellanus, fatetur, se pecuniam recepisse ab Joanne de Beryto, Presbytero, vicario suo. A. d. 1264. 27 Nov. . . . . 59

CCCLII. Pactum Sultani Aleppensis, Melek el nassir, ad petitionem nobilis viri, Joannis Secreto, factum. A. d. 1264. 1 Sept.—31 Dec. 60

CCCLIII. Literæ ejusdem Sultani. A. d. 1264. . . . . 61

CCCLIV. Potestas Raynerii Geno, Ducis Venetiarum, pro Jacobo Delphino et Jacobo Contareno, legatis, de treuga faciendа cum Michaele Palæologo, Imperatore Græcorum. A. d. 1265. 12 Mart. . . 62

CCCLV. Treuga Michaelis Palæologi Imperatoris cum Raynerio Geno, Duce Venetiarum. A. d. 1265. 8 Jun. . . . . 62

CCCLVI. Marcus Bembo et Petrus Geno, Venetorum legati ad Imperatorem Græcorum. A. d. 1267. 1 Nov. . . . . 89

CCCLVII. Pactum inter Balduinum II, Græcorum Imperatorem, et Theobaldum, Comitem Campaniæ. A. d. 1268. Mart. . . . . 90

CCCLVIII. Treuga Raynerii Geno, Ducis Venetorum, cum Michaele Palæologo, Græcorum Imperatore. A. d. 1268. 30 Jun. . . . . 92

Pagina

CCCLIX. Michaelis Palæologi Imp. ad Laurentium Theupulum, Ducem Venetiarum, de renovando foedere legatio. A.d. 1268. 30 Jul. 101

CCCLX. Andreæ Geno, Ducæ Cretensis, ad Laurentium Theupulum Ducem epistola. A. d. 1269. 1 Apr. . . . . 102

CCCLXI. Privilegium Leonis III, Regis Armeniæ, de securitate Venetorum. A. d. 1271. Jan. . . . . 115

CCCLXII. Pactum Regis Tunisii, Abu Abdallah Mohammed, quod fecit domino Joanni Dandulo, ambaxatori domini Ducis, quod fuit translatum de Saraceno in Latinum apud Venetias. A. d. 1271. Jun. . . . . 118

CCCLXIII. Potestas, Bajulo Nigropontis a Duce Veneto de mutuo faciendo commissa. A. d. 1271. 14 Aug. . . . . 122

CCCLXIV. Gregorii X Papæ epistola ad Laurentium Theupulum, Ducem Venetorum; ejusdem ad hujus filium epistola. A. d. 1272. . . 124

CCCLXV. Gregorius X Papa monasterio s. Georgii maioris Venetiarum beneficia a prædecessoribus concessa confirmat, atque alia nova elargitur. A. d. 1272. 13 Jan. . . . . 125

CCCLXVI. Concessio feudi, facta a Merineto de Carcere Veronæ in Negroponte. A. d. 1275. 1 Jan. . . . . 130

CCCLXVII. Commissio Jacobi Contareni, Ducis Venetiarum, pro Marco Bembo et Matthæo Gradonico, legatis ad Imperatorem Græcorum, Michaelem Palæologum. A. d. 1276. 2 Sept. . . . . 133

CCCLXVIII. Chrysobullium Michaelis Palæologi, Græcorum Imperatoris. A. d. 1277. 19 Mart. . . . . 133

CCCLXIX. Conventio inter Joannem de Monteforti et Ducem Venetorum. A. d. 1277. 1 Jul. . . . . 150

CCCLXX. Judicum Venetorum in causis piraticis contra Græcos decisiones. A. d. 1278. Mart. . . . . 159

CCCLXXI. Capitulare Comitis Jadræ. A. d. 1278. 11 Apr. . . . . 281

CCCLXXII. Procuratio Johannis Dandoli, Ducis Venetiarum, pro Johanne Cane Dandulo et Jacobo Theupulo, ambassatoribus, de conventione facienda inter Philippum, Imperatorem Constantinopolitanum, et Karolum, Regem Siciliæ. A. d. 1280. 28 April. . . 287

CCCLXXIII. Confirmatio pactorum et conventionum factarum inter Philippum, Imperatorem Constantinopolitanum, et Karolum, Regem Jerusalem. et Siciliæ, et nuntios domini Johannis Danduli, Ducis Venetiarum. A. d. 1281. 3 Jul. . . . . 287

CCCLXXIV. Aliud pactum confirmationis societatis inter prædictos dominos. A. d. 1281. 3 Jul. . . . . 296

CCCLXXV. Aliud pactum confirmationis conventionum, factarum et habitarum inter supradictos Barones. A. d. 1281. 2 Aug. . . . . 298

CCCLXXVI. Concordia firmata inter Johannem Dandulo, Ducem, et comune Venetiarum ex una, et Raymundum, Patriarcham Aquilejae, Albertum, Comitem Goritiæ, et comune Torgosti ex altera. A. d. 1285. 8 Mart. . . . . 308

## CCCXXXI.

**Promissio Narzoti de Carceribus Veronæ, Duci Raynerio Geno facta de faciendo vivam guerram contra Guillielmum de Villarduin, Principem Achadiæ.**

A. d. 1256, die 7. m. Januarii.

Autographum archivi Vindobonensis in pergameno, a tergo signatum: *1248. pactum Narzoti de Carceribus Veronæ tertiæ partis Nigropontis domini. In Nigroponte actum.* (XVIIII.) Altera manu: *Achaiæ Principis pactum pro Nigroponte nr. 48.* Alia denique: *pactum contra Principem Achadie.*

Rem ipsam breviter sic enarrat Andreas Dandulus in chronico l. c. p. 363 sq.: *Guilielmus de Villarduin, qui Guifredo fratri in Achaiæ Principatu successerat, Narzotum de Carceribus et Guilielmum de Verona, dominatores Nigropontis, ad se vocavit eosque detinuit, postea hostiliter accedens Nigropontem cepit, et Paulum Gradonico Bajulum cum Venetis de urbe expulit; ex quo gravis discordia inter Venetos et ipsum Principem est exorta. Quod Alexander Papa cognoscens, ne Græci in Imperio Romaniæ contra Catholicos potentiores efficerentur, prædictos monuit, ut zelo fidei et Romanæ ecclesiæ reverentia a novitatibus incœptis desisterent, ut acrius contra eos procedendi materiam non haberet.... Anno quarto Dux pro reprimendis offensis sibi a Principe illatis Marcum Gradonico cum VII galeis in Romaniam mittit, et, si civitas Nigropontis recuperari contingeret, illum Bajulum constituit; qui cum dominatoribus territoriorum confœderatus urbem viriliter recuperavit, et plures Nobiles resistentes captivavit.*

De rerum nexu v. Buchon. éclairciss. hist. p. 163 sqq.

Nos Narzotus de Carceribus Verone, tertie partis insule Nigropontis dominus, notum facimus universis presentem paginam inspecturis, quod cum nobili viro, Marco Gradonico, de mandato

domini Raynerii Geuo, Dei gratia incliti Ducis Venetie, pactum et conventionem fecimus in hac forma:

In nomine Dei eterni. Amen.

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagessimo sexto, mense Januarii, die septimo exeunte, indictione quinta decima. NIGROPONTE.

Nos Narzotus de Carceribus de Verona, dominus tertie partis insule Nigropontis, notum facimus omnibus presentem paginam inspecturis, quod per nos et heredes nostros promittimus domino nostro Raynerio Geno, Dei gratia inclito Duci Venetie, Dalmatie atque Croatie, domino quarte partis et dimidie totius Imperii Romanie, et ejus successoribus, et toti civitati Venetie, recipientibus vobis nobilibus viris, domino Marcho Gradonico, de suo mandato Bailo Nigropontis, et Michaeli Barbadico et Petro Fuscarino, consiliariis, nomine et vice ipsius domini nostri Ducis et comunis Venetie per virtutem et potestatem unius comissionis vobis facte et tradite ab eisdem, cujus tenor inferius continetur, vivam guerram contra dominum Guillielmum de Villarduini, Principem Achadie, et coadjutores suos; et cum eo vel eis non faciemus paeem, treuguam, concordiam, pactum seu aliquam conventionem sine verbo et mandato ipsius domini nostri Ducis et comunitatis Venecie, vel Bajuli, qui pro domino nostro Duce esset in partibus istis. Nec etiam tractabimus per nos, seu per aliquam aliam personam tractari faciemus cum dicto Principe Achadie et adjutoribus suis per aliquam formam vel ingenium absque vestra parabola et mandato, ut dictum est supra.

Et debemus facere jurare ad evangelia saneta Dei omnes vasallos et homines nostros de omnibus locis nostris illos, qui nunc sunt, vel pro aliquo tempore erunt, quod per se observabunt omnia supradicta, sicut nos observare tenemur; et quod dabunt operam toto suo posse, quod nos et heredes nostri observare et attendere debeamus omnia

pacta et conventiones predictas, et non contraire per aliquod tempus.

Et si acciderit, quod nos aut heredes nostri presumeremus ire vel facere contra dominum nostrum Ducem et comunitatem Venecie, seu pacta et conventiones non observare aliquo modo vel forma, dicti vasalli et homines nostri cum dicto domino nostro Duce et comunitate Venecie erunt contra nos et heredes nostros, quousque emendabimus offensas et injurias illatas ad voluntatem rationabilem dicti domini nostri Ducis et comunitatis Venecie, seu Bajuli, qui pro tempore loco ipsius domini nostri Ducis fuerit in partibus istis.

Nos autem Narzotus de Carceribus de Verona per nos et heredes nostros juravimus ad evangelia sancta Dei, ita attendere et observare et non contraïre aliquo modo vel forma.

Hec autem predicta et singula predictorum vos, domine Baiule et consiliarii predicti, nomine et vice ipsius domini nostri Ducis et comunitatis Venecie per virtutem comissionis predicte nobis promisistis, quod dictus dominus noster Dux et comunitas Venecie cum suis successoribus sic attendent et observabunt, ut superius denotatur.

Et promisistis, quod dictus dominus noster Dux faciet presentem paginam sui sigilli munimine roborari, et quod faciet omnes Baiulos et consiliarios, qui pro ipso domino nostro Duce ad partes istas advenerint, in introitu sui regiminis ad evangelia sancta Dei jurare, quod omnia supradicta toto suo posse observabunt: tali condictione, quod nos Narzotus, vassalli et homines nostri debemus semper usque ad dictam guerram finitam in introitu Baiulorum et consiliariorum predictorum renovare sacramenta predicta. Et si aliquis vassallorum vel hominum nostrorum non esset in insula Nigropontis, vel esset impeditus, ita, quod predicta sacramenta tunc temporis renovare non

posset, de primo sacramento teneatur, donec ipsa sacramenta renovabit, ut superius continetur.

Tenor comissionis, de qua facta est mencio desuper, talis est:

„Nos Raynerius Geno, Dei gratia Venecie, Dalmacie atque Croacie Dux, dominus quarte partis et dimidie tocius Imperii Romanie, notum facimus universis presentem paginam inspecturis, quod per nos et nostrum consilium nomine nostri comunis Venecie de voluntate nostri maioris consilii comittimus nobili viro, Marcho Gradonico, de nostro mandato Baiulo Nigropontis, et nobilibus viris, Michaeli Barbadico et Petro Fuscareno, ejus consiliariis, fidelibus nostris, et plenam virtutem et potestatem sibi damus auctoritate presentium agendi, tractandi, componendi, pacta et conventiones faciendi et firmandi pro nostro comuni cum nobilibus viris, Guillielmo de Verona et Narzoto de Carceribus de Verona, dominatoribus in Nigroponte, fidelibus nostris, concessiones, investitiones et promissiones faciendi, atque recipiendi ab eis promissiones et sacramenta pro nobis et comuni Venecie, et generaliter omnia faciendi in predictis et circa predicta, que fuerint opportuna; promittentes nomine nostri comunis Venecie, firmum et ratum habere, quicquid dictus Baiulus et consiliarii vel maior pars eorum[1]) in predicta duxerint faciendum.

Et ut hec nostra comissio firmitatem obtineat, eam nostro sigillo fecimus comuniri.

Data in nostro Ducali palatio, anno Domini millessimo ducentessimo quinquagessimo sexto, indictione quinta decima, die secundo intrante, mense Octubris.“

Et ut hec promissio robur plene obtineat firmitatis, ipsam nostro sigillo fecimus sigillari et per manum publicam roborari.

---

[1]) Diploma: *Baiulus vel maior eorum* [pars] *et consiliarii.*

Testes fuerunt:

dominus Guillielmus de Rocha,
dominus Villigordus,
Franciscus de Verona,
Petrus Bosius,
Zufredus de Parma,
Phylipus Sanuto,
Vitalis Cornario,
Phylipus de Molino,
Johannes Sanuto,

et alii plures.

Actum in Nigroponte, in maiori domo comunis Venecie, que condam fuit domini Ravani de Carceribus de Verona.

Sciendum est, quod, licet dicatur superius in dicto pacto, quod dominus Dux et comune Venecie debent facere vivam guerram contra dictum Principem et coadjutores suos, hoc fieri et intelligi debet tantum in Imperio Romanie et contra coadiutores suos, hec fieri et intelligi debent solum contra illas personas, que venient et stabunt cum dicto Principe contra nos.

Item, licet quod dicatur superius in dicto pacto, quod dominus noster Dux et comune Venecie non debent tractare cum dicto Principe seu coadjutoribus suis per se, seu per aliquam personam tractari facere sub aliquo modo, forma vel ingenio, sine nobis et nostro verbo, tamen licitum sit domino nostro Duci et comuni Venecie inquirere et tractare, audire et intelligere de facto pacis; sed non debeant facere nec firmare sine nobis et nostro verbo. Sed Baiulus et consiliarii Nigropontis, fideles sui, non debeant tractare nec tractari facere sine nobis vel nostro verbo; ymmo teneantur inde, sicut superius continetur.

Unde ad peticionem nobilis viri, Andree Barotii, de mandato domini nostri Ducis nunc Bajuli Nigropontis, et nobilium virorum, Pangracii Barbo et Marci Premarino, consiliariorum

ejus, predictam conventionem et pactum ratificantes, fecimus nostro sigillo pendenti muniri et manu publica muniri, currente millesimo ducentesimo anno quinquagesimo octavo, indictione prima, die Mercurii VI intrantis Augusti, presentibus:

domino Guilielmo de Rocha,

domino Villigordo,

domino Francisco de Verona,

domino Jacobo Dandulo et domino Phylippo Belegno, ambaxatoribus in Romaniam;

domino Martio de Zuglano, Potestate in Nigroponte.

domino Lazaritiorum,

domino Danielle Paizi,

domino Johanne Sanuto,

domino Guidone de Genercnis,

domino Danielle Sucm (sic) de Verona[1]),

domino Nicola de Limine,

domino Butarello de Carceribus de Verona,

et aliis.

Actum in NIGROPONTE, in cancellaria comunis Venecie.

Ego quidem Gualfredinus de Rolando Petri Ellice, sacri Imperii notarius, ad petitionem nobilis viri, domini Victoris Delfini, de mandato domini Ducis Venecie Baiuli Nigropontis et s*[uorum]* c*[onsiliariorum]* Johannis Vigl̃oi (sic) et Phylipi de Equillo, hoc exemplum ex auctentico facto *(factum?)* per manum Zamboni de Cariolla, domini Federici secundi, Romani Imperatoris, notarii, et sigillo cereo integro dicti domini condam Narzoti munitum vidi, legi et cum diligentia exemplavi bona fide, sine fraude, nil addens nec minuens, quod sententiam mutet; complevi meoque sigillo roboravi, currente anno Domini millesimo CCLXXV, ind. III$^{a}$, XI intrante, Madio.

Actum in NIGROPONTE in domibus, ubi dictus Bajulus habitat.

---

[1]) Suberit: Sucrino s. Sucerino, coll. infra p. 11.

## CCCXXXII.

**Item alia promissio Guillielmi, prefato domino Duci facta de faciendo vivam guerram contra dominum Guillielmum de Villaarduin, Principem Achadie.**

A. d. 1256, die 7. m. Januarii.

Liber Albus fol. 104 eâ, quæ antecedit. inscriptione. Liber Pactorum IV, 306.

Nos Guillielmus de Verona, dominus tercie partis insule Nigropontis, notum faeimus universis, presentem paginam inspeeturis, quod eum nobilli viro, Marco Gradonieo, de mandato domini Raynerii Geno, Dei gratia ineliti Dueis Veneeie, paetum et eonventionem feeimus in hae forma:

In nomine Domini nostri Dei eterni. Amen. Ab inearnatione Domini nostri Jhesu Christi millesimo CC quinquagesimo sexto. mense Januarii, die septimo exeunte, indietione quintadeeima. Nigroponte.

Nos Guillielmus de Verona, dominus tercie partis insule Nigropontis, notum faeimus universis presentem paginam inspeeturis, quod per nos et heredes nostros promittimus domino nostro Raynerio Geno, Dei gratia inelito Duei Veneeie, Dalmaeie atque Chroaeie, domino quarte partis et dimidie toeius Imperij Romanie, et eius sueeessoribus. et toti eomunitati Veneeie, reeipientibus uobis domino Marco Gradonieo, de suo mandato Baiulo Nigropontis, Michaeli Barbadieo et Petro Fuscarino, eonseiliariis, nomine et uice ipsius domini nostri Dueis et eomunitatis Veneeie, per uirtutem et potestatem unius eomissionis uobis facte et tradite ab eisdem, euius tenor inferius eontinetur, faeere viuam guerram eontra dominum Villielmum de Villarduin, Prineipem Achadie, et eoadiutores suos. et eum eo uel eis non faeiemus paeem, treuguam, eoneordiam, pactum seu aliquam eonuentionem sine uerbo et mandato ipsius domini nostri Dueis et eomunitatis Veneeie. uel Baiuli, qui pro

domino nostro Duce esset in partibus istis. Nec etiam tractabimus per nos, seu per aliquam aliam personam tractari faciemus cum dicto Principe Achadie et coadiutoribus eius per aliquam formam uel ingenium absque vestra parabola et mandato, ut dictum est supra.

Et debemus facere iurare ad euangelia sancta Dei omnes uasallos et homines nostros de omnibus locis nostris illos, qui nunc sunt uel pro tempore erunt, quod per se obseruabunt omnia supradicta, sicut nos obseruare tenemur. Et quod dabunt operam toto suo posse, quod nos et heredes nostri obseruare et attendere debeamus omnia pacta et conuentiones predictas, et non contraire per aliquod tempus.

Et si accideret, quod nos aut heredes nostri presumeremus *[ire]* uel facere contra dominum nostrum Ducem et communitatem Venecie, seu pacta et conuentiones non obseruare aliquo modo uel forma, dicti uasalli et homines nostri cum dicto domino nostro Duce et communitate Venecie contra nos et nostros heredes erunt, quousque emendabimus offensas et iniurias illatas ad uoluntatem rationabilem dicti domini nostri Ducis et communitatis Venecie seu Baiuli, qui pro tempore loco ipsius domini nostri Ducis fuerit in partibus istis.

Nos autem Guillielmus de Verona per nos et heredes nostros iurauimus ad sancta Dei euangelia, ita attendere et obseruare, et non contraire aliquo modo uel forma.

Et ad maiorem firmitatem dare debemus dicto domino nostro Duci vnum ex filijs nostris pro obside, recipientibus uobis dominis Baiulo et conciliarijs predictis, sicut continetur in pacto maiori, usque ad guerram finitam. Finita uero guerra predicta dictum filium nostrum dictus dominus noster Dux et comune Venecie absque Dei impedimento nobis dare et reddere debet.

Hec autem predicta et singula predictorum, uos domini Baiule et conciliarij predicti, nomine et uice ipsius domini nostri Ducis et communitatis Venecie per uirtutem comissionis predicte

nobis promisistis, quod dictus dominus noster Dux et comunitas Venecie cum suis successoribus sic attendent et obseruabunt, ut superius denotatur.

Et promisistis, quod dictus dominus noster Dux. faciet presentem paginam sui sigilli munimine roborari; et quod faciet omnes Baiulos et consciliarios, qui pro ipso domino Duce ad partes istas aduenerint, in introitu sui regiminis ad euangelia sancta Dei iurare, quod omnia supradicta toto suo posse obseruabunt, tali condictione, quod nos Guillielmus, vassalli et homines nostri debemus semper usque ad dictam guerram finitam in introitu Baiulorum et consciliariorum predictorum renouare sacramenta predicta. Et si aliquis vassallorum uel hominum nostrorum non esset in insula Nigropontis, uel esset impeditus, ita, quod predicta sacramenta tunc temporis renouare non posset, de primo sacramento teneatur, donec ipsa sacramenta renouabit, ut superius continetur.

Tenor comissionis, de qua superius facta est mentio, talis est:

„Nos Raynerius Geno, Dei gratia Venecie, Dalmacie atque Chroacie Dux, dominus quarte partis et dimidie tocius Imperij Romanie, notum facimus vniuersis presentem paginam inspecturis, quod per nos et nostrum conscilium nomine nostri comunis Venecie de uoluntate nostri maioris conscilii comittimus nobilli viro, Marco Gradonico, de nostro mandato Baiulo Nigropontis, et nobillibus uiris, Marco Barbadico et Petro Fuscarino, eius consciliarijs, fidelibus nostris, et plenam uirtutem et potestatem sibi damus autoritate presentium agendi, tractandi, componendi, pacta et conuentiones faciendi et firmandi pro nostro comuni cum nobillibus uiris, Guillielmo de Verona et Narzoto de Carceribus de Verona, dominatoribus in Nigroponte, fidelibus nostris, concessiones, inuestitiones et promissiones faciendi, atque recipiendi ab eis promissiones et sacramenta pro nobis et comuni Venecie, et generaliter omnia faciendi in predictis et circha

predicta, que fuerint oportuna; promittentes nomine nostri comunis Venecie, ratum et firmum habere, quicquid dictus Baiulus et conseiliarii uel maior pars eorum in predictis fuerit (l. *duxerint*) faciendum.

Et ut hec nostra comissio firmitatem obtineat, eam nostro sigillo fecimus comuniri.

Data in nostro Ducali palatio, anno Domini millessimo ducentessimo quinquagessimo sexto, indictione quinta decima, die secundo intrante, mense Octubris."

Et ut hec promissio robur plene obtineat firmitatis, ipsam nostro sigillo fecimus sigillari et per manum publicam roborari.

Testes fuerunt:

dominus Guillielmus de Rocha[1]),
dominus Villegordus,
Franciscus de Verona,
Petrus Bosius,
Zufredus de Parma,
Phylipus Sanudus,
Vitalis Cornario,
Phylipus de Molino,
Johannes de Sanuto[2]),

et alii plures.

Actum in NIGROPONTE in maiori domo comunis Venecie, que condam fuit domini Rauani de Carceribus Verone.

Sciendum est, quod, licet dicatur superius in dicto pacto, quod dominus Dux et comune Venecie debent facere uiuam guerram contra dictum Principem et coadiutores suos, hoc fieri et intelligi debet tantum in Imperio Romanie et contra coadiutores suos, hec fieri et intelligi debe*n*t solum contra illas personas, que uenient et stabunt cum dicto Principe contra nos.

[1]) de Rochis LP. | [2]) Joh. Sanudus LP.

Item, licet quod[1]) dicatur superius in dicto pacto, quod dominus noster Dux et eomune Venecie non debent tractare cum dicto Principe seu coadiutoribus suis per se, seu per aliquam personam tractari facere sub aliquo modo uel ingenio sine nobis uel nostro uerbo, tamen licitum sit domino nostro Duci et comuni Venecie inquirere et tractare, audire et intelligere de facto pacis; sed[2]) debeant facere nec firmare sine nobis et nostro uerbo. Sed Baiulus et consciliarii fideles sui non debeant tractare nec tractari facere sine nobis et nostro uerbo; ymmo teneantur inde, sicut superius continetur.

Unde ad pecticionem nobillis uiri Andree Barotij, de mandato dicti domini Ducis nunc Baiuli Nigropontis, et nobillium uirorum, Pangracii Barbo et Marci Premarino, consciliariorum eius, predictam conuentionem et pactum ratificantes, fecimus nostro sigillo pendenti muniri et manu publica roborari, currente anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo VIII, indictione prima, die Mercurii VI intrante, mense Augusti, presentibus:

domino Guillielmus de Rocha[3]),
domino Villegordo,
domino Francisco de Verona,
domino Jacobo Dandulo et
domino Phylipo Belegno[4]),
domino Martio Zuglano[5]), Potestate Nigropontis,
domino Leone Lazaritio,
domino Daniele Piaza,
domino Johanne Sanuto,
domino Guidone de Zeneronis[6]),
domino Daniele Sučin[7]) de Verona.

---

[1]) I. e. item quod, licet. ut in antecedentibus.
[2]) Adde non.
[3]) de Rochis LP.
[4]) Bellegno LP.
[5]) de Zugl. LP.
[6]) Zenerenis LP.
[7]) Sucino LP.

domino Nicola de Limine,

domino Butarello de Carceribus de Verona,

et alijs.

Actum in NIGROPONTE in cancellaria comunis Venecie.

Ego quidem Gualfredinus Petri de Rolando Petri Elice, sacri Inperij notarius, hoc exemplum ex autentico facto per Zambonum de Cariola, notarium domini Frederici secundi, Romanorum Imperatoris, ad peticionem nobillis uiri domini Victoris Delfini, de mandato domini Ducis Baiuli Nigropontis, et suorum consiliariorum uidi, legi et eum dilligentia exemplaui bona fide, sine fraude, nil addens uel minuens, quod sententiam mutet; quod uero auctenticum erat sigillatum bulla pendente cerea sigilli quondam domini Guillielmi de Verona. Vnde presens scriptum meo signo ad supradictorum peticionem roboraui, currente millesimo CCLXXV, indictione III, XI intrante, Madio.

Actum NIGROPONTE in domibus, ubi dictus dominus Bailus habitabat.

## CCCXXXIII.

### Conventio Guillielmi de Verona, facta cum Marco Gradonico de mandato Ducis Rayneril Geno.

A. d. 1256, die 7. m. Januarii.

Liber Albus fol. 106 (huc spectare videtur, quod legitur in fine fol. 96[d]: *simile pactum habemus cum domino Guilielmo*).

Nos Guillielmus de Verona, dominus tercie partis insule Nigropontis, notum facimus vniuersis presentem paginam inspecturis, quod cum nobilli viro, Marco Gradonico, de mandato domini Raynerii Geno, Dei gratia inclíti Ducis Venecie, pactum et conuentiones fecimus in hac forma:

In nomine Dei eterni. Amen. Anno domini millesimo CC quinquagessimo sexto, mense Januarij, die septimo exeunte, indictione quinta decima. NIGROPONTE.

Nos Guillielmus de Verona, dominator tercie partis insule Nigropontis, notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod nobillis uir, Marcus Gradonico, de mandato domini Raynerij Geno, Dei gratia illustris Ducis Veneciarum, Baiulus Nigropontis, et uiri nobiles, eius consciliarij, Michael Barbadico et Petrus Fuscarinus, per uirtutem et potestatem sibi traditam per commissionem: Desunt reliqua: vacua scilicet fol. 107ª—107ᵈ.

## CCCXXXIV.

**Exemplar quarundam literarum patentium Narzoti de Carcere pro conuentionibus et pactis factis per eum et eius heredes cum nobili uiro Marco Gradonico, de mandato domini Ducis Venecie Baiulo Nigropontis.**

A. d. 1256, die 14. m. Junii.

Liber Albus fol. 95. Liber Pactorum I, fol. 189 verso.

Nos Narzotus de Carcere Verone notum facimus vniuersis presentem paginam inspecturis, quod conuenimus et pactum fecimus per nos et heredes nostros imperpetuum cum nobili uiro, Marco Gradonico, de mandato illustris uiri domini Ducis Venecie Baiulo Nigropontis, nomine et uice ipsius domini Ducis et communis Venecie seu successorum eius, ut inferius continetur.

Nos Narzotus de Carcere Verone promittentes promittimus per nos et heredes nostros imperpetuum uobis nobili uiro, Marco Gradonico, de mandato dicti illustris domini Ducis Baiulo Nigropontis, esse fideles homines legios *(ligios)* dicti illustris domini Ducis et communis Venecie contra omnes personas, qui possunt uiuere siue mori.

Et uolumus ab ipso illustri uiro domino Duci et comuni Venecie tenere et habere totum illud terzerium Nigropontis, quod ad nostras manus hactenus habebamus et tenebamus.

Item uolumus, quod Castrum pontis, precise quod est iuxta marc, debeat esse ad manus dicti domini illustris Ducis et

comunis Venecie imperpetuum, et de ipso Castro faciant et facere debeant ad suam propriam uoluntatem.

Item uolumus, quod totum comerclium, precise quod pertinet premisso terzerio, debeat ad manus dicti illustris domini Ducis et comunis Venecie imperpetuum peruenire loco tributi illorum yperperorum septingentorum, que uobis dare tenebamur per Pactum uetus omni anno: saluo tamen, quia causa premissa comercli placuit uobis omnia bona nostra francha permittere; et etiam omnes homines nostros uoluistis esse franchos in eodem statu, secundum quod erant, quando intromissimus terzerium de Loreo[1]).

Et etiam uoluistis, quod omnes burgenses esseut franchi, secundum quod eos ad dictum tempus franchauimus.

Item retinuistis in uobis totum campum unum et tenutam, secundum quod habebatis.

Et insuper uobis damus imperpetuum totam burgesiam a sancta Maria Cruciferorum uersus Castrum pontis; et etiam aliam burgesiam, que est a mari uersus burgesiam uestram: ita tamen, quod uia aperta remaneat imperpetuum, sicut modo est.

Et etiam damus uobis aliam burgesiam, que est a uestra burgesia usque ad domum domini Odonis de Çuchono, tali ordine, quod ipsas habeatis et possideatis, et in eis facere possitis rationem et iustitiam, sicut et nos facimus in nostra tenuta.

Item dabimus uobis examita aurea, honorificentias seu iurisdictiones, secundum quod antiqui patres uostri dicto illustri domino Duci et comuni Venecie consueuerunt exhibere: videlicet unum examitum auro textum honorabile pro dicto illustri domino Duce Venecie, et unum alium pannum ad ornatum altaris ecclesie sancti Marci[2]).

Item dari faciemus laudes dicto illustri domino Duci Venecie et eius successoribus semper ter in anno: in Nativitate, Paschate

[1]) I. e. Oreo, in litore boreali Euböæ. | [2]) Cfr. T. II, p. 93.

et in festo sancti Marci, et debemus facere in maiori ecclesia decantari.

Item habere debeatis imperpetuum modiam et mensuras ad uinum et oleum mensurandum tali quidem ordine. Debet enim cum nostris modiis et mensuris vinum Venetorum et oleum mensurari, cum suum vinum et oleum uenerit ad uendendum. Cum autem uinum et oleum ab alijs comparabitur, ipsum uinum et oleum cum mensuris illis et modijs mensurari debet, cum quibus hic aliorum uirorum vinum et oleum mensuratur.

Item debemus ponderare cum stateris uestris, que ponderanda erunt, per totam insulam Nigropontis, et non alijs stateris et robis, nisi cum uestris.

Item dabimus ecclesie sancti Marci tantos et tales redditus, unde ualeant iugiter duo clerici in eadem ecclesia ad seruiendum Domino honorifice commorari.

Item omnes homines de Venecia debeant esse salui, franchi et securi et liberi per totam insulam Nigropontis in personis et rebus, euntes, stantes et redeuntes sine aliqua dactione.

Item faciemus iurare ad euangelia sancta Dei omues uassallos et homines nostros de omnibus locis nostris, attendere et obseruare omnia pacta et conuentiones premissa et infrascripta, et non contrauenire per aliquod tempus. Et si accideret, quod nos presumeremus ire uel facere contra illustrem dominum Ducem et comune et homines Veneeie, seu pacta et conuentiones non obseruare aliqua forma, quod dicti vassalli et homines nostri contra nos erunt toto suo posse, usque quo emendabimus offensas et iniurias illatas ad uoluntatem rationabilem domini Ducis et comunis Venecie seu Baiuli, qui pro tempore loco ipsius ad partes istas comparuerit.

Item promittimus facere uiuam guerram contra Principem Achaie et coadiutores suos per nos et nostros heredes imperpetuum. Et cum eo uel eis non faciemus pacem, treuguam, concordiam, pactum seu aliquam aliam condictionem sine uestra

parabola et mandato; nec etiam tractabimus seu tractari faciemus per nos uel per aliquam personam cum dicto Principe et coadiutoribus eius per aliquam formam absque vestra parabola, ut dictum est.

Omnia autem et singula suprascripta personaliter juramus ad sancta Dei euangelia tenere et obseruare, nec contrauenire aliqua forma siue ingenio per nos et heredes nostros imperpetuum uobis et uestris successoribus. Sed sciendum est, quod, si dictus Princeps obseruauerit pacta et conuentiones nostras et uestras, vos et nos de sacramento predicto non teneamur.

Et ad maiorem firmitatem presens pactum nostri sigilli pendentis munimine fecimus roborari.

Data apud THEBAS currente anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, indictione quarta decima, die quarto decimo, intrante Junio.

## CCCXXXV.

**Privilegium papale Patriarche Gradensis pro exceptione ecclesiarum Venetorum in Romania.**

A. d. 1256, die 11. m. Julii.

Liber Albus fol. 68.

Alexander Episcopus, seruus seruorum Dei, venerabilli fratri, Patriarche Gradensi[1]), salutem et apostolicam benedictionem.

Lecta coram nobis fraternitatis tue petitio continebat, quod bone memorie Mathens, Patriarcha Constantinopolitanus, de canonicorum suorum assensu omni juri, quod sibi ex privilegio vel concessione apostolica aut aliquo modo alio in ecclesiis Venetorum tam in Constantinopoli, quam in alijs Imperii Constantinopolitani partibus constitutis tibi metropolitico jure subiectis penitus renunciauit, uolens, ut eedem ecclesie, sua justitia non priuate, pleno suo iure uterentur, et sine aliqua exactione forent libere, et ab omni jurisdicione sua et suorum successorum

[1]) Est hic Fr. Angelus Maltraversus, Venetus, ex Ord. Praedicatorum. Ughelli l. c. V, 1137.

exempte, prout in literis eiusdem Patriarche confectis exinde ac ipsius sigillo munitis plenius uidimus contineri.

Nos igitur tuis supplicationibus inclinati, quod per eumdem Patriarcham prouide factum est, in hac parte ratum habentes et gratum, id auctoritate Apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, ipsarum literarum tenorem de uerbo ad uerbum presentibus inseri facientes, qui talis est [1]):

*In nomine Domini Dei et Saluatoris nostri Yhesu Christi. Amen. Anno Domini millesimo CCXX* (primo), *mense Januarii, die ultimo, indicione nona. Rome.*

*Dignitatis nostre offitium decenter et utiliter tunc exequi comprobamur, cum collatam unicuique ecclesie Constantinopoli posite libertatem solicitudine prouida custodimus, et ipsis ecclesijs iura sua illibata curamus et integre conseruare. Sicut enim nulli in ultra, quam mereatur, aliquid a nobis est fauore gratie concedendum, ita nemini, quod sui juris esse dignoscitur, a nobis est ullatenus denegatum. Igitur nos Matheus, diuina fauente gratia Constantinopolitanus Patriarcha, quia manifestum et certissimum nobis est, quod Venetorum Ecclesie, que tam in urbe Constantinopoli sunt, quam in alijs Imperii partibus constitute, nulli Patriarcharum Grecorum fuerint aliqua umquam conditione subiecte, sed in omnibus, et in spiritualibus, et in temporalibus, sine exactione aliqua cum omnibus pertinentijs suis libere esse*[nt], *dominus Papa Honorius concessit nobis, in cunctis Romanie Ecclesijs plenam et integram iurisdicionem habere, in hoc, si quod juris habemus uel ratione priuilegii uel concessionis a dicto domino summo Pontifice nobis facte, aut aliquo modo alio, ipsi juri nostro nostrorum canonicorum consensu prorsus renuntiamus, ut Ecclesie ipse sua iustitia non priuate pleno suo iure utantur, et sine aliqua exactione sint libere et ab omni nostra et*

[1]) Cfr. huius Collectionis nr. CCLIX, T. II, p. 225.

*successorum nostrorum jurisdicione exempte. Hec autem, que continentur superius, canonicorum nostrorum consensu cum nostris successoribus nos promittimus seruaturos; et si in aliquo contra temptauerimus veniendum, vobis domino Angelo Barocio, Gradensi per Dei gratiam Patriarche, uestrisque successoribus et omnibus Episcopis, Abbatibus aliarumque Ecclesiarum Prelatis, qui Ecclesias habent in Imperio infrascripto, eorumque successori unicuique, cui non seruaretur comissio supradicta, cum nostris successoribus debeamus pene nomine emendare marchas puri argenti centum; et pena soluta, uel non, que supra scripta sunt, firma semper in perpetuum perseverent.*

*Ego Matheus, Dei gratia sancte Constantinopolitane Ecclesie Patriarcha, subscripsi.*

*Ego Phylippus, canonicus Constantinopolitane Ecclesie et procurator capituli in ellectione Patriarche, subscripsi.*

*Ego Johannes Istrego, canonicus Constantinopolitanus et procurator capituli in ellectione Patriarchali, subscripsi.*

*Ego Stephanus Betani, testis.*

*Ego Jacobus Teuplo, testis.*

*Ego Bartholomeus, sancti Petri presbiter et notarius, complevi et roboravi.*

Nulli ergo omnino homini liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum ANAGNIE, V Id. Julii, pontificatus nostri anno secundo.

## CCCXXXVI.

**Privilegium papale pro honorificentijs Patriarchatus Gradensis.**

**A. d. 1256, die 14. m. Julii.**

Liber Albus fol. 69.

Cfr. Raynaldi Ann. Eccles. a. 1256. §. 40: *„Navarunt in eo bello egregiam ecclesiae operam Veneti tum in Patavio*

*expugnando, tum in Ezelino castris propulsando, ad quorum gratiam Alexander Gradensi Patriarchae auctoritatem contulit, ut in omnibus ecclesiis, quas Veneti in oriente obtinerent, Episcopum praeficere posset; tum aliis amplissimis auxit privilegiis, quae subiecto diplomate continentur*". — Cfr. diploma Adriani IV apud Ughellum l. l. V, 1123.

Alexander Episcopus, seruus seruorum Dei, venerabilli fratri Patriarche Gradensi eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Apostolice officium dignitatis et credite nobis dispensationis debitum utiliter exequi comprobamur, cum collatam unicuique Ecclesie dignitatem prouida solicitudine custodimus, et singulis Ecclesijs iura sua illibata studemus et integre conseruare. Sicut enim non est concedendum alicui, quod iniuste requirit, ita nemini, quod sui iuris est, a nobis conuenit denegari. Eapropter venerabilis [1]) in Christo frater, Angele Patriarcha, tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu, Gradensem Ecclesiam, cui Deo auctore presse dinosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti priuilegio communimus. Igitur predecessorum nostrorum felicis memorie, Pelagii, Alexandri, Urbani secundi, Adriani, Alexandri, Lucij, Urbani tercij, Clementis et Innocentij tercij, vestigiis inherentes, illius precipue constitutionis tenorem seruantes, quam predecessor noster Leo nonus Papa sanciuit et synodali juditio et privilegii pagina confirmauit, tibique tuisque successoribus canonice substituendis patriarchalem concedimus dignitatem et magisterium Gradensis Ecclesie gerendum, in hiis tantum finibus, confirmamus, qui per supradictos predecessores nostros eidem noscuntur Ecclesie constituti. Episcopalium preterea cathedrarum urbes, id est Castellum, Torcellum, Matamaucum, Caprulum [2]), Civitatem Novam, Equilum, Veglam, Arbem et Auserum [3]), memorate Gradensi

[1]) Hic incipit Raynaldus.
[2]) Caprulium R.
[3]) Ausetium R.

Ecclesie tamquam sue metropoli ad exemplar felicis recordationis Anastasij Pape, predecessoris nostri, subiectas esse decernimus.

Crucem quoque ante te ferendam esse concedimus, nisi cum Rome fueris aut in presentia uel comitatu Romani Pontificis. Pallium etiam, plenitudinem videlicet pontificalis offitii, fraternitati tue ex Apostolice Sedis liberalitate largimur, quo intra Ecclesiam tuam ad missarum solennia celebranda uti memineris eis diebus, quibus predecessores tuos usos fuisse cognosceris, videlicet in natiuitate Domini, Epiphania, Ypapanti, tribus festiuitatibus sancte Marie, Cena Domini, Sabato sancto, Resurrectione Domini, Ascensione, Pentecoste, in natalitio Johannis Baptiste et omnium Apostolorum; in festiuitatibus quoque sancti Marci, sancti protomartiris Stephani, sancti Laurentii, sancti Martini; in solennitate omnium Sanctorum et principalibus Ecclesie tue festiuitatibus, nec non Ecclesiarum, Episcoporum et ceterorum clericorum consecrationibus, et anniversario consecrationis tue die. Adicimus autem, ut preter hec in dominica in ramis Palmarum, in festiuitate sanctorum Silu*estri*[1]) et Canciani valeas pallio ipso uti.

Cuius itaque dignitatem in bonis[2]) te volumus per omnia vendicare, ut videlicet in corrigendis subiectis[3]) plus apud te possit ratio, quam potestas, atque te boni dulcem, mali vero pium sentiant correctorem. Personas diligas et subiectorum uitia persequaris, ne, si aliter forte agere volueris, transeat in crudelitatem correctio, et perdas, quos desideras emendare; sicque vulnus debes abscidere[4]), ut non possis, quod sanum est, ulcerare; ne, si ferrum plus, quam res exigit, imprimatur, noccat, cui prodesse festinas. Sed sic alterum condiatur ex altero,

---

[1]) Silvestri plene R.
[2]) in nobis R.
[3]) subditis R.
[4]) abscindere R.

quatenus et boni habeant amando, quod caueant, et mali metuendo, quod diligant.

Preterea, ne commissa regimini et dispensationi tue prefata Gradensis Ecclesia, que de benignitate Apostolice Sedis prerogatiua gaudeat honoris, ex breuitate Patriarchatus inferior et abiectior ualeat apud simpliciores haberi, ad ampliandam dignitatem ipsius prioratum[1]) ei super Jadertinum Archiepiscopatum et Episcopatus ipsius Apostolica auctoritate concedimus; et tam te, quam successores tuos Jadratino Archiepiscopo et Episcopis eius, qui pro tempore fuerint, dignitate primatus statuimus presidere, et consecrationis munus eidem Archiepiscopo impertiri, Romano quidem Pontifici traditione pallii reseruata.

Ceterum tam deuocioni tue, quam honori et utilitati Gradensis Ecclesie, cui auctore Domino preesse dignosceris, deferre volentes, bone memorie Adriani Pape, predecessoris nostri, uestigiis inherentes, tibi et successoribus tuis auctoritate apostolica duximus concedendum, ut in Constantinopolitana urbe et aliis itidem ciuitatibus in Constantinopolitano Imperio duntaxat constitutis, in quibus Veneti plures habent Ecclesias, ubi videlicet eorum multitudo consueuit assidue conuenire, liceat vobis Episcopos ordinare et absque alicuius contradictione munus ei consecrationis impendere.

Statuimus etiam, ut, quecunque bona, qualescunque possessiones eadem Gradensis Ecclesia impresentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Porro Ecclesias a religiosis viris canonice ipsi Ecclesie Gradensi oblatas, per Episcopatus tuos constitutas, tibi tuisque successoribus libere confirmamus, ita, ut nulli Episcopo absque tuo assensu in eis liceat consecrationes celebrare, aut sacerdotibus

[1]) primatum R. in marg.

in eisdem Domino servientibus, donec in ipsis locis fueris, divina offitia prohibere.

Decernimus ergo, ut nulli[1]) omnino hominum liceat, prefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conseruentur, eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salua Sedis Apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tercioue commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestate honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iuditio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Yhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine diuine ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Yhesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud distinctum judicem premia eterne pacis inueniant. Amen.

Ego Alexander, catholice Ecclesie Episcopus, s.

Ego Odo, Tusculanus Episcopus, s.

Ego Stephanus, Prenestinus Episcopus, s.

Ego Frater Johannes, tt. sancti Laurentij in Lucio[2]) presbyter Cardinalis, s.

Ego Frater Ugo, tt. sancte Sabine presbyter Cardinalis, s.

Ego Riccardus, sancti Angeli diaconus Cardinalis, s.

Ego Ottauianus, sancte Marie in uia lata dyaconus Cardinalis, s.

Ego Petrus, sancti Georgij ad velum aureum diaconus Cardinalis, s.

---

[1]) Hic finitur ap. R., nisi quod temporis subscriptiones sequuntur.

[2]) Lucina Ughellus, qui haec nomina protulit l. c. V, 1137.

Ego Johannes, sancti Nicolai in carcere Tuliano diaconus Cardinalis, s.

Ego Ottobonus, sancti Adriani dyaconus Cardinalis, s.

Data Anagnie, per manum magistri Rolandi, sancte Romane Ecclesie vicecancellarij, II Id. Julii, indicione XIIII, incarnationis Dominice anno M. CC. LVI, pontificatus uero domini Alexandri Pape quarti anno secundo.

## CCCXXXVII.

**Rainerius Geno, Dux Venetiarum, committit Potestati Veneto in Constantinopoli, ut monasterium s. Georgii majoris Venetiarum in possessione jurium suorum conservet atque defendat.**

A. d. 1256, die 15. m. Augusti.

Flaminius Cornelius, Ecclesiae Venetae antiqua monumenta Tom. VIII, decadis XI parte posteriore, pag. 249 et 250. Ex autographo in archivo monasterii s. Georgii majoris.

Rainerius Geno, Dei gratia Venec., Dalmatie atque Chroacie Dux, dominus quarte partis et dimidie tocius Imperii Romanie, nobili et sapienti viro, Jacobo Delphino, de suo mandato Potestas in Constantinopoli, et de se Potestas Imperii Romanie ejusdemque Imperii quarte partis et dimidie, vice sui dominatori, et nobilibus viris, ejus consiliariis, fidelibus suis dilectis, salutem et dilectionis affectum.

Pro parte venerabilis . . . Abbatis monasterii s. Georgii majoris de Venetiis nuper fuit expositum coram nobis, quod de possessione quadam, quam bone memorie predecessor noster, Petrus Ziani, Dux Venec., cum suo consilio contulit in Constantinopoli eidem monasterio s. Georgii[1]), videlicet . . . quamdam aquam, que est ab ultima turri de Virgionti, versus Blacernam respicientem, ubi nobilis vir, Marinus Geno, quondam Potestas in Constantinopoli, tempore suo fecit fieri murum novum, et de quodam alio dato ipsi monasterio per predictum dominum Petrum Ziani, concesso de Armiro, et aliis, ut in eorum

[1]) Cfr. T. II, p. 47. Ibidem p. 48 turris est Virgioti.

privilegio continetur, dictum monasterium indebite taliter molestatum, quod redditus exinde habere non possunt, quos habere debent et sunt percipere consueti.

Quare nobis humiliter supplicarunt, quod propter hoc vobis scribere dignaremur. Nos autem eorum supplicationibus inclinati, volentes dictas concessiones firmas esse et inviolabiliter observari, discretioni vestre per nos et nostrum consilium precipiendo mandamus, vos attentius deprecantes, quatenus predictum monasterium in predictis eorum possessionibus conservantes molestari seu agravari in eisdem nullatenus permittatis, ita, quod idem Abbas habere possit, quod ad dictum monasterium pertinet, nosque fidelitatem vestram ex eo possimus merito comendare.

Data in nostro DUCALI PALACIO, die XV exeunte mensis Augusti, indictione XIIII.

## CCCXXXVIII.

**Rainerii Geni Ducis licentia, Marco Gradonico ecct. concessa.**

A. d. 1259.

Bibliotheca S. Marci Codd. Lat. Class. XIV, Codex XXXVII, fol. 17.

In codice haec notata sunt: *1259. Procura et autorità data dal Doge Renier Zeno a Marco Gradenigo et a suoi consiglieri in Constantinopoli per pigliar a cambio prima $\frac{3}{m}$ e poi $\frac{4}{m}$ Perperi per l' occurrenze in quelle parti.*

Nos Rainerius Geno etc., notum facimus universis presentem paginam inspecturis, quod per nos et nostrum consilium minus et maius comittimus nobilibus et sapientibus viris Marco Gradonico, de nostro mandato Potestati Constantinopoli, et Gerardino Longo et . . . Justo, ejus consiliariis, fidelibus nostris dilectis, et plenam virtutem et potestatem eis damus auctoritate presentium, accipiendi nomine nostro et comunis Venetiarum mutuo, vel infra navem, vel alio modo, quo poteris, ab omni persona, tam Veneto, quam forensi, supra nostrum comune

Venetiarum usque ad illam quantitatem pecunie, que ascendat ad summam trium millium yperperorum, pro negociis nostri comunis (et) utiliter in dictis partibus exercendis, promissiones et securitates faciendi propter hoc nomine nostro et comunis Venetiarum, sicut eis videbitur et fuerit oportunum; promittentes nomine nostri comunis Venetiarum, illam quantitatem pecunie, qu*am* propter hoc usque ad dictam summam trium millium yperperorum acceperi*n*t pro predictis, solvi et deliberari facere plenarie creditoribus vel eorum nunciis de avere nostri comunis Venetiarum infra medium annum[1]), postquam ipsi creditores vel eorum nuncii Venetiis venerint, sceundum quod inter ipsos et creditores fuerit stabilitum; ratum et firmum habere promittentes nomine nostri comunis Venetiarum per nos et nostros successores, quicquid predicti Potestas et ejus consiliarii vel maior pars eorum in predictis duxerint faciendum.

Et in huius rei firmitatem et evidenciam pleniorem presentes literas fieri fecimus, et nostri sigilli munimine roborari.

Data in nostro Ducali palatio, anno Domini MCCVIII*(I)*, indictione secunda, die . . .

Istius tenoris una alia facta fuit predictis de quatuor milibus yperperorum.

Ego Rainerius Geno, Dei gratia Dux, manu mea subscripsi.

Ego Marcus Cornario, consiliario, manu mea subscripsi.

Ego Marcus Totulo, consiliario, manu mea subscripsi.

Ego Leonardus Dandulo, consiliarius, manu mea subscripsi.

Ego Johannes Secreto, consiliario, manu mea subscripsi.

## CCCXXXIX.

**Rainerii Geni Ducis Potestas, Thomæ Justiniano cett. concessa.**

A. d. 1259.

Bibliotheca S. Marci Codd. Lat. Class. XIV, Codex XXXVII, fol. 17$^{v}$

In codice haec adscripta sunt, quae simul ad sequentem „Potestatem“ spectant: *„Item procura a Tomaso Giustinian, Bailo a*

[1]) medium suprascriptum. In textu: predictum.

*Negroponte, a poter accordar con Gug.° Villarduino, Principe di Antiochia* (sic), *con Leone dalle Carceri e con altri W* (sic) *di quelle parti per diffesa comune*".

In nomine Dei eterni. Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, indictione secunda, die . . . In palacio Ducatus Venetiarum.

Nos Rainerius Geno, Dei gratia Venetiarum, Dalmacie atque Chroacie Dux, dominus quarte partis et dimidie totius Imperii Romanie, notum facimus universis presentem paginam inspecturis, quod nos et universum consilium nostrum minus et maius constituimus et facimus nobilem virum Thomam Justinianum, de nostro mandato Bajulum Nigropontis, et nobiles viros, Marcum de Canali et Petrum Contarenum, fideles nostros, nuncios, sindicos et procuratores, et eisdem committimus et plenam virtutem et potestatem damus nomine nostri comunis Venetiarum, agendi, tractandi, componendi, pacisendi, transigendi, pacem et concordiam faciendi et firmandi nomine nostro et comunis Venetiarum cum illustri viro Guilielmo Villehar*duino*, Principe Achaie et magno senescalco Imperii Romani, super omnibus guerris, discordiis, litibus, controversiis, querimoniis et petitionibus et factis, que inter nos et gentem nostram et dictum Principem et gentem suam fuisse et esse ullo modo noscuntur, et promissiones et sacramenta recipiendi, nec non promissiones faciendi pro nobis et comuni Venetiarum, et generaliter omnia agendi, que in predictis et circa predicta fuerint oportuna, tanquam nos ipsi facere valeremus; promittentes nomine nostri comunis, firmum et ratum habere et tenere per nos et nostros successores, quicquid iidem Baiulus et consiliarii ejus vel maior pars eorum, hanc comissionem habentes, in predictis duxerint faciendum.

Subnotata per supradictos consiliarios.

Nota, quod similem habuerunt nobiles viri Johannes Delphinus et Jacobus Quirinus, qui iverunt illuc ambaxatores.

## CCCXL.

**Rainerii Geni Ducis Potestas, Thomæ Justiniano cett. concessa.**

A. d. 1259.

Bibliotheca St. Marci Codd. Lat. Class. XIV, Codex XXXVII, fol. 18.

In nomine Dei eterni. Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, ind. secunda, die . . .

Nos Rainerius Geno, Dei gratia etc., notum facimus universis presentem paginam inspecturis, quod nos et universum consilium nostrum, minus et maius, constituimus et facimus nobilem virum Thomam Justinianum, de nostro mandato Baiulum Nigropontis, et nobiles viros Mareum de Canali et Petrum Contarenum, consiliarios ejus, fideles dilectos nostros, nuncios, sindicos et procuratores, et eisdem comittimus et plenam virtutem et potestatem damus nomine nostri comunis Venetiarum, agendi, tractandi, componendi, paciscendi, transigendi, pacem *et* concordiam faciendi et firmandi nomine nostro et comunis Venetiarum cum nobili viro Leone de Careere et filiis, nec non omnibus aliis personis imperantibus Romaniam, super omnibus litibus, discordiis, controversiis, querimoniis et petitionibus et factis omnibus, que inter nos et gentem nostram, et ipsos Leonem et filios seu predictas alias personas fuisse et esse ullo modo noscuntur, promissiones et sacramenta recipiendi, nec non promissiones faciendi pro nobis et comuni Venetiarum, et generaliter omnia agendi, que in predictis et circa predicta fuerint oportuna, tanquam nos ipsi facere valeremus; promittentes nomine nostri comunis, firmum et ratum habere et tenere per nos et nostros successores, quicquid iidem Baiulus et consiliarii ejus vel maior pars eorum, hanc comissionem habentes, in predictis duxerint faciendum.

Et ut hec nostra comissio plenam firmitatem obtineat, ipsam nostro sigillo jussimus comuniri, et per manum Conradi, Imperialis aule notarii, jussimus roborari.

## CCCXLI.

**Rainerii Geni Ducis licentia, Thomæ Justiniano cett. concessa.**

A. d. 1259, m. Augusto.

Bibliotheca S. Marci Codd. Lat. Class. XIV, Codex XXXVII, fol. 18$^{v}$

In codice ita signatum: „*Item al med*$^{o}$ *Bailo Giustinian di poter prender a cambio* $\frac{2}{m}$ *perperi in quelle occurrenze*“.

Nos Rainerius Geno etc., notum facimus universis presentem paginam inspecturis, quod per nos et nostrum consilium, maius et minus, comittimus nobilibus et sapientibus viris Thomæ Justiniano, de nostro mandato Bajulo Nigropontis, et Marco de Canali et Petro Contareno, ejus consiliariis, fidelibus nostris, et plenam virtutem et potestatem eis damus auctoritate presentium accipiendi nomine nostro et comunis Venetiarum mutuo, vel infra navem, vel alio modo, quo poterunt, ab omni persona, tam Veneto, quam forensi, super nostrum comune Venetiarum usque ad illam quantitatem pecunie, que ascendat ad summam yperperorum quinque mill*ium* usque ad racionem solidorum 32 pro quolibet yperpero, pro negotiis nostri comunis utiliter in dictis partibus exercendis; promissiones et securitates faciendi propter hoc, nomine nostro et comunis Venetiarum, sicut eis videbitur et fuerit oportunum; promittentes nomine nostri comunis Venetiarum illam quantitatem pecunie, quam propter hoc usque ad dictam summam quinque millium yperperorum acceperint, pro predictis solvi et deliberari facere plenarie creditoribus vel eorum nunciis de avere nostri comunis Venetiarum secundum racionem predictam . . . . . infra medium annum, postquam ipsi creditores vel eorum nuncii Venetiis venerint, secundum quod inter ipsos et creditores fuerit stabilitum; ratum et firmum habere promittentes nomine nostri

comunis Venetiarum per nos et nostros successores, quicquid predicti Bajulus et consiliarii, vel maior pars eorum, in predictis duxerint faciendum.

Et in huius rei firmitatem et evidentiam pleniorem presentes litteras fieri fecimus, et nostri sigilli munimine roborari.

Data in Nostro Ducali (palacio) currente anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, indictione secunda, mensis Augusti.

Item die septimo intrante Septembris similis comissio facta fuit predictis Bajulo et consiliariis de quindecim millibus yperperorum; et non fuit positum precium, ad quantum deberent accipere yperperum, subnotata per antescriptos consiliarios.

## CCCXLII.

**Ratificatio domini Raynerii Geno, Ducis Venecíarum, pacti condam facti per virum nobilem, Marcum Gradonico.**

A. d. 1259, die primo m. Septembris.

Liber Albus fol. 97. Cod. Lat. S. Marci Class. XIV. nr. XXXVII, p. 15 hac inscriptione: *„1259. Sept. Confirmatione d'una investitura feudale d'alcuni terreni fatta a Guiglielmo di Roccha da Marco Grad° Bailo et da Michiel Barbarigo et Pietro Foscarini, consiglieri di Negroponte del Doge Renier Zeno“.*

Nos Rainerius Geno etc., de uoluntate et collaudatione nostri consilii et consensu, nomine nostro et comunis Venecie notum facimus vniuersis presentem paginam inspecturis, quod laudamus et ratificamus pactum quondam factum per nobilem uirum Marcum Gradonico et de nostro mandato Baiulum Nigropontis, et uiros nobiles Michaelem Barbadicum et Petrum Fuscarinum, eius consiliarios, nomine et uice nostri ac comunis Venetie, nobili uiro Guillielmo de Rochis de yperperatis mille de terra dicto nobili, nostro et comunis Venecie nomine, *in* feudum concessis, uolentes, quod ipsos habere debeat secundum concessionem ei factam et tenore pacti predicti; ita tamen, quod, si per pacem cum Principe faciendam necessarium fuerit,

dictum feudum eius accipere, et aliud inde facere, licuerit sic nobis id posse facere, non obstante concessione predicta; ita, quod ipso feudo uel comune ipsius pax ipsa non debeat remanere; si autem terra ipsa in comune Venecijs remanserit, dominus nobilis eam habere debeat, et in eum remanere debeat dictum feudum.

Cuius quidem pacti tenor per omnia talis est:

Nos Marcus Gradonico de Salaco, domini Ducis Baiulus Nigropontis, Michael Barbadicus et Petrus Fuscarinus, nostri consiliarii, notum facimus uniuersis presentem paginam inspecturis, quod nomine et uice ipsius domini Ducis et comunis Venecie dedimus et concessimus nobili uiro Guilielmo de Rochis yperperatas mille de terra positas in territorio comunis Venecie ad feudum, uidelicet quatuorcentas yperperatas circa *[citra]* scalam clamare *(clamatam?)* Laureti, et yperperatas sexcentas ultra scalam Laureti in loco Benasiso, in quo nobis uidebitur, cum omnibus honorificentijs, redditibus, iuribus, jurisdictionibus et rationibus dicte terre spectantibus. Et idem Guilielmus de Rochis continuo fecit homagium, nobis recipientibus nomine et uice ipsius domini nostri Ducis et comunis Venecie, contra omnes personas, que possunt uiuere et mori usque ad guerram finitam, quam dictus dominus noster Dux et comune Venecie habet *(habent?)* cum Principe Achaie, salua fidelitate dominorum Gualeñ *(Gualterii?)* de Reserio (?)[1]) et Guidensis (?) de Rochis[2]), domini Athenarum: tali condictione, quod, si dicti domini aut unus eorum essent contra dictum dominum nostrum Ducem et comune Venecie in hac guerra, et quod idem tenetur refutare homagium aut homagia predictorum dominorum, et esse cum dicto domino nostro Duce et comune Venecie contra ipsos usque ad guerram

[1]) Gualterii de Roserio cod. S. Marci.

[2]) Guidonis de Rocha cod. S. Marci. De hoc Guidone, Athenarum Duce, vide Buchonum in Nouvelles recherch. histor. sur la principauté Franç. de Morée. Vol. I. Parte I. Præf. p. LXXXIV aqq. ibique tab. genealogicas.

finitam, quam idem dominus noster Dux et comune Venecie habent cum predicto Principe Achaie. Et finita guerra idem dominus Guilielmus de Rocha debet integre in suo homagio permanere, seruiendo domino Duci et comuni Venecie, solummodo de uno milite guarnito; et etiam hoc addito, quod, si nobiles uiri Lascarus aut Princeps Manfredus de Apulia aut Michali Despoti uellent dare ei terram in duplo de terra, quam tenent a dicto domino nostro Duce et comune Venecie, quod possit, si ei bene uidebitur, dimisso feudo predicto, quod tenent a dicto domino Duce et comune Venecie, ipsam accipere. Et nos dicto Guillielmo de Rocha, nomine et uice domini nostri Ducis et comunis Venecie, promisimus, dictam terram et defendere, et quarrentare, et manutenere contra omnes personas, que possunt vivere et mori. Et hoc additur, *quod* omnes predicte conventiones facte fuerunt, salva semper voluntate domini nostri Ducis et comunis Venecie.

In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes literas fieri feeimus, et ea nostri sigilli munimine roborari.

Data in nostro Ducali palatio, currente anno millesimo ducentesimo LVIIII, indictione secunda, mense Septembris, die primo.

Nota, quod fuit bulla aurea bullatum.

## CCCXLIII.

**Compositio et concordia, tractata et firmata inter Florentium, Acconensem Episcopum, et Johannem, plebanum sancti Marci Acconensis, occasione questionis inter eos uertentis super cura parochiali ecclesie sancti Marci.**

A. d. 1260, die 7. m. Januarii.

Liber Albus fol. 163. Liber Pactorum I, 346.

Flam. Cornelius Eccles. Venet. T. X, 1, p. 229: ex vetustissimo codice pergameno.

In nomine Dei. Amen.

Florentius, miseratione diuina Acconensis Episcopus, uniuersis presentem paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam.

Nouerit uniuersitas uestra, quod, cum dudum inter nos et predecessores nostros Episcopos et ecclesiam nostram Acconensem ex una parte, et Johannem, plebanum sancti Marci Venetorum Acconensis suosque predecessores super cura parochiali dicte ecclesie sancti Marci et obedientia Episcopo Acconensi facienda, nec non et nobilem et sapientem uirum, dominum Johannem Dandulum, de mandato illustris Ducis Venecie Baiulum in Accon et eius consiliarios, nobiles uiros Leonardum Maurocenum et Marinum Contarenum et comune Venetorum in Accon, super quibusdam capitulis alijs inferius denotatis ex altera, discordia fuisset exorta, tandem mediantibus bonis amicabilis inter nos compositio interuenit, hoc modo uidelicet, quod de cetero plebanus sancti Marci in Accon contentus erit, quantum ad parrochiam et omnem curam parrochialem et omne ius spirituale, quam uel quod sibi uendicare posset quocunque modo in Accon et diocesi Acconensi, limitibus istis: scilicet, quantum ambitus nouorum murorum, quos nuper edificauerunt uersus plateam Januensem et hospitale sancti Johannis Jerosolimitani et noue clausure portarum, quas nuper erexerunt et construxerunt in Accon uersus uicum, qui dicitur Prouincialium, comprehendit; hoc addito, quod extra portam illam predictam nouam, quam erexerunt ad capud palacij Baiuli, procedendo de sancto Marco uersus uicum cohopertum, pertinebunt ad dictam curam plebani due stationes siue domus usque ad angulum primi uici siue rugue, qui uel que uergit uersus sanctam Mariam Prouincialium; et similiter stationes siue domus, que sunt ex illo latere inter eundem uicum ex parte Venetorum usque ad furnum Regalem exclusiue, qui furnus est in angulo vici siue rugue, qui uel que dicitur Paleacia. Item uersus cathenam Accon. exeunt limites dicte parrochie usque ad loggiam Regalem exclusiue circha *(citra)* cathenam uersus sanctum Dimitrium et sanctum Marcum; ita, quod illi, qui inter dictos limites dictamque clausuram et muros siue ambitum

morabuntur, ad dicti plebani et ecclesie sancti Marci curam et parrochiam pertinebunt. De illis autem, qui extra dictos limites dictamque clausuram et muros siue ambitum morabuntur, cura parrochialis et spiritualis ad dictorum plebani et ecclesie sancti Marci regimen et sollicitudinem nullatenus pertinebit. Nec de illis aliquo modo uisitandis, confessandis, communicandis, inungendis, sepeliendis se intromittet de cetero plebanus antedictus, uel eius successores in perpetuum; nec quicquam iuris spiritualis seu cure parrochialis in eos aliquatenus de cetero vendicabunt, seu vendicare poterint in futurum.

Ecclesiam autem sancti Dimitrij et omnes eius parrochianos, qui intra diete clausure dictorumque limitum ambitum continentur, dimittimus plebano antedicto tamquam parrochianos, a presbitero parrochiali curandos; ita tamen, quod iste plebanus, qui nunc est, et quicumque ei pro tempore successerit in futurum, curam in sui institutione recipiat ab Episcopo antedicto, uel eius successoribus, seu eorum locum tenentibus in futurum. Et pro hoc promittet sibi dictus plebanus et faciet subiectionem et obedientiam manualem; ita, quod non erunt due parrochie intra dictum ambitum seu clausuram, sed una tantum, ecclesia sancti Dimitrij non ulterius remanente parrochia, sed capella sancti Marci; nec fonticos[1]) baptismales de cetero habebit, sed ueteres diruentur, et die confectionis saeri crismatis tenebitur dictus plebanus *interesse* seruitio cum Episcopo antedicto, et recipere ab eo et ecclesia Accon. pro parrochianis suis saerum crisma, oleum sanctum et oleum infirmorum; et in festis sancte Crucis interesse maiori misse in ecclesia sancte Crucis Acconensis. Et intererit convivio Episcopi diebus supradictis.

Et quicunque huic plebano succes„serit in futurum, tenebitur facere omnia et singula supradicta, nec administrabit ante, quam fecerit antedicta. Volens autem dictus Episcopus habere

[1]) fontes Corn.

pacem cum dictis Venetis et concordiam sempiternam, concessit eis domos suas sitas inter dictam ecclesiam sancti Dimitrij ex uno latere et domum Johannis de Nephi[1]), burgensis Accon., ex alio, et ab anteriori uicum Regium habentes, et a posteriori mare, sub annuo censu quadringentorum Bisanciorum auri Sarraceni ad pondus Accon., annuatim eidem Episcopo et ecclesie Accon. successoribusque suis uel eorum locum tenentibus a dictis Venetis soluendorum terminis infrascriptis, videlicet ducentorum in Kalendis Januarij, et ducentorum in Kalendis Junij.

Platheam uero siue domum, que sita est inter fundum dictorum Venetorum ex uno latere, et ecclesiam siue porticum dicte ecclesie sancti Dimitrij ex alio, et ab anteriori habentem uicum Regium et a posteriori domum presbiteri sancti Dimitrij, possidebunt dicti Veneti imperpetuum sub annuo censu viginti quinque Bisancior. auri Sarraceni; quorum medietatem soluent dicti Veneti in Kalendis Januarij Episcopo et ecclesie Accon. uel eius locum tenenti, et alteram medietatem in Kalendis Junij supradicti. Pro domo autem sacerdotali sancti Dimitrij reddent dicti Veneti annuatim dicto Episcopo et ecclesie Accon. uel eius locum tenenti alios viginti quinque Bizantios, annuatim per medietatem diuidendos et reddendos terminis superius anotatis.

In recognitionem autem dictarum subiectionis et obedientie reddet plebanus seu comune predictorum Venetorum pro eo annuatim alios quinquaginta Bisanzios predicto domino Episcopo et Ecclesie Accon. uel eius locum tenenti per duas medietates terminis supradictis. Ad dictam autem pensionem reddendam Episcopo Accon. non tenebuntur Veneti, si contingat, quod Deus auertat, populum Christianum de ciuitate Accon una cum Venetis, Episcopo ac clero ab infidelibus expelli, quousque Deo propicio contigerit, Episcopum ad sedem suam reuerti cum populo Christiano.

Et ad hec omnia et singulla firmiter obseruanda, dicti: Baiulus, consiliarij, plebanus et comune, iuramento corporali

[1]) Denefius LA.

prestito, se tactis sacrosanctis euangelijs ligauerunt, et sigillo comunis eorum presens scriptum sigillari fecerunt. Et quicunque de cetero Baiulus et consiliarij noui aduenient, uel substituentur in Accon, infra octo dies, postquam ab Episcopo Accon. uel eius locum tenenti requisiti fuerint, corporale iuramentum super omnibus et singulis predictis firmiter et fideliter obseruandis prestare tenebuntur et prestabunt, omni occasione remota et dilatione, uel prestari facient per procuratorem suum, ydoneum habentem super hoc ab eis speciale mandatum iurandi in animas eorum. Et si in solutione deffecerint terminos antedictos, omni die, quo in solutione predictorum in toto uel in parte deffecerint, tenebuntur solvere nomine pene quinque Bisanzios auri Sarracen. prefacti Veneti Episcopo et ecclesie antedictis uel eorum locum tenenti, solutione census antedicti in omnibus et singulis predictis absque ulla diminutione nichilominus facienda. Quodsi in aliquo deffecerint Veneti supradicti in dictis conuentionibus seu aliqua illarum firmiter obseruandis, Episcopus Accon. reuerti poterit et libere reuertetur ad possessionem suam pristinam et ius suum antiquum in omnibus et singulis supradictis, absque ulla contradictione et rebellatione, et habere[1]) poterit et detinere cum omnibus melioramentis omnia et singula supradicta.

Concesserunt autem et uoluerunt Baiulus, plebanus, consiliarii et comune Venetorum supradicti, quod Episcopus Accon., qui per tempora fuerit, uel eius locum tenens, excomunicare possit et excomunicet eosdem Venetos, si in solutione predictorum uel in obseruatione predictarum conuentionum defecerint in toto uel in parte, et eorum ecclesiam seu capellas uel etiam ecclesias ecclesiastico supponere interdicto, non obstante quacunque libertate, exemptione uel priuilegio, quo uel quibus contra predicta uel aliquod predictorum ualeant se tueri, quibus exnunc expresse renuntiant in hoc casu.

[1]) aailire (sic) LA., sed punctis tamquam lectio spuria notata. Haud absonum foret: saicire, Gall. saisir. Cfr. Diez l. c. p. 301.

Et si forte contra predictos Venctos uel eorum successores contingat guerram a quocunque uel quibuscunque moueri super predictis uel aliquo predictorum seu alio aliquo, non recurrent propter hoc ad Episcopum uel ecclesiam Accon.; nec dictus Episcopus seu ecclesia Accon. tenebitur eis portare guarentiam uel deffendere in lite, guerra uel iuditio ecclesiastico uel seculari super predictis uel aliquo predictorum, cum omnia supradicta et singula quiete et pacifice possederint et tenuerint dicta ecclesia et Episcopus Accon.

Promiserunt et etiam supradicti plebanus et Veneti iuramento super hoc prestito corporali, quod contra predicta uel aliquod predictorum nichil in posterum per se uel alium impetrabunt aut facient impetrari, nec aliquid aliud in diminutionem libertatis et iurisdictionis Episcopalis et ecclesie Accon. Et si forte per quempiam aliquid contra predicta fuerit impetratum, nullatenus utentur impetrato.

Insuper etiam obligauerunt se etiam dicti Veneti ad penam duorum millium marcharum argenti stipulatione sollempni, quam penam soluere teneantur Episcopo et ecclesie Accon., si quoquomodo contra predicta uel aliquod predictorum ipsi uel eorum successores uenerint in futurum; ad cuius pene solutionem omnia bona comunis sui in Accon firmiter et fideliter obligarunt.

Promiserunt etiam Baiulus, consiliarij et comune predicti sub pena ducentorum Bisanziorum auri Sarraceni, quod in proximo passagio Septembris uel infra, si poterint, ratificari facient omnia et singula supradicta Venecijs per dominum Ducem et comune et approbari; et carta*[m]* eorum publica*[m]* cum bulla dicti domini Ducis aurea confirmari, dictis Episcopo et ecclesie Accon. tradendo (l. *tradendam*) et libere assignando (l. *assignandam*).

Quodsi predicta omnia et singulla per predictos Venetos complecta non fuerint infra predictum terminum, ipsi libere et quiete reddent Episcopo Accon. et dimittent omnia et singulla, et bona et iura sua supradicta, tam spiritualia, quam temporalia,

in eoque statu bono, in quo sunt, uel meliori, et soluent nichilominus penam supradictam, saluis quingentis Bisanzijs eidem Episcopo, quos interim pro dicta pensione soluere tenentur eidem terminis supradictis; et ad hec se obligauerunt maius et minus consilium dictorum Venetorum in Accon, videlicet quod non impedient Episcopum antedictum et suos, quin libere reuertatur ipse et sui ad omnia et singulla supradicta, si per dominum Ducem infra dictum terminum non fuerint, ut dictum est, roborata. Sed potius iuuabunt eum et suos ad hoc bona fide, quod dictis ante ducentis Bisanzijs de pena supradicta obligauerunt se debitores et principales redditores, quilibet eorum in solidum, dicto Episcopo uel eius locum tenenti reddendis sine dilatione et mora: dominus Jacobus Vitalis, miles, Petrus Bricius et Matheus Marmorar, et Bartholomeus de Castello, si predicta, ut dictum est, non fuerint adimpleta.

In cuius rei testimonium nos Florentius, Episcopus Accon., dictis Baiulo et consiliarijs et plebano tradidimus cartam istam sigillo nostro cerco interim sigillatam, donec ueniat domini Ducis confirmatio supradicta. Que cum uenerit, et nobis assignata fuerit, sigillo nostro plumbeo sigillari faciemus eandem: et si non uenerit dicta Ducis confirmatio infra tempus predictum, nobis hanc nostram cartam libere et absque omni contradictione et dillatione reddere tenebuntur. Et extunc hec nostra litera nullius sit momenti, nisi dicta domini Ducis confirmatio infra dictum tempus aduenerit, et dicto Episcopo uel eius locum tenenti libere et plene fuerit assignata.

Acta sunt hec Accon anno incarnationis Domini millesimo ducentessimo sexagessimo, indictione quarta decima, septima die mensis Januarij, mane circha horam primam.

Ego predictus Florentius, Episcopus Acconensis, predicta omnia et singula laudo, approbo et confirmo, secundum quod scriptum est, et manu propria subscribo.

℔ ✠

Ego Hebyas de Chalesio, sancte Romane ecclesie publicus notarius, hijs omnibus supradictis interfui, rogatus scripsi et in hanc publicam formam redegi.

## CCCXLIV.

**Ratificatio compositionis antecedentis per capitulum Accouense.**

A. d. 1260, die 19. m. Januarii.

Liber Albus fol. 166 etc.

Omnibus presentes litteras uisuris Phylipus decanus et capitulum Accon., eternam in Domino salutem.

Nouerit uniuersitas uestra, quod nos, habitis pluries tractatibus et consilijs plurimis, non solum apud nos in capitulo nostro, verum etiam in presentia superiorum et maiorum nostrorum, videlicet reuerendorum Patrum Th*[omae]*[1]), Dei gratia Episcopi Bethelem., Apostolice Sedis Legati, et Egidij[2]), eadem gratia Tyri Archiepiscopi, metropolitani nostri, per nuntios ad hoc specialiter destinatos super compositione inita et tractata inter venerabilem Patrem et Episcopum nostrum, Dei gratia Florentium et Ecclesiam nostram ex una parte, et Baiulum, consiliarios, plebanum et comune Venetorum in Accon. ex altera, et specialiter super cura parrochiali sancti Marci Venetorum et limitibus eius, nec non et obedientia ac subiectione, a dicto plebano eiusque successoribus prefacto Episcopo et ecclesie nostre facienda, ac alijs quibusdam capitulis, in dicta compositione contentis; et attendentes in dicta compositione, utilitatem, pacem et tranquillitatem ecclesie nostre in ea contineri, eam unanimiter duximus approbandam[3]), et presentis carte nostre nostro sigillo comuni munite tenore roborandam, maxime cum de dictorum patrum nostrorum consilio in predictis nobis constiterit et consensu.

Data anno Domini millesimo ducentessimo sexagessimo, decimo nono die mensis Januarij.

---

[1]) Thomas Agni de Leontio, Ord. Praedic. Cfr. Le Quien. l. c. III. 1281.
[2]) De eo vide Le Quien. III. 1319. | [3]) ratificandam add. Corn.

## CCCXLV.

**Procuratio Raynerii Geno, Ducis Venetiarum, data Andreae Barbadico, Baiulo Negropontis, aliisque nobilibus Venetis de reconciliando Guilielmo Villarduino, Principe Achaiae.**

A. d. 1261, die 5. m. Januarii.

Cfr. diplomata sequentia: CCCXLVIII. CCCIL.

De rerum conditione deque statu, quo tunc urgebantur Latinorum Principes et ipse Villarduinus Senescalcus in Imperio Graeco-Byzantino, v. Du Cange „histoire de Constantinople sous l'Empire François“ p. 166. 167.

## CCCXLVI.

**Processus formatus per Thomam, Episcopum Bethleem., de fortaliciis in Accon inter Januenses, Venetos ac Pisanos.**

A. d. 1261, die 11. m. Januarii.

Ex Regio archivo edidit Sauli, della colonia dei Genovesi in Galata II, p. 199. Cfr. Wilken. l. l. VII, p. 666.

Hic est processus per reuerendum Patrem, dominum Fratrem Thomam, Dei gratia Bethleem. Episcopum, Apostolicae Sedis Legatum, habitus ex literis Apostolicis sibi presentatis de assignandis ei fortaliciis aut turribus a Venetis et Pisanis, quas iidem Veneti et Pisani habent in Accon.

XI mensis Januarii, IIII indictione. Nobiles uiri, Fresonus Malocellus et Johannes de Rouegno, cives Januenses, sindici et procuratores comunis Januensium, sicut apparet in instrumento procurationis ipsorum, cuius tenor de uerbo ad uerbum annotatur inferius, presentauerunt domino Legato literas summi Pontificis in hec uerba „*Alexander* etc.“ ut habentur in regesto. Item alias literas Apostolicas, directas uniuersis Prelatis Regni Jerosolimitani et Magistris domorum templi Hospitalis et sancte Marie Theutonicorum, presentauerunt in presencia dicti domini Legati in hec uerba „*Alexander* etc.“, ut habentur in regesto: de quarum literarum presentacione et aliarum etiam, que mit-

tuntur Baronibus, Militibus, nec non et populis Regnorum Jerosolimitani et Cipri, continentur in instrumento confecto per manus Lanfranci Piccapetra, notarii publici.

Tenor autem procurationis predicte talis est:

*„In nomine Domini. Amen. Nos Jacobus Spinula et Guillielmus de Sauignano, consules et uicecomites Januensium, pro comuni Janue in Syria de noluntate et auctoritate consilii et consiliariorum more solito congregatorum in palacio comunis Janue in Tyro per uocem gridatoris, et nos ipsi consiliarii nomine ac uice communis Janue facimus, constituimus, creamus et ordinamus dicti comunis et nostros syndicos et procuratores, nobiles uiros Fresonum Malocellum et Johannem de Rouegno, ciues Janue, ad presentandas nomine dicti comunis Janue reuerendo Patri, domino Thome, de ordine Predicatorum, Dei gratia Episcopo Bethleem. et Sedis Apostolice Legato, literas Apostolicas, quas dictum comune impetrauit et habuit a summo Pontifice etc. eo, quod dictus dominus Legatus sibi tradi et exhiberi faciet fortnlicias et turres, quas Veneti et Pisani habent in partibus cismarinis nel aliquis eorum, secundum ipsarum literarum Apostolicarum continentiam, et ad faciendum fieri de dicta representacione publicum instrumentum sive instrumenta, et ad faciendum in predictis et occasione predictorum, que facere possemus nomine dicti comunis sine dictum comune posset; dantes eisdem in predictis omnibus et singulis plenam et liberam potestatem et generalem administrationem. Et promittimus, ratum et firmum habere et tenere per nos et successores nostros nomine dicti comunis, quicquid per eos in predictis et circa predicta factum fuerit, ordinatum siue procuratum, sub obligatione bonorum dicti comunis.*

*Actum Tyri, in palatio comunis Janue, ubi regitur consilium, anno Dominice natiuitatis millesimo CCLX, indictione III, die decima Decembris inter primam et terciam.*

*Testes: Octobonus Piccamilius et Ansaldus Auric.*

*Ego Conradus Cagnata de Sancto Donato, notarius sacri Imperii, rogatus scripsi.*"

Et requisiuerunt dicti procuratores eumdem dominum Legatum, ut procederet in negotio iuxta tenorem literarum domini Pape sibi directarum. Et dominus Legatus statim eis respondit, quod habito deliberacionis consilio cum predictis Legatis et Magistris in eodem procedet negotio, sicut uiderit expedire: maxime, cum dominus Papa mandet, super hoc eorum brachium per suas literas inuitari.

Die Jovis XIII° eiusdem mensis comparuerunt coram domino Legato ad uocationem suam domnus Johannes Dandulo, Bailus Venetorum, et dominus Gottifridus Drapperius, Consul Pisanorum et eius consilium, presentibus Nicosiensi, Nazarensi et Cesariensi Archiepiscopis, Acconensi, Tyberiadensi et Eddessensi Episcopis, Priore sepulchri Dominici, Abbate Templi Domini, Marescalco et preceptore domus sancte Marie Theotonicorum, domino Goffrido de Sarzinis[1]), et aliis Baronibus et Nobilibus Regni Jerosolimitani, et pluribus aliis clericis et laicis. Et lectis et expositis predictis Apostolicis literis coram eis, dominus Legatus de consilio predictorum obtulit eis copiam earumdem, ut mandatum Apostolicum attenderent et super ipso plenius deliberarent, et intenderent ordinationi Apostolice obedire, et in crastinum comparerent, cum negocium ipsum aliquam dilationem non caperet.

Et tunc dictus Bailus Venetorum, habito consilio cum predicto Consule (sc. *Pisanorum*) et eius consilio, respondit pro se et dicto Consule, quod, cum sit unum et idem in isto et in omnibus aliis negociis, et utrique consilium sit comune eisdem, et alteruter suum proprium reputet, et consilium eiusdem Baili esset absens extra terram ipso die, sine quo nichil poterat nec debebat facere, dictus Bailus non reciperet copiam nec aliquid

[1]) De eo cfr. Wilken. l. c. VII, 401.

faceret in predicto negotio — quare rogauit eumdem dominum Legatum et petiuit, ut ipsius consilium expectaret, et in die crastino una cum dicto consilio suo et dicto Consule et eius consilio comparerent, facturi et responsuri in prefato negotio, quod dante Domino erit ad honorem Romane Ecclesie et suorum conueniens et *ad* pacificum statum terre.

Die Sabbati XV° ipsius mensis comparuerunt Bailus Venetorum et Consul Pisanorum predicti et eorum consilia; et dominus Legatus, presentibus Nicosiensi et Nazareensi Archiepiscopis, Acconensi, Tyberiadensi et Eddessensi Episcopis, Marescalco Templi, preceptore Hospitalis, Magistro et preceptore domus Theotonicorum, nobilibus uiris domino Goffrido de Sarzinis, Comite Joppensi, domino Cayfe, domino Johanne de Gibelletto, Marescalco Regni Jerosolimitani, Archidiacono Acconensi et Archidiacono Tyberiadensi, Magistro Johanne Pascha cantorum Famaguste, et pluribus aliis de consilio ipsorum, iterate legi fecit predictas literas coram eis, et ipsas eis exposuit, et offerens copiam earumdem eis fecit infrascriptum, requisicionem et mandatum in hac forma:

„Nos Frater Thomas etc. uolentes mandatum Apostolicum diligenter exequi, ut tenemur, uos dominum Johannem Dandulo, Bailum Venetorum in Accon, consilium et comune uestrum, ac nos dominum Gottifridum, Consulem Pisanorum in Accon, consilium et comune uestrum requirimus et mandamus uobis auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, quatenus omnes fortalicias et turres, quas habetis in Accon, nobis infra diem Martis primo uenturum, octauum uidelicet diem receptionis mandati Apostolici, iuxta per idem mandatum traditam nobis formam exhibere curetis. Alioquin contra uos iuxta compromissi tenorem et mandatum Apostolicum nos procedere oportebit.“

Et statim dicti Bailus et Consul et eorum consilia secesserunt in partem; et deliberatione habita dictus Bailus tam pro se, quam pro suo consilio et comuni ac predicto Consule eiusque

consilio et comuni multa allegauit et proposuit, quare dominus Legatus non deberet procedere super mandato predicto, nec ipsi tencantur nec debeant obedire sibi super hec, nec etiam Pape sine mandato dominorum suorum. Dixit tamen, quod reciperet copiam; et recepit protestando, quod per huiusmodi receptionem copie nullum preiudicium fieret iuribus comunium ipsorum, nec per hoc uideantur ligari uel astringi ad procedendum in dicto negotio coram eodem domino Legato, nec subiicere se iurisdictioni sue nec consentire in eum in isto negocio, tamquam in iudicem eorum.

Die Lune XVII° eiusdem mensis, presentibus Nicosiensi et Nazareensi Archiepiscopis, Acconensi et Edessensi Episcopis, Magistro Hospitaliorum et preceptore domus Theotonicorum, Marescalco Templi domino Goffrido de Sarzinis, Comite Joppensi, domino Azeto, domino Cayfe, Marescalco domini[1]) Jerosolimitani, et pluribus aliis, comparuerunt predicti Bailus et Consul et eorum consilia; et dictus Bailus pro se suoque consilio et comuni ac predicto Consule eiusque consilio et comuni multa proponens et allegans, quare ipsi non debeant nec teneantur sibi obedire super hoc, nec literis Pape sine mandato dominorum suorum, respondit, quod, cum ipsi sint Bailus et custodes suorum comunium in ipsis partibus turrium, municionum et omnium, que dicta comunia habent in ipsis partibus, et ea teneant et custodiant pro eisdem, et super hiis iuramento teneantur eorum obedire mandato, non possunt nec debent nec uolunt dictas municiones et fortalicias alicui assignare Legato, uel aliis, sine speciali mandato dominorum et comunium eorumdem.

Quare petebant et supplicabant, quod dominus Legatus super hoc eos ulterius non grauaret nec requireret, quia ipsi nichil aliud ulterius responderent.

Et dominus Legatus, audita responsione eorum, dixit, quod, cum res non sit noua, sed satis sollempniter de comuni con-

[1]) In his aliquoties peccatum est.

sensu comunium ordinata et iuramento firmata, ut in compromisso et singulis instrumentis comunitatum plenius continetur, et in principio aduentus nostri ipsum negocium pro posse iuxta mandatum Apostolicum fuimus prosecuti ac demum de comuni consilio et consensu propter ipsorum singulas contradictiones et . . . alias ad curiam domini Pape remissas (lacuna duorum et dimidii versuum) et finaliter sit decisum, ipsorum excusatio uel dilacio . . . non iudicetur habere *([locum];* lacuna duorum fere versuum)...causam, dixit, quod, cum ipse nec fecerit, nec uellet aliquid facere in isto negocio nec de consilio Prelatorum, Magistrorum et Magnatum terre, quibus super hoc dominus Papa scribit, ut sibi impendant consilium, et super ista responsione et, quod esset sibi agendum ulterius in predicto negocio et expedire videretur, (et) deliberarent, comunicato consilio cum eisdem; et prorogauit eis terminum in eodem statu usque ad XV dies, ut et ipsi infra ipsum terminum deliberent et responsionem suam in melius comutent.

Et hec acta fuerunt anno Domini millesimo CCLXI, mense, diebus et indictione predictis.

Ego Nicolaus de Panormo, sacrosancte Romane Ecclesie auctoritate scriniarius, predictum processum, sicut ipsum in actis originalibus per me scriptis inueni, de mandato predicti domini Legati de uerbo ad uerbum transcripsi fideliter et publicaui; et ad maiorem cautelam dictus dominus Legatus presenti pagine sigillum suum fecit apponi.

## CCCXLVII.

**Decretum maioris consilii de expensis pro armandis triremibus triginta, quae in Romaniam mitti debebunt.**

A. d. 1262, die 12. mensis Martii.

Bibliotheca S. Marci, Codd. Lat. class. XIV, cod. LXXI, nr. 21.

Currente anno Domini millesimo ducentesimo LXII, indicione quinta, die XII° intrante, mense Marcii, que (?) talis est:

Capta fuit pars in maiori consilio, et ordinatum, et reuocata fuerunt consilia olim facta de ligatione pecunie comunis tam de reddendis imprestita, quam de aliis, quocumque modo facta sint; et fuit ordinatum, quod debeant fieri de tria per centenarium pro armamento XXX galearum, que ordinate sunt mitti in Romaniam; et dominus Dux et consiliarii habere debeant libr. MMM pro quolibet mense, ad expendendum, sicut habebant hactinus; et libras MM dari debeant pro nauibus et tarretis laborandis, donec complete fuerint; et de residuo tocius intrate comunis, que est et erit, debeant dari quinque per centenarium de proficuo omnibus illis, qui fecerunt hinc retro imprestitum pro comuni, et fecerint de toto eo, quod habebunt in imprestito; et debeant solui ad sanctum Michaelem proximum et deinde inantea de sex in sex mensibus, saluo, quod illi, qui non fecerunt imprestita hinc retro facta, et non fecerunt [l. *fecerint*] de cetero, non possint de istis quinque, que ordinate sunt reddi, aliquid recipere uel habere, donec fecerint secundum ordinamentum et ordinem datum per illos, qui *fec*erunt ante; et totum illud, quod superabit a dictis quinque pro centenario, debeat expendi in facto guerre de Romania et Janue, et occasione ipsius guerre, et pro hiis, que facienda fuerint pro guerra illa; et id, quod superabit a guerra et ab hiis, sit obligatum imprestitis, ad reddendum de capitali; que imprestita soluantur ad medium annum. Et hoc addatur in capitulari consiliariorum et XL, quod non possint hoc reuocare nec ponere ad aliquod consilium de reuocare hoc, saluis imprestitis factis comuni per illos de Alexandria, donec soluta erunt, et saluis imprestitis factis apud Nigropontem [1]).

---

[1]) Hoc nostrum conclusum spectatur in margine codicis Ambrosiani (Muratori ad Andr. Dandulum l. c. p. 370): *„MCCLXII. XII Martii decretum in maiori consilio, quod Dux et consiliarii habeant libras 3000 quolibet mense, quas expendant, sicut expendebant in salariis officiorum et similium rerum; et de residuo introituum communis præsentium et*

## CCCXLVIII.

**Pactum Guilielmi, Principis Achaiæ, cum Guilielmo de Verona, Crapella de Carceribus Veronæ et Narzoto de Carceribus Veronæ, dominatoribus Nigropontis, reconciliato illo cum Raynerio Geno, Duce Venetiarum.**

A. d. 1262, die 15. m. Madii.

Autographum archivi Vindobonensis in pergameno, difficile lectu idemque partim subpallidum et oblitteratum, a tergo sic notatur: *Guillelmus de Verona, Grapella de Carceribus Veronæ, Narzotus de Carceribus Veronæ, dominatores insulæ Nigropontis. 1262. Pactum Principis Achaiæ. Achaia. Nigroponte* (XVIIII).

Nos, Guillielmus de Verona, et Crapella de Carceribus Verone, et Narzotus de Carceribus Verone, dominatores insule Nigropontis, notum facimus universis presens scriptum inspecturis, quod cum nobilibus viris, dominis Andrea Barbadico, de mandato illustris domini Ducis Venetie Baiulo Nigropontis, Johanne Delfino et Jacobo Quirino, de eodem mandato ambaxatoribus, et Johanne Zulliano, capitaneo, et Petro Ciurano et Jacobo Basilio, consiliariis dicti domini Baiuli, et omnibus sindicis et procuratoribus dicti domini Ducis memorati, ut apparet per litteras suas eius sigillo plumbeo sigillatas, tenor quarum inferius subscribitur, fuimus in concordiam sub hac forma: videlicet quod de discordia, que erat inter dictum dominum Ducem et homines de Venetia suborta ex una parte, et nobilem domi-

---

*futurorum debeant reddi quinque pro centenario de proficuo illis, qui fecerunt hinc retro imprestita pro communi, et fecerint de toto eo, quod habebant in imprestito; et debeant solvi ad sanctum Michaelem proximum et deinde in antea, de sex in sex mensibus, salvo, quod illi, qui non fecerunt imprestita hinc retro facta et non fecerint de cetero, non possint de istis quinque, quæ ordinata sunt reddi, aliquid accipere vel habere; et totum illud, quod superabit a dictis quinque pro centenario, debeat expendi in facto guerræ de Romania et Januensium occasione ipsius guerræ; et pro his, quæ facienda fuerint pro guerra illa; et id, quod superabit a guerra, sit obligatum imprestitis ad reddendum de capitali; quæ imprestita solvantur ad medium annum. Et hoc ponatur in capitulari consiliariorum et XL, quod non possint hoc revocare nec ponere ad aliquod consilium de revocando*[a].

num Guillielmum, Principem Aehaie, et gentem suam ex altera. propter insulam Nigropontem, eum ipso nos et ipse ad pacem devenimus, Dei gratia largiente. In qua paee et eoncordia

primum est seiendum, quod nos antedietos Duees Nigropontis ad (l. *et?*) ipsius Dueis prineipis homagia et servitia relliquerunt libere et quiete, sieut eramus tempore domine Carintane, salvis juribus et paetionibus eomunis Venetie et omnium Venetorum ae ipsius domini Prineipis memorati: remanenda domino Duei et eomuni Venetie omnia ea jura et jurisdietiones seu libertates per omnia libere et quiete, sieut optinebantur per eundem dominum Dueem et eomune Venetie tempore prediete domine Carintane.

Et insuper seiendum est, quod remanent domino Duei et comuni Venetie de nostra et eorum voluntate et eonfirmatione ipsius domini Prineipis antedieti totum eomerelum maris, tali modo et ordine, quod, si qua mereimonia venerint per mare et intraverint eulfos Nigropontis, tam ex una parte infra Pantaleaš, quam ab alia infra Pontam Litadi[1]), tam ab una ripa, quam ab alia, et exeunt et veniunt per terram et intraverint per pontem vel aliunde Nigropontis, hee mereimonia per eomune Venetie debeant totaliter eomerelari, salvo, quod nos antedicti domini Nigropontis et nostri homines Latini et Greei, et milites et universi burgenses nostri, presentes et futuri, et dominus Prineeps eum toto suo feudo, et etiam universi Prelati, religiossi, eleriei et omnes eeelesiastiee persone esse debemus liberi et franehi a dieto eomerelo imperpetuum.

Item remanent supradieto eomuni Venetie de nostra et eorum parabola et eonsensu tota burgesia sanete Margarithe et omnes possessiones, que sunt a possessionibus eomunis Venetie super mare usque ad possessiones, que fuerunt nobilis viri, domini Suini de Karisto, et ab alio latere a supradietis possessionibus comunis Venetie, seeundum quod discurrit

[1]) De his locis v. nos infra p. 53.

callis, qui est inter domum fratrum Predicatorum et domum Aroldi de Mediollano, et usque ad possessiones dicti domini Suini de Caristo, cum omnibus juribus, rationibus, dominiis et jurisdictionibus, que et quas in dicta burgessia hodie comune Venetie optinebat, exceptа domo Michaellis Mauroceni, que est predicti domini Principis.

Item remanent comuni Venetie modii, mensure, statere et rumbi per suum districtum, et secundum quod dictum comune ea habebat tempore dicte domine Karintane. Platea vero, que firmat ab uno capite in via, que discurrit a sancto Nicolao ad sanctam Mariam Crucifferorum, et ab alio capite firmat in mari, debet vacua remanere, salvis rationibus utriusque partis.

Item sciendum est, quod omnes alie possessiones, domus et feuda, data per Baiulos Nigropontis vel per dominos et alios quoscunque et per dominum Ducem confirmata, in nobis autedictis dominis Nigropontis et nostris hominibus debeant reverti, secundum quod nos et nostri homines eas habebamus et possidebamus tempore domine Karintane.

Sciendum itaque est, quod castrum Nigropontis debet dirui expensis nostris, et platea, que remanserit ipsius castri, esse debet nostra. Possimus in ipsa platea hedificare domos usque ad quatuor passus latitudinem et non plus in pariete, tam de petra, quam de lignamine. Et si veniremus ad concedendum vel alienandum ipsam plateam totam vel partem vel partes alicui persone forensi, que non sit habitans in Nigroponte, primo concedere debemus ipsam plateam totam vel partes vel partem, ut dictum est, comuni Venetie vel hominibus de Venetia tali pretio, servitio et conditione, quale ab aliis possemus habere, quibus dare vellemus, salvo, quod dictum castrum non debet exire de manibus comunis Venetie, donec ita fuerit dissipatum, quod non videatur castrum.

De facto vero xammitorum auri remanet, sicut dixerit dominus Princeps.

Et remittimus domino Duci et comuni Venetie omnia sacramenta et alias conventiones et pacta et requisitiones, quibus nobis tenebantur; et ipsi pro domino Duce et comuni Venetie nobis et nostris heredibus remittimus omnia sacramenta, in quibus eos tenebamus; et omnes alias conventiones, pacta et requisitiones, factas in retro per ipsos, nobis remittimus similiter.

Hec autem pacta superius nominata nos antedicti domini Nigropontis per nos et nostros heredes promittimus, bona fide, sine fraude, dictis dominis de Venetia, reccipientibus nomine et vice domini Ducis et comunis Venetie perpetuo inviolabiliter observare cum obligatione omnium virorum [?] [1]) nostrorum, presentium et futurorum; precipientes apponi bullas nostras huic scripto ad maiorem huius rei certitudinem, cui darent et firmitatem.

Tenor autem predicte procurationis talis est [1]):

„In nomine Dei eterni. Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense Januarii, die quinto intrante, indictionis quinte (quartae).

Nos Rayncrius Geno, Dei gratia Venetie, Dalmatie atque Croatie Dux, dominus quarte partis et dimidie totius Imperii Romanie, notum facimus universis presentem paginam inspecturis, quia nos et universum minus et maius nostrum consilium facimus et constituimus nobiles viros Johannem Delphynum, Jacobum Quirinum, Andream Barbadicum, de nostro mandato Baiulum Nigropontis, Marchum Michaellem, capitaneum gallearum nostrarum et gentis Romanie, ac Petrum Ciuranum et Jacobum Basilium, ipsius Baiuli consiliarios, fidelles nostros dilectos, nostros nuntios, sindicos et procuratores, et eisdem committimus ac pro libera virtute et potestate damus nomine nostri comunis Venetie agendi, tractandi, componendi, paciscendi, transigendi, pacem et concordiam faciendi et firmandi

[1]) Locus fere oblitteratus.

nomine nostro et comunis Venetie cum illustri viro, Guillielmo Villarduino, Principe Achaie et Magno senescalco Imperii Romanie, seu cum illo vel illis, qui in Morranˉ[1]) pro domino fuerit vel fuerint, super omnibus guerris, discordiis, litibus, controversiis, querimoniis, et peticionibus et factis omnibus, que inter nos et gentem et dictum Principem et gentem suam fuisse et esse ullo modo noscuntur; promissiones, sacramenta recipiendi, nec non promissiones faciendi pro nobis et comuni Venetie, et generaliter omnia et singula, que in predictis et circa predicta fuerint oportuna, tanquam nos ipsi facere valleremus; promittentes nomine nostri comunis Venetie, firmum et ratum habere *et* tenere per nos et nostros successores, quidquid inde Baiulus et Nobiles predicti vel maior pars eorum in predictis duxerint faciendum.

Ego Coradus, Ducalis aule Venetie cancellarius, complevi et roboravi."

Hec autem omnia supradicta nos antedicti domini Nigropontis ad sancta Dei evangelia juravimus attendere et perpetuo inviolabiliter observare, salvo omni eo, quod superius per ordinem declaratur.

Actum Thebis, in domo Archiepiscopatus, currente anno Domini millesimo CC sexagesimo secundo, indictione quinta, die quinto decimo intrante, Madio.

In presentia dominorum Guillielmi de Rochis, Francischi de Verona, Laurentii Theupulo, filii olim bone memorie domini Jacobi Teopuli, inclyti Ducis Venetie, et presbiteri Bassani sancte Marie Jubaniˉ.[2]), et aliorum ibi testium rogatorum.

Ego Ventura de la Scalla Pergameni, Imperiali auctoritate publicus notarius, hiis interfui, et rogatus scripsi, complevi et roboravi.

---

[1]) Lege Moream.

[2]) De hac ecclesia v. Venezia e le sue Lagune II, 2, 300.

Ego quidem Gualfredinus de Rollando Petri Elice, sacri Imperii notarius, ad petitionem nobilis viri, domini Vittoris Delfini, Baiuli Nigropontis, et suorum consiliariorum, dominorum Johannis Vigloi, Phylippi de Equillo, hoc exemplum, sumtum ex autentico instrumenti, confecti per manum . . . Venturæ de la Scalla Pergameni, Imperialis aule publici notarii, et roboratum et rescriptum per Seraphynum Lambardum, clericum et notarium de Venetia, currente ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi millesimo CCLX secundo, die quinto decimo exeunte Septembris, indictione VI. Nigroponte (?), vidi, legi et cum diligentia exemplavi, bona fide, sine fraude, nil addens vel minuens, quod mutet sententiam, et complevi et roboravi, currente millesimo CCLXXV, indictione III, XI$^{a}$ intrante, Madio.

Actum Nigroponte, ubi dictus dominus Baiulus habitat, videlicet in domibus.

## CCCXLIX.

**Reconciliatio et concordia facta per Guilielmum, Principem Achaie, cum nobilibus viris Andrea Barbadico, Baiulo Negropontis, Johanne Delphyno et sociis de discordia inter Raynerium Geno, Ducem, et comune Venecie ex una parte, et prefatum Guilielmum et gentem suam ex altera suborta.**

A. d. 1262, die 16. m. Madio.

Liber Albus fol. 98 sq.

Nos Guilielmus, Princeps Achaie, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod de discordia inter dominum Ducem et comune Venecie suborta ex una parte, et nos et gentem nostram ex altera, cum nobillibus viris, dominis Andrea Barbadico, de mandato domini Raynerii Geno, Dei gratia incliti Venecie, Dalmacie atque Chroacie Ducis, domini quarte partis et dimidie tocius Imperij Romanie, Baiulo Nigropontis, Johanni Delphyno, Jacobo Quirino, eiusdem mandato ambaxatoribus, Johanne Juliano, de eodem mandato capitaneo, Petro Ciurano, Jacobo Basilio, ipsius Baiuli consiliariis, nuntijs, sindicis et procurato-

ribus predicti domini Ducis et comunis Venecie, sicut per litteras eiusdem domini Ducis, ipsius plumbeo (publico) sigillo munitas, apparuit, quarum forma talis est:

— „Nos Raynerius Geno, Dei gratia Venecie, Dalmacie atque Chroacie Dux, dominus quarte partis et dimidie tocius Imperij Romanie, notum facimus vniuersis presentem paginam inspecturis, quia nos et vniuersum nostrum minus et maius consilium facimus et constituimus nobiles uiros, Johannem Delphinum, Jacobum Quirino, Andream Barbadico, de nostro mandato Baiulum Nigropontis, Marcum Michaelem, capitaneum galearum nostrarum et gentis in Romania, ac Petrum Ciuranum et Jacobum Basilium, ipsius Baiuli consiliarios, fideles nostros dilectos, nostros nuntios, sindicos et procuratores, et eisdem committimus ac plenam uirtutem et potestatem damus nomine nostri comunis Veneeie agendi, trattandi, componendi, paciscendi, transigendi, pacem et concordiam faciendi et firmandi nostro nomine et comunis Venecie cum illustri viro, Guilielmo Vilacharduino, Prineipe Aehaie et Magno senescalco Imperij Romanie, siue cum illo, uel illis, qui in Morea pro domino fuerit uel fuerint, super omnibus guerris, discordijs, litibus et controuersijs, querimonijs et questionibus, et pectitionibus et factis omnibus, que inter nos et gentem nostram et dictum Principem et gentem suam fuisse et esse ullo modo noscuntur; promissiones et sacramenta reeipiendi, nec non promissiones faciendi pro nobis et comuni Veuecie, et generaliter omnia et singula, que in predictis et circa predicta fuerint oportuna, tamquam nos ipsi faeere ualeremus; promittentes nomine nostri comunis Venecie, firmum et ratum habere et tenere per nos et nostros successores, quicquid idem Baiulus et nobiles predicti uel maior pars eorum in predictis duxerint faciendum.

Ego Conradus, Dualis aule Venecie cancclarius, compleui et roboraui nomine et uice eiusdem domini Ducis et comunis Veneeie.“ —

ad pacem et concordiam venimus sub hac forma: videlicet, quod omnes ranccores[1]), hinc inde subortas offensas, maleficia, facta et data dampna occasione guerre predicte usque in hodiernum diem nobis ad inuicem, ex utraque parte relaxauimus, et dimisimus iuramenta etiam omnia a captiuis exacta; et receptis ipsis utraque pars remisit omuino. Nos quoque, predictus Princeps, habeamus, possideamus libere et quiete homagia et seruitia dominorum insule Nigropontis et reliqua omnia iura, sicut habebamus et possidebamus uel uidebamur habere tempore domine Charintane. Verumtamen iura et omnes rationes, libertates et securitates et possessiones, que dominus Dux et comune Venecie et homines Venecijs habebant et possidebant uel uidebantur habere in insula Nigropontis et reliqua terra nostra tempore supradicte domine Charintane, habeant et possideant predictus dominus Dux et comune Venecie et homines Venecie, sicut ea habeba*n*t et possideba*n*t tempore supradicto; hoc addito, quod eadem, quibus dicti nuntij, sindici et procuratores sunt concordes cum dominis Nigropontis, debeant remanere domino Duci et comuni Venecijs libere et absolute in ipsa insula Nigropontis: videlicet totum comerclum maris, tali modo et ordine, quod, si qua mercimonia uenerint per mare et intrauerint culfos Nigropontis, tam ex una parte a Pantalenš infra, quam ab alia a Ponta Litadi[2]) infra, tam ab una ripa, quam ab alia, et exiuerint et venerint per terram et intrauerint per Pontem uel aliunde Nigropontis, per comune Venecie debeant *to*taliter comerclari; saluo, quod nos prefactus Princeps cum toto feudo nostro et prelibati domini Nigropontis et eorum homines,

[1]) rangores a prima.

[2]) Non possunt non, quae hic nominantur loca, esse promuntoria Euboeae quasi termini insulae: antiquis Κήναιον, sinui Maliaco ex adverso, Γεραιστὸς et Πεταλία, contra Sunium. Strabo X, 647. 648. IX, 617. ed. Falcon. Jam sub Cenaeo monte hodie invenitur *Lithada*. Quidni statuamus, uti *Punta Litadi*, ita legendum *Punta Leonis;* seu usu depravatum ex *Petalia*, seu nova appellatione? Ceterum cfr. Leake travels in north. Greece II, 423.

Greci et Latini, et milites sint (l. *siue*) burgenses, presentes et futuri, et etiam vniuersi Prelati et religiosi, clerici et ecclesiastice persone, sint liberi et franchi *a* dicto comercio imperpetuum.

Item remanent suprascripto comuni Venecie tota burgesia sancte Margarite et omnes possessiones, que sunt a possessionibus comunis Venecie super mare usque ad possessiones, que fuerunt nobilis uiri Siuini[1]) de Charisto, et ab alio latere a supradictis possessionibus comunis Venecie, secundum quod discurrit callis, qui est inter domum fratrum Predicatorum et domum Adaldi[1]) de Mediolano, usque ad predictas possessiones prefati domini Siuini de Caristo, cum omnibus iuribus, rationibus, dominiis et iurisdictionibus, que in dicta burgesia hodie a comuni Venecie optinentur, excepta domo, que fuit nobilis uiri Michaelis Mauroceni, que non est nostra.

Item remanent comunis Venecie modii, mensure, statere et rubi per suum districtum, secundum quod habebat tempore domine Karintane. Platea uero, que firmat ab vno capite in via, que discurrit a sancto Nicolao ad sanctam Mariam Crucifcrorum, et ab alio capite firmat in mare, debet uacua remanere, saluis rationibus domini Ducis et comunis Venecie ac ipsorum dominorum Nigropontis.

Item sciendum, quod castrum Nigropontis debet dirui expensis ipsorum dominorum Nigropontis; et platea, que remanserit ipsius castri, debet esse ipsorum dominorum; et possunt in ipsa platea hedificare domos usque passus quatuor in altitudine (l. *latitudine*) et non [add. *plus*] in parietc, tam de lignamine, quam de petra. Et si uenerint *ad* concedendum uel alienandum dictam plateam totam uel partem uel partes alicui forinseco, qui non sit habitans in Nigroponte, primo concedant ipsam plateam totam uel partem uel partes, ut dictum est, comuni Venecie uel hominibus Venecie tali precio, seruitio et

[1]) Supra p. 47: *Suini . . . Aroldi.*

condictione, quale ab alijs habere possent, quibus dare uellent, saluo, quod dictum castrum non debet exire de manibus comunis Venecie, donec ita dissipatum fuerit, quod non uideatur castrum.

Item sciendum est, quod nos Princeps habere debemus omnes Venetos saluos et securos, liberos et franchos per totum nostrum Principatum et omnes alias nostras terras cum omnibus suis bonis, sine aliqua dactione et aliquo teloneo, sicut erant tempore domine Karintane.

Item sciendum est, quod dicti nuntii, sindici et procuratores remittunt dictis dominis Nigropontis et hominibus suis omnia sacramenta et omnes conventiones, pacta et requisitionem factam hinc retro, quibus tenebantur domino Duci ipsi, Duci Nigropontis et comuni Venecie.

Remittunt etiam ipsi domini Nigropontis domino Duci et comuni Venecie omnia sacramenta et omnes conventiones et pacta, quibus dominus Dux et comune Venecie tenebantur eisdem.

Item sciendum est, quod faciemus nos Princeps et fieri faciemus plenam rationem hominibus Venecie de nostris hominibus detentis, que poterunt probari de jure usque ad hec tempora et deinceps secundum consuetudinem hactenus observatam; et ecuo[1]) dominus Dux faciet fieri nobis Principi et nostris hominibus similem rationem.

Predicta igitur omnia et singula nos predictus Princeps rata et firma habere promittimus, et tactis sacrosanctis evangeliis corporaliter juramus.

In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem presentes litteras sigillo nostro fecimus sigillari.

Actum Thebis, in domo et presentia venerabilis patris Eri[2]), Archiepiscopi Thebarum, currente anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, die sexto decimo intrante, Madio, indictione quinta.

[1]) l. e. æquo s. æque.

[2]) An Enrici? Nomen hucusque latuit, coll. Le Quien. l. c. III, 1083.

## CCCL.

**Literae Raynerii Geno, Ducis Venetiarum, ad Urbanum IV, Papam, de Romania.**

A. d. 1264, die 8. m. Sept.

Andreas Dandulus continuatus l. l. p. 506.

Sanctissimo in Christo Patri, domino Urbano, Dei gratia sanctae Romanae Ecclesiae summo Pontifici, Rayncrius Zeno, Venetiarum, Dalmatiae atque Croatiae Dux, dominus quartae partis et dimidiae totius Imperii Romaniae, pedum oscula beatorum cum promptissimo famulatu.

Licet, Pater sancte, ut recte devotus filius ad pedes vestrae Sanctitatis recursum habuerim pluries super his, quae cogor in praesentibus enarrare, nec, quod sperabam de missione, sit hactenus subsecutum: quia tamen eveniunt pericula et gravia, quae plurima esse dignoscuntur, non duxi aliquatenus omittendum, quin reiterans vestrae Sanctitati devotas preces et diffusas supplicationes cum veridica insinuatione praetendam, sperans de vestrae Sanctitatis benignitate plenissima, quod verba mea, quae propter missiones frequentes locum non videntur hactenus habuisse, in missione praesenti habitura sint locum debitum.

Vestrae Sanctitati incognitum non existit, quam grande, quam honorabile et quam excellens Imperium Romaniae fuit et est ad robur fidei Christianae, seu cum quantis laboribus et expensis ac personarum perditionibus acquisitum fuit favore sanctae Romanae Ecclesiae et postmodum defensatum. Hoc dicere non insisto, cum Sanctitati vestrae ac universo orbi terrarum sit plenius manifestum. Et si praesenti tempore, quo dictum Imperium tantis angustiis tantisque tribulationibus agitatur, ea in me et commune Venetiarum, qui soli quasi, ut digno-

scitur, ad ipsius maneant munimen et defensionem, qui maximis operantur, et fuit[1]), per quae manifesta ipsius Imperii proditio procuratur, non est sine multo dolore et nimia turbatione ferendum.

Dictum est enim, quod a Sede Apostolica exivit edictum, quod, quicumque in subsidium Imperii Romaniae ire voluerit, talis sibi venia concedatur, qualis conceditur transfretantibus in servitium Terrae sanctae.

Praeterea per Ecclesiam Romanam Principi Achayae ad sui substentationem de pecuniis fit succursus, quod nobis ecclesiae tam devotis praestolabamur fieri per ea, quae fecimus et facere possumus in futurum. Est enim Sanctitati vestrae, Pater sancte, et aliis manifestum, quod insula Cretae robur et fortitudo est Imperii, quod per Latinos praesenti tempore possidetur; de qua si, quod absit, sinistri aliquid eveniret, de residuo est totaliter desperandum. Ad quam expugnandam et occupandam Palaeologus et eius sequaces ad praesens totis eorum viribus vigilant et attendunt; et, sicut habemus pro certo per literas exinde venientes, fideles in ipsa insula degentes propter potentiam inimicorum, quae multum crevit ibidem, tantis sunt perditionibus personarum, tribulationibus et angustiis circumdati, quod, nisi a nobis de gente et pecunia ipsis praesentialiter fiat succursus, nequibunt quodammodo, ut viva voce asserunt, respirare. Super quorum angustiis et tribulationibus dum vellemus, sicut erat expediens, cum nostro consilio providere, accidit, quod Archiepiscopus Cretensis[2]) ad nos seu ad Ecclesiam Romanam, cui devoti fideles sumus et fuimus, non attendens stando nobiscum in tractatu, de Venetiis secedens ex improviso

---

[1]) Hic aut turbatum quid est, aut locus mutilus. Lege salvo meliore: operantur viribus, et facta sunt et fiunt, per quae.

[2]) Qui hoc tempore fuerit, non est manifestum. Ceterum cfr. Le Quien. l. l. III, 907.

et nobis inseiis ad iudices suos, videlicet Feltrinensem Episcopum[1]) et Archidiaconum Tripolitanum ex improviso accessit, penes ipsos totaliter laborando, quod civitatem Venetiarum in fide et devotione prae aliis praepollentem proh dolor supposuerunt ecclesiastico interdicto.

Quod quidem cor meum et omnium de Venetiis medullitus saueiavit, a proposito de succursu mittendo ad ipsam insulam per opera talia desistentes, cum, quae sententiata sunt pro Archiepiscopo, seu quae requiruntur ab eo, per me vel commune Venetiarum non possint observari aliter vel attendi, quam si nobis mandaretur, quod Ecclesiam beati Marci supponeremus incendio et ruinae.

In eo vero, quod per Sanctitatem vestram saepius dictum est, eum partem nostram minus habere Sanctitas vestra invenisset, non potuit parti adversae iustitiam denegare, sic dicimus: debet enim vestra Sanctitas, Pater sancte, ad conditionem facti inspicere; et si per illum, cui per me et commune Venetiarum commissum erat negotium, inordinate, illicite et falso in causa processum est, quae non sunt nec ullo modo reperiri poterunt confitendo, velle non debet, quod commune Venetiarum, vestrae Sanctitati et Romanae Ecclesiae tam devotum, pro tanto defectu taliter debeat deperire.

Quapropter, Pater sancte, vestrae Sanctitati supplico modis omnibus, quibus valeo, flexis genibus reverenter, quatenus per intuitum Divini nominis et ob honorem vestrae Sanctitatis ad ea, quae facta sunt, cum gravissima et periculosa sint valde, necnon ad fidem incoucussam populi Venetorum velitis attendere, et per Dei filium unigenitum taliter providere, quod, quae facta sunt ad praesens, totaliter revocentur, ad hoc, ut per ea, quae per Sanctitatem vestram facta fuerint in hac

---

[1]) Algerius Villalta. Ughelli I. 1 V. 374.

parte, corda turbata ex intimis ad primum et verum propositum revertantur.

Data in Ducali Palatio, die octava intrante, Septembri, indictione octava, anno Domini MCCLXIV.

## CCCLI.

**Thomas Franco, Episcopus Castellanus, fatetur, se pecuniam recepisse a Joanne de Baruto, Presbytero, vicario suo.**

A. d. 1264, die 27. m. Novembris.

Flam. Cornelius Eccles. Venet. T. XIII, p. 234. Ex archivo Patriarchali.

In nomine Dei eterni. Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1264, mensis Novembris die 4. exunte, indictione VIII. Rivoalti.

Plenam et irrevocabilem securitatem facimus nos, Thomas Franco, Dei gratia Episcopus Castellanus, cum nostris successoribus tibi Presbytero Johanni de Baruto, vicario nostro, tibi et tuis successoribus, videlicet de una marcha argenti, quam nobis misisti ratione dicte vicarie per Marinum Genum de confinio s. Marie Nove.

Nunc autem, quia ipsam marcham bene recepimus a dicto Marino Geno, amodo in antea securus et quietus permaneas in perpetuum.

Si igitur unquam contra hanc securitatis cartam ire temptaverimus, tunc emendare debeamus cum nostris successoribus tibi et tuis successoribus auri libras quinque; et hec securitatis carta in sua permaneat firmitate.

Signum suprascripti domini Episcopi, qui pro se scribi et hec rogavit fieri.

† Ego Natalis Blanco, Canonicus s. Marci, tt. ss.

† Ego Petrus, s. Lucc Diac., tt. ss.

L. S. Ego Marcus Fino, Presb. s. Paterniani et notarius, complevi et roboravi.

## CCCLII.

**Pactum Soldani (Melekelnassir) de Alappi ad peticionem nobilis viri, Johannis Secreto, factum.**

A. d. 1264. 1. Sept.—31. Dec.

Liber Albus fol. 209. Liber Pactorum I, fol. 269. II, fol. 17, in quibus sic inscriptum: *pactum factum per Soldanum Adalapi* etc. *anno domini MCCLIIII, indictione XIII.* — Edita sunt haec duo documenta nuper a *Mas-Latrie* Bibliothèque de l'école des chartes. III Ser. Tom. II, p. 527 a. 1851, e Libris Pactorum Venetis, titulo: „documents Français de l'an 1254 émanant du Sultan d'Alep". De Soldano ipso vide notam nostram ad nr. CLXXXV, T. II, p. 62. Annum 1264 exhibent Liber Albus et Liber Pactorum II.

A *[este]* comandé per (l. *par*) le haut commandement seignori le Soltan — Dex accreisse sa hautece e doble les sostenances de ses mandemens: —

De mener les marcheans de Veneise sur lor durable usance et lor ferme costume de uenir et d'aler en nostre terre, ne que l'on ne lor doie changier nulle custume, ne renoveler sur els nul jugement; mais que il soient ferme sur lor usance conehue et lor priuée custume, segont ce qui est és priuileges honorés que il ont de nos en lor mains; o l'acreissement que il partiront . . .[1]) d'els honorer en nostre terre et d'els pusièr [l. *prisier*][2]) en toz[3]) nos reaumes et *[en?]* bonté perdurable et otrei ferme; la quale chose seit clere et ne se deit trobler ne; ne se deit changier a la longuesse des iors. Et le chemin de toz cels qui cest present escrit uerront, des Amirails et des Bailliz et de cels qui sunt en luec d'els, generalmant de receveir cest comandement et de faire ce que i conticnt, et trestoz cels qui uenront de per [l. *par*] els, honorer et prisier[4]) et aidier à lor uente et à lor achat, et

---

[1]) Lacunosum videtur, nisi legendum erit: quel part qu'il iront.
[2]) pusier codd.
[3]) totes LA.
[4]) puissier LP. I.; ptisier LP. II.

de prendre ce que il deivent de la dreiture, si come l'usance est corrue, sans nul creissement de nulle chose terrene; et toz jors seit le regart des Baillis de sauuer ce que il auront ... (lacuna in codd.).

Com il seront en nostre terre au uenir et al aler, par quei il puissent entrer et issir sauuement o quant que il auront.

Por ce que cels qui ve[*n*]ront de cele partie puissent estre sauf et segurs; et por ce que il sachent ceste chose, fu ce confermé del confermement del haut seignal.

## CCCLIII.

### Litterae eiusdem Sultani.

A. d. 1264.

Ibidem.

Le Soltan le *Melec el Nasser Salech el dume weldin*, reçut les letres qui uindrent de per [l. *par*] le Duc, le noble, le grant, le vigoros, le pros, le hardi, lo sosteneor des leis de Jhesu Crist, la gloire del peuple de nostre Signor, l'auanceor des generacions de la crois, le honor de *[la]* partie des Frans, l'apoicor des enfans del baptesme, le uietorien des enfans de Crestiente — Dex alonge le terme de sa vie, et asemble les cuers sur s'amistance — et parolent les lengues de son los e de son gré; et toz tens seit s'amistance honorée et sa grace multipliée — et l'entendimes loant s'amor, remembrant s'amistié, maintenant s'acointance, delitant delivrement des dettes que nos avons en s'amor. Et séumes ce que il manda disant en eles de son pendement enuers nos, et de la fiance que il a en nos; et le mercions de cest revisitement que nos receumes et de l'amisté, que il a en nos laquele nos tenons à grant repos.

Si uint son message, le chier[1]), le gentil, le prisé sire Johan Secret — Diex le face durable — et se presenta en noz

---

[1]) chevalier Mas-Latrie, compendio deceptus; chàr LP. I.

mains, et nos retraist par boche son enehargement, et séumes les entreseignes de l'amor qui i eonteneit et la reeonoissanee de sa elere amistié; si que nostre los dobla en sa elere amor et nostre volunté en s'amistié; dont nos li avons retrait le respons et fait sa besoigne. Et le Due — Dex le face durable — nos revisite de ses letres, et nos esjoisse de ses besoignes et de ses servises; et Diex le haut le faee durable de sa longue vie, et son fait seit loez en totes ehoses.

## CCCLIV.

**Potestas Raynerii Geno, Ducis Venetiarum, pro Jacobo Delphino et Jacobo Contareno, legatis de treuga facienda cum Michaele Palaeologo, Imperatore Graecorum.**

A. d. 1265, die 12. m. Martii.

Inserta est haec Potestas treugæ Michaelis, quæ sequitur nr. CCCLV.

## CCCLV.

**Treuga Michaelis Palæologi Imperatoris cum Raynerio Geno, Duce Venetiarum.**

A. d. 1265, die 8. m. Junii.

Græcum hujus treugæ s. pacti textum autographum asservat Cæsareum archivum Vindobonense in membrana, cuius exteriori parti manus recentior hæc inscripsit: Constantinopolis. Michael Imperator Ducas Angelus Comnino. Bulla aurea abstracta. (XXII.)

In Iris Græcis tm.

Treugua Constantinopolit. facta p. dmn. Jacobum delfino, et dmn. Jacobum contareno a. MCCLXV.

Interpretationem treugæ latinam habet Liber Albus fol. 116, hoc titulo: Treugua Michaelis, Imperatoris Romeorum, cum domino Raynerio, Duce Veneciarum. Ubi margini ad vocem *treugua* appositum alia manu *pax*. Eandem interpretationem continet Liber Pactorum IV, fol. 417, hac inscriptione: Forma concordii cum Imperatore Constantinopolitano.

Anno 1850 hanc treugam Græce et Latine, item Theotisce, Vindobonæ edidimus in libro Academiæ Vindobonensis menstruo: Sitzungsberichte der philos.-historischen Classe der kaiserl. Akademie der Wissenschaften. Mense Octobri. Repetimus editionem nostram, non uno tantum loco mutatam atque correctam.

Historiam pacti satis memorabilis bene sic illustrat Andreæ Danduli chronicon l. c. p. 369 sq.: *Nono Ducis anno Theodorus, qui pro Imperatore Græcorum se gerebat, filios suos moriens sub cura Michaelis Palæologi fiducialiter dimisit et reliquit. Hic in potentia auctus, Latinorum posse debilitato, Constantinopolitanam urbem obtinuit. Marcus igitur Gradonico, pro Venetis tunc Potestas, et Balduinus Imperator, ac Pantaleo Justiniano Patriarcha cum multitudine Latinorum navigia Venetorum conscendentes Nigropontem perveniunt, et a Laurentio Teupulo loci Bajulo de inopinato casu compuncti* (l. *compuncto*) *honorifice recipiuntur. . . . Dux postea a Balduino requisitus Michaelem Dauro et Marcum Justiniano pro subsidio et recuperatione Imperii obtinendo Papæ Legatos misit; qui cum quicquam præter verba obtinere nequirent, Michael Dauro repatriavit, alius vero cum Balduino ad Ludovicum Regem Franciæ et ad Regem Castellæ proficiscens sine profectu tandem rediit. . . . Ceterum Michael Palæologus ambitione Imperii filios Theodori sibi commendatos suffocavit, et sibi Imperialem coronam imponi fecit, et cum Januensibus, quos sciebat Venetorum æmulos, confoederationem iniit, et XXX galeas bene munitas illico ab eis suscepit. . . . Interea Michael Imperator Græcorum, dum contra Venetos ex favore Januensium nihil proficeret, Henricum Trevisano, quem captum detinebat, pro tractatu concordiæ Venetias misit, cum quo Dux Benedictum Griliono remisit; et eo reverso Jacobum Delphino et Jacobum Contareno Legatos ad Imperatorem Dux accedere fecit, qui simpliciter cum illo perpetuam faciunt pacem, et cum Imperiali nuntio redeunt. Dux autem turbatus Petrum Baduario et Nicolaum Navigajoso pro irritando, quæ gesta erant, Constantinopolim delegat, et irritata sunt, et cum duobus apocrisiariis Imperatoris ad Ducem redeunt. Tunc Dux videns, quod Balduinus a Principibus Occidentis nihil favoris poterat obtinere, petitæ treguæ consensum præbuit, et Marcum Bembo et Petrum Zeno suos syndicos pro complenda*

*tregua Imperatori misit; qui cum eo, prius annullata colligatione, quam cum Januensibus habebat, usque ad quinquennium et ultra, quantum utrisque placuerit, treguas ineunt et sacramento corroborant*[1]). *Michael tunc audacior effectus in Achajam exercitum mittit, et Guilielmum Principem capit; et illo tandem mortuo primogenita ejus Philippo nato Caroli, Regis Siciliæ, sociatur. Et Clemens Papa videns ea, quæ ex Venetorum conventione acciderant, Ducem, ut a treguis rescinderet* (l. *recederet*), *comminando admonuit.*

Cfr. L. de Monacis p. 148 sqq. Da Canale, Cronaca Veneta in Archiv. stor. VIII, 582 sqq. De processu hujus foederis diplomatico v. Finlay, history of the Byzantine and Greek empires II, 439 sqq. et Nos in „Münchener Gelehrten-Anzeigen" Tom. XLI. III, 7. a. 1855.

---

Non omittendum hoc loco documentum insigne, quod primo edidit du Cange in Recueil de diverses chartes p. 9—16 (in calce Villeharduini); nuper repetiit Pagano l. l. p. 249—258, ille ex archivo Paris., hic ex libro Jurium Januensi, nempe: Conventiones Januensium cum Græcorum Imperatore Michaele Palæologo, a. 1261, quas ipsas innuit supra Ducalis annalista.

Hic sufficiet depromere ea, quae de rebus Venetorum ibi continentur; cetera studio accuratiori remittemus.

„*Promisit* (Michael) *imprimis, quod a presenti die* (i. e. m. Martii, die 13.) *inantea habebit Imperium nostrum et successores eius amorem et pacem perpetuam cum communi Janue et districtualibus eius, et quod habebit guerram decetero cum communi Venetorum et cum Venetis omnibus (communibus?) inimicis nostris; et quod non faciet pacem cum ipso communi, treugam neque concordiam cum ipso communi sine conscientia et voluntate communis Janue. Et dictum commune Janue non faciet treugam neque concordiam cum ipso communi Venetorum sine conscientia et voluntate nostri Imperii.*"

---

[1]) Muratorius ad suam chronici Dandulei editionem (p. 373): „Cod. Amb. addit: *et sic de quinquennio in quinquennium inducitur; reformatæ sunt cum Imperatore perpetuis temporibus successivis.*"

*„Item promisit, convenit et confirmavit iura, rationes et privilegium iurium et edificiorum, Divina misericordia favente, quod commune Janue seu aliquis pro communi consuevit habere in urbe magna Constantinopoli. Et si Dominus omnipotens concesserit Imperio nostro recuperare et capere dictam civitatem, tunc dabit in civitate predicta palacium communi Janue, stallum, possessiones et introitus; et gratiam faciet dicto communi, videlicet quod dabit dicto communi ecclesiam sancte Marie, quam modo tenent Veneti, cum logiis, que sunt circa ipsam ecclesiam, et cimiterio ipsius, atque solum castri Venetorum, quod est in ipsa civitate, si dictum commune instanter et efficaciter ad dictam civitatem capiendam succursum miserit galearum.“*

---

(Juraverunt nuntii Januæ) *„imprimis, quod commune Janue habebit decetero pacem et amorem perpetuum cum Imperio nostro et successoribus eius, et non faciet pacem, treugam nec concordiam cum omnibus (communibus?) inimicis nostris Venecie, sine conscientia et voluntate Imperii nostri; sicut Imperium nostrum tenetur, non facere treugam, paeem nec concordiam cum communibus inimicis nostris Venecie sine voluntate et conscientia dicti communis Janue.“*

*„Item, quod, si aliqua navis mercatorum Januensium fuerit in Imperio nostro, et tunc acciderit, quod stolus Pisanorum vel Venetorum vel aliorum, qui habent guerram cum Imperio nostro* [1]*), et Capitaneus seu Ducas vel Castellanus loci, ubi iam dicta navis esset, requireret de hominibus navis prediete pro muniendo castrum, et pepigerit cum ipsis Januensibus, per tantum tempus, quantum pactum fecerit cum ipsis, dando ipsis solidos, videlicet decem dierum vel viginti, vel unius mensis, vel plus vel minus, quod dicti Januenses, qui pepigerint, teneantur debito, castrum illud defendere et salvare, sicut castrum proprium Januensium, et non facere aliquam maliciam dicti castri seu traditionem dicti castri, —* [2]*) teneantur commune Janue, Capitaneus et Potestas contra ipsos correctionem et vindictam facere, sicut essent in simili casu traditores communis Janue.“*

---

[1]) Hic quid deest: venerit contra Imperium nostrum?

[2]) Etiam h. l. sententia manca. Tu, ni plura, intersere: sin, i. e. si contra.

A.

Ἐπεὶ ὁ εὐγενέστατος δοὺξ Βενετίας καὶ ἐξουσιαστὴς Χορβατίας, Δαλματίας καὶ τῶν ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ λοιπῶν χωρῶν τε καὶ νησίων, κῦρις Ῥαινέριος Ντζένος, μετὰ καὶ τῆς μικρᾶς καὶ μεγάλης βουλῆς τοῦ κουμουνίου αὐτῶν καὶ συναινέσεως καὶ γνώμης τοῦ τοιούτου κουμουνίου παντὸς τῆς Βενετίας ἐκλεξάμενος ἀποκρισιαρίους τοὺς δύο εὐγενεῖς ἄνδρας καὶ πρωτοσυμβούλους[1]), τόν τε Συριάκωβον[2]) Δελφῖνον καὶ τὸν σὺρ Ἰάκωβον Κονταρῖνον, ἀπέστειλεν εἰς τὴν βασιλείαν μου, ὥστε συντυχεῖν καὶ τρακταῖσαι περὶ ἀγάπης, καὶ πληρῶσαι τούτους ταύτην μετὰ τῆς βασιλείας μου ὡς πληρεστάτους ἀποκρισιαρίους καὶ ἔχοντας τὴν ἐξουσίαν καὶ τὸ θέλημα ἅπαν τοῦ εὐγενεστάτου δουκὸς Βενετίας καὶ τοῦ κουμουνίου αὐτῶν ἀνατεθειμένον εἰς αὐτούς, καὶ τὸ παρ' αὐτῶν γεγονὸς καὶ ἀφιερωθὲν μετὰ τῆς βασιλείας μου στερχθῆναι[3]) καὶ βεβαιωθῆναι καὶ δεχθῆναι παρὰ τοῦ διαληφθέντος[4]) εὐγενεστάτου δουκὸς Βενετίας, κυροῦ Ῥαινερίου Ντζένου καὶ τῆς μικρᾶς καὶ μεγάλης βουλῆς τῆς Βενετίας καὶ παντὸς τοῦ κουμουνίου αὐτῆς, καὶ πολλῶν συντυχιῶν γενομένων καὶ τρακταϊσμῶν μετ' αὐτῶν, συνῆλθεν ἡ βασιλεία μου καὶ συνεβιβάσθη εἰς τὸ ποιῆσαι καὶ πληρῶσαι τὴν μετ' αὐτῶν ἀγάπην ἐπὶ τοῖς κεφα-

---

[1]) De v. πρωτοσύμβουλος adi Ducang. in Glosa. Græco s. v. et sub v. κονσουλάριος, item in Gloss. Lat. s. v. consiliarius. Erit hoc loco fere idem, quod princeps senatus. Apud Saracenos fuit pr. Chalifa, mox etiam Vezirius.

[2]) Sic (uno tenore) ms.

[3]) Στέργειν, decernere, confirmare; τὸ στέργον, quod paulo inferius legetur, firmum, decretum, placitum. Desideratur forma στέργον apud Ducangium, qui tamen habet τὸ στερχθὲν eodem sensu. Forma στέργον iterum deprehendimus in Chrysobullio Manuelis Palæologi Imperatoris mense Sept. a. d. 1406. apud Millerum in Catalogue des mscr. Grecs de la bibliothèque de l'Escurial p. 66.: Ἔξει τὸ εἰρημένον ἀργυρόβουλλον τὸ στέργον, τὸ κῦρος καὶ βέβαιον.

[4]) I. e. supradicti. Eadem vox restituenda est in Chrysobullio Andronici Ducæ Comneni Palæologi mens. Jun. a. d. 1301. apud Millerum l. c. p. 63.: Τὴν διαλειφθεῖσαν (l. διαληφθ.) ἁγιωτάτην μητρόπολιν Μονεμβασίας. Adde Eundem p. 65.

λαίοις τοῖς κατωτέρω ῥηθησομένοις, ὁμνύει ἡ βασιλεία μου εἰς τὰ ἅγια τοῦ θεοῦ εὐαγγέλια καὶ εἰς τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν σταυρόν, ἵνα ἀπὸ τῆς σήμερον ἡμέρας, ἥτις ἐστὶν ὀκτωκαιδεκάτη τοῦ παρόντος Ἰουνίου μηνὸς τῆς ὀγδόης ἰνδικτιῶνος, ἔχῃ μετὰ τοῦ εὐγενεστάτου δουκὸς Βενετίας καὶ τῆς μικρᾶς καὶ μεγάλης βουλῆς αὐτῶν καὶ παντὸς τοῦ κουμουνίου τῆς Βενετίας ἀγάπην καθαρὰν καὶ ἀδολίευτον οὕτως·

Ἵνα μετὰ τὸ συνδεθῆναι αὐτοὺς εἰς ἀγάπην μετὰ τῆς βασιλείας μου οὐ μὴν ποιήσωσιν οὗτοι μετὰ ἄλλου γένους[1]) ἀγάπην κατὰ τῆς βασιλείας μου· ἀλλ' οὐδέ, ἐὰν ἐπιχειρήσῃ τις ἄλλος ἢ ἀπὸ τῶν νῦν κρατουμένων εἰς φιλίαν τῆς Βενετίας καὶ ὁρμήσῃ κατὰ χώρας τῆς βασιλείας μου, ἢ ὁ κύριος Πάπας[2]), ἢ ὁ ῥὴξ Φραγγίας[3]), ἢ ὁ ῥὴξ Σικελίας[4]), ἢ ὁ ῥὴξ Καστέλλας[5]), ἢ ὁ ῥὴξ Ἰγκλινίας[6]), ἢ ὁ ῥὴξ Ῥαγούνας[7]), ἢ ὁ αὐτάδελφος τοῦ ῥηγὸς Φραγγίας ὁ κόντος Κάρουλος[8]), ἢ ἕτερος ῥὴξ καὶ κόντος, ἢ τὸ κουμούνιον τῆς Γενούας, ἢ τὸ κουμούνιον τῆς Πίσσης, ἢ τὸ κουμούνιον τοῦ Ἀγκῶνος, ἢ ἕτερον κουμούνιον, ἢ ἁπλῶς εἰπεῖν Χριστιανός τις ἢ ἀσεβὴς ἀλλογενὴς ὁρμήσῃ κατὰ χώρας τῆς βασιλείας μου, ἢ κάστρου, ἢ φοσσάτου αὐτῆς, ἵνα συνέλθῃ ὁ εὐγενέστατος δοὺξ Βενετίας μετ' αὐτῶν, ἢ τὸ κουμούνιον τῆς Βενετίας, ἢ τῶν καραβοκυρίων[9]) τις ἢ τῶν ἀρχόντων[10]) τῆς Βενετίας εἰς μάχην κατὰ τῆς χώρας τῆς βασιλείας μου, ἢ κατὰ κάστρου, ἢ φοσσάτου αὐτῆς, ἢ λόγοις, ἢ βουλαῖς, ἢ ἔργοις, ἢ χρήμασιν, ἢ ἵνα ναυλώσωσιν αὐτοῖς ξύλα[11]) εἰς τὸ ἐλθεῖν, ἢ

---

[1]) ἀλλουγένους ms. Psulo inferius occurrit ἀπὸ ἑτέρου γένους.
[2]) Clemens IV.
[3]) Ludovicus IX.
[4]) Manfredus.
[5]) Alfonsus X.
[6]) Henricus III.
[7]) Petrus III.
[8]) Carolus Andegavensis (Anjou).
[9]) καραβοκύριος idem est, quod ναυάρχης, coll. Ducang. s. v.
[10]) I. e. Nobilium, procerum, primatum, coll. Ducang. s. v.
[11]) I. e. naves, Latinorum ligna eodem sensu, coll. Ducang. s. v.

ἀπὸ τοῦ κουμουνίου κοινῶς, ἢ ἀπὸ πραγματευτῶν ἰδικῶς καὶ ἀρχόντων τῆς Βενετίας, ὥστε λαβεῖν ναῦλον ἢ τὸ κουμούνιον τῆς Βενετίας, ἤ τινας τῶν πραγματευτῶν, ἢ τῶν καραβοκυρίων, καὶ διακομίσαι ἐχθροὺς εἰς τὴν χώραν τῆς βασιλείας μου. Εἰ δέ τινες ῥῆγες, ἢ πρίγκιπες, ἢ κόντοι, ἢ βαρούνιοι μετὰ φοσσάτου ζητήσουσι διαπεράσαι ἐπὶ τῷ ἀπελθεῖν εἰς τὸν τοῦ Κυρίου τάφον, ἢ ἀλλαχοῦ, πρῶτον ἵνα ζητῇ ὅρκον ἐξ αὐτῶν ὁ δοὺξ Βενετίας καὶ τὸ κουμούνιον, ὅτι οὐ μὴν ἔλθωσι κατὰ χώρας τῆς βασιλείας μου, καὶ οὕτως ἵνα παραχωρῶσιν αὐτοῖς ἀπελθεῖν, ἔνθα βούλονται, εἰς τὴν δουλείαν[1]) αὐτῶν· εἰ δ' ἴσως περεγρῖνοί τινες θελήσουσι διαπεράσαι δέκα ἢ εἴκοσι τὸν ἀριθμόν, οὐ μὴν ἀπαιτῇ ἐξ αὐτῶν ὅρκον ὁ δοὺξ Βενετίας καὶ τὸ κουμούνιον.

Ἵνα οἱ πραγματευταὶ τῆς χώρας τῆς βασιλείας μου, οἱ μέλλοντες ἀπέρχεσθαι εἰς Βενετίαν, ποιῶσι τὰς δοκούσας αὐτοῖς πραγματείας, καὶ διδῶσι τὸ κομμέρκιον[2]) κατὰ τὴν συνήθειαν τῆς Βενετίας, καὶ ἐξωνῶνται τὰ δοκοῦντα αὐτοῖς ἀνεμποδίστως.

Ἵνα τὰς χώρας, ἃς κρατεῖ ἀρτίως ἡ Βενετία, τὴν Κορώνην καὶ τὴν Μεθώνην[3]), ἔχῃ πάλιν, καθὼς ἔχει αὐτάς.

Ἵνα ἔχῃ τὴν νῆσον Κρήτην, καὶ ὅσοι ἄνθρωποι τῆς βασιλείας μου εὑρίσκονται ἐκεῖσε, ἵνα ἐπάρῃ[4]) αὐτοὺς ἡ βασιλεία μου, καὶ οὐ μὴν μεταχειρισθῇ ταύτην ἡ βασιλεία μου.

Τὰ νησία τοῦ Αἰγαίου πελάγους[5]), ὅσα εἶχεν εἰς εἴσοδον ὁ δοὺξ Βενετίας, ἵνα πάλιν ἔχῃ ταῦτα· ὅσα δὲ ἦσαν ὑπὸ τὴν

---

[1]) I. e. negotium. Eodem sensu hæc vox occurrit in argyrobullio Demetrii Palæologi Porphyrogeniti mens. Febr. a. d. 1440. apud Millerum l. c. p. 61.: ὑπηρέται τῆς τοιαύτης δουλείας.

[2]) I. e. vectigal pro mercibus, coll. Ducang. s. v.

[3]) Nobiles Moreæ meridionalis urbes litorales, quarum mentionem scriptores quoque Byzantini jungere solent. De his vide Symbolas nostras criticas geographiam Byzantinam spectantes, parte I, nr. 32 (Abhandl. der histor. Classe der k. Bayerschen Akademie der Wissenschaften V, 2).

[4]) Byzantinis ἐπαίρω est aufero, qua significatione multoties habet Chronographia Theophanea. Adde Thesaurum Stephanianum ed. Has. s. v.

[5]) Reliquis Byzantinis simpliciter Αἰγαῖον, rarius plenâ formâ Αἰγ. πέλ., coll. Symb. crit. l. c. nr. 20. Aegæum pelagus cum insulis suis medio ævo pecu-

βασιλείαν καὶ τὸ Πριγκιπάτον[1]), ὅτε οἱ Λατῖνοι ἦσαν ἐγκρατεῖς τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἵνα θεοῦ εὐδοκοῦντος γένωνται ὑπὸ τὴν βασιλείαν μου καὶ τοὺς κληρονόμους καὶ διαδόχους αὐτῆς καὶ τὴν Ῥωμανίαν.

Εἰς τὸν Εὔριπον[2]) ἵνα ἔχωσιν, εἴ τι ἔχουσι σήμερον.

Ἵνα δώσει αὐτοῖς ἡ βασιλεία μου εἰς τὸν Ἁλμυρὸν[3]) τόπον εἰς κάθισμα, καὶ ποιήσωσιν ἐν αὐτῷ ἀναπαύσεις. Ἐπεὶ δὲ ἔχει ἡ βασιλεία μου μάχην μετὰ τοῦ Εὐρίπου, καὶ εὑρίσκονται ἐν αὐτῷ Βενέτικοι, ἵνα ἔχῃ ἡ βασιλεία μου κατακεκρατημένην τὴν σκάλαν[4]) τοῦ Ἁλμυροῦ, ὅπως μὴ ἐπαίρωσιν ἀπὸ τῆς τοιαύτης σκάλας βρώσιμα καὶ πόσιμα οἱ ἐν τῷ Εὐρίπῳ Βενέτικοι, καὶ ἀποκομίζωσι ταῦτα εἰς ζωάρκειαν τῶν ἐν τῷ Εὐρίπῳ ἐχθρῶν τῆς βασιλείας μου Λατίνων, μέχρις ἂν δῴῃ θεός, καὶ γένηται ἐγκρατὴς ἡ βασιλεία μου τοῦ Εὐρίπου· καὶ τότε ἵνα ἀπολύσῃ ἡ βασιλεία μου καὶ τὴν τοιαύτην σκάλαν πρὸς τὸ μέρος τῆς Βενετίας. Ὅτε δὲ μέλλει πολεμεῖν ἡ βασιλεία μου μετὰ καὶ τῆς τοῦ θεοῦ βοηθείας τοῖς εἰς τὸν Εὔριπον Λατίνοις, οὐ μὴν ἀποστείλῃ ἡ Βενετία συμμαχίαν ἢ χρῆμα εἰς βοήθειαν αὐτῶν· ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν τῷ Εὐρίπῳ εὑρισκόμενοι Βενέτικοι, εἰ μὲν ἀποσχισθῶσιν ἀπὸ τοῦ μέρους τῶν ἐκεῖσε Λατίνων, καὶ πεσοῦσιν ἰδικῶς, καὶ οὔτε τοῖς Λατίνοις συμμαχοῦσιν, οὔτε τῇ βασιλείᾳ μου ἀντιδικοῦσιν, ἵνα φυλάσσωνται καὶ αὐτοὶ καὶ τὸ πρᾶγμα αὐτῶν παρὰ τοῦ μέρους τῆς βασιλείας μου, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ Βενέτικοι. Εἰ δὲ ἀντιδικήσουσιν οὗτοι μετὰ τῶν ἐκεῖσε Λατίνων τῷ μέρει τῆς βασιλείας μου εἰς τὸν κατὰ τῶν Εὐριπιωτῶν γενησόμενον πόλεμον, ἵνα καὶ εἰς αὐτοὺς καὶ εἰς τὸ πρᾶγμα αὐτῶν

---

liare thema (provinciam) Regni Græci constituit, et quidem XVII Orientis, coll. Constantino Porphyrog. de thematibus I, 17.

[1]) Significatur sic dictus Principatus Latinorum Achaiæ. An τὸν Πραγκ.?

[2]) I. e. urbem Chalcidem in Eubœa cum ipsa insula

[3]) I. e. urbem Thessaliæ maritimam ad sinum Pagaseticum (Volo). Vide Symb. crit. I. c. nr. 41.

[4]) I. c. portum cum loco descensionis et appulsus. Vide Ducang. in utroque Glossario.

ποιῇ ἡ βασιλεία μου, ὅπερ βούλεται. Ἀφότου δὲ βοηθείᾳ θεοῦ ἐπιλάβηται ἡ βασιλεία μου τοῦ Εὐρίπου, τὸν τόπον, ὃν εὑρίσκεται ἡ Βενετία ἔχουσα ἐν αὐτῷ κατὰ τὸ σήμερον, ἵνα δώσει τοῦτον πάλιν ἡ βασιλεία μου πρὸς τὸν εὐγενέστατον δοῦκα Βενετίας καὶ τὸ κουμούνιον αὐτῆς· καὶ ἔχωσι πάλιν τοῦτον, καθὼς ἔχουσι σήμερον.

Ὡσαύτως ἵνα δώσει αὐτοῖς ἡ βασιλεία μου καὶ εἰς τὸ μέρος τῆς Θεσσαλονίκης, ἄνευ τοῦ κάστρου, ἔνθα θέλουσι, τόπον εἰς κάθισμα. Εἰς τὸ μέρος τοῦ Βολερού[1]) καὶ τῆς Αἴνου[2]), ἔνθα ἀναπαυθῶσιν. Ἀπὸ τοῦ Στενοῦ[3]) εἰς τὸ μέρος τῆς δύσεως εἰς δύο τόπους, ἔνθα ἂν ὀρεχθῶσιν. Εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, εἰς οἷον τόπον θελήσουσιν, ἀπὸ τῆς παλαιᾶς ἐξαρτύσεως[4]) μέχρι καὶ τῶν Πηγῶν[5]). Εἰ δ' ἴσως ποτὲ τῶν καιρῶν θελήσει ἡ βασιλεία μου δοῦναι τόπον ἐντὸς τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἢ τῆς Θεσσαλονίκης τινὶ τῶν Λατινικῶν κουμουνίων, ἵνα τότε προτιμῆται ἡ βασιλεία μου τοὺς Βενετίκους, καὶ διδῷ αὐτοῖς τόπον εἰς τὰ τοιαῦτα κάστρα. Εἰς τὴν Μαύρην θάλασσαν, ὅπου ἂν ἀρεσθῶσι. Εἰς τὸ Ὑρτάκιον[6]) ἵνα ἔχωσι τόπον. Εἰς τὸ Ἀτραμύτιον[7]) τὰ

---

[1]) Fuit Bolerus provincia Thraciæ meridionalis in utroque litore Maritzæ (Hebri) inferioris, prope Aenum urbem. Vide Viam Egnatiam commentat. II. p. 32 sq. Symb. crit. I. c. nr. 25. T. I, p. 264.

[2]) Urbs Thraciæ notissima, ad ostia Hebri. Symb. crit. comment. II, nr. 44. 84.

[3]) I. e. Bosporus Thracicus cum suo litore. Symb. crit. I. c. nr. 42. T. I, p. 473.

[4]) ἐξαρτήσ. ms. Fuit ἐξάρτυσις locus in Constantinopoli prope Neorium, ubi fabricabantur triremes eorumque suppellex, coll. Duc. s. v. Thes. Steph. ed. Has. s. v. Adde Fallmerayerum in Originalfragmente zur Geschichte des Kaiserthums Trapezunt (Abhandl. der k. Bayerschen Akademie der Wissensch. Class. III, Vol. III. p. 133).

[5]) Fuere Πηγαὶ s. Πηγὴ palatium Constantinopolis suburbanum in Thracia, de quo multus est Ducangius in Constantinopoli Christiana IV, p. 120.

[6]) Ita ms., si quidem recte legimus; et Latina interpretatio habet Ritachio. Jam in Creta quidem urbem Hyrtacum habemus (Steph. Byz. s. v.); sed ea huc non facit. Quærenda enim urbs Bithyniæ s. Mysiæ. Anne igitur Ἀρτάκιον legi poterit, cum ibi locorum, juxta Cyzicum, occurrat urbs Ἀρτάκη, coll. Herodot. 4, 14. 7, 33. Procop. Pers. I, 25 all.?

[7]) De Atramytio, Troadis urbe, v. T. I, p. 271 Symb. crit. I. c. Comment. I, nr. 74.

ὁσπήτια καὶ τὸ λουτρόν, τὰ ὄντα ἐκεῖσε. Εἰς τὴν Ἀναίαν[1]) τόπον, ἵνα εἰσέρχωνται καὶ ἐξέρχωνται ἐν αὐτῷ. Ὡσαύτως καὶ εἰς τὴν Σμύρνην.

Ἵνα ἀποδιώξῃ ἡ βασιλεία μου ἀπὸ τῆς χώρας αὐτῆς καὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν τοὺς Γενουίτας, καὶ οὐ μὴν παραλάβῃ αὐτούς. Ἐὰν δέ ποτε τῶν καιρῶν προσέλθωσιν οἱ Γενουῖται[2]) τῇ βασιλείᾳ μου καὶ παρακλητεύσωσιν αὐτήν, ἵνα δέξηται αὐτοὺς εἰς ἀγάπην, ἄλλως οὐ μὴν ποιήσῃ ταύτην ἡ βασιλεία μου μετ' αὐτῶν, εἰ μὴ μετὰ εἰδήσεως τοῦ δουκὸς Βενετίας καὶ τοῦ κουμουνίου, σωζομένου τοῦ παρόντος ὁρκωμοτικοῦ τῆς βασιλείας μου πρὸς τὴν Βενετίαν. Ἀλλ' οὐδὲ ἡ Βενετία ἵνα παραδέξηται αὐτοὺς εἰς ἀγάπην ἄνευ εἰδήσεως τῆς βασιλείας μου, σωζομένου τοῦ πρὸς τὴν βασιλείαν μου ὁρκωμοτικοῦ τῆς Βενετίας. Ἐὰν δὲ οἱ τοιοῦτοι ἐχθροὶ αὐτῶν ἁρματώσωσι[3]) κάτεργα[4]) ἐπὶ τῷ ἐλθεῖν κατὰ τῆς χώρας τῆς βασιλείας μου, ἵνα ἁρματώσωσι καὶ οὗτοι κάτεργα, καὶ ἔρχωνται πρὸς ἀντιπαράταξιν αὐτῶν καὶ βοήθειαν τῆς χώρας τῆς βασιλείας μου, πρὸς τὸ ποσὸν τῶν Γενουϊτικῶν ξύλων, καὶ πρὸς ὃ διακρίνουσιν οὗτοι ἀντιπαρατάξασθαι αὐτοῖς. Καὶ ἵνα διδῷ ἡ βασιλεία μου τὴν ἔξοδον τῆς ἡμισείας ῥόγας[5]) τῶν σωμάτων τῶν τοιούτων κατέργων, γινομένου ὅρκου παρά τε τοῦ δουκὸς Βενετίας καὶ τοῦ κουμουνίου αὐτῶν, ὅτι, καθὼς μέλλουσιν οὗτοι δοῦναι τὴν ἡμίσειαν ῥόγαν τῶν τοιούτων σωμάτων, ἄνευ τινὸς δόλου, ἵνα διδῷ καὶ ἡ βασιλεία μου τὴν ἡμίσειαν ῥόγαν τῶν σωμάτων, ἰσόποσον τῆς ῥόγας τῆς Βενετίας. Ἐὰν δὲ ἡ βασιλεία μου μηνύσῃ πρός τινας τῶν ἀρχόντων τῆς

---

[1]) Anæa, Cariæ urbs, Samo insulæ opposita, Epheso vicina. Steph. Byz. s. v. Hieroclis synecd. cap. 20. Aniam Latini scriptores medii ævi dicunt, sæpiusque memoratur in sequentibus Diplomatibus.

[2]) Genuenses, a. d. 1265 Venetorum inimici, anno 1270 inducias facere coacti sunt.

[3]) ἁρμ. scribit ms. Sed ἅρματα sunt arma, ἁρμάτων bellum, ἁρμάτοι armati, ἁρματώνειν et ἁρματοῦν bellare, coll. Ducang. s. vv.

[4]) I. e. triremes, coll. Ducang. s. v.

[5]) I. e. stipendii. De v. ῥόγα adi Ducangium s. v.

Βενετίας καὶ φίλων τῆς βασιλείας μου, ἵνα ἁρματώσωσι κάτεργα καὶ δουλεύσωσι τῇ βασιλείᾳ μου, καὶ θελήσωσι διὰ τὴν ἀγάπην τῆς βασιλείας μου ποιῆσαι τοῦτο, οὐ μὴν ἐμποδίσονται οὗτοι εἰς τοῦτο παρὰ τοῦ εὐγενεστάτου δουκὸς Βενετίας ἢ τοῦ κουμουνίου αὐτῶν. Ἀλλ' οὐδὲ ἡ βασιλεία μου ἵνα ἀποστείλῃ τὰ τοιαῦτα κάτεργα κατὰ χώρας τινὸς ἐχούσης φιλίαν μετὰ τῆς Βενετίας.

Ἵνα, ἐὰν διὰ ξηρᾶς συμβῇ ἐλθεῖν φοσσάτον κατὰ χώρας τῆς βασιλείας μου, οἱ εὑρισκόμενοι ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ Βενέτικοι φυλάσσωνται καὶ οὗτοι παρὰ τῆς βασιλείας μου, ὡς καὶ οἱ ὑπὸ τὴν βασιλείαν μου Ῥωμαῖοι, ἢ εἰς Κωνσταντινούπολιν, ἢ εἰς Θεσσαλονίκην.

Ἵνα θήσει τὸ κουμούνιον τῆς Βενετίας κεφαλὴν ἐπάνω εἰς τὸν λαὸν αὐτῶν, καὶ ὀνομάζηται μπάϊλος[1]), καὶ ἀποστέλλῃ κατὰ τόπους, ἔνθα μέλλουσιν ἔχειν ἀναπαύσεις, κριτάς, ὅπως διεξάγωσι τὸν λαὸν αὐτῶν. Ἀλλὰ καὶ Ῥωμαῖοι, ὅσοι ἔχουσιν ὑπόθεσίν[2]) τινα μετὰ Βενετίκων, καὶ θελήσουσιν, ἵνα κριθῶσι παρὰ τοῦ μπαΐλου, ἵνα κρίνωνται καὶ οὗτοι κατὰ τὸ δίκαιον.

Ἵνα ἔχωσιν οἱ ἐγνωσμένοι Βενέτικοι πάντες ἐξουσίαν εἰς πάσας τὰς χώρας τῆς βασιλείας μου, ἐφ' αἷς μέλλουσι ποιεῖν πραγματείαν, κατά τε ξηρὰν καὶ θάλασσαν. Ἀλλὰ καὶ χωρὶς πραγματείας ἐρχόμενοι ἵνα διέρχωνται καὶ εἰς γῆν καὶ εἰς θάλασσαν χωρὶς τινος δόσεως καὶ ἐμποδισμοῦ καὶ χωρὶς δόσεως τελωνίου, διαβατικοῦ[3]), κομμερκίου, σκαλιατικοῦ[4]) καὶ ἄλλης ἁπάσης δόσεως.

---

[1]) Μπάϊλος sive μπαΐουλος, βαΐουλος, baiulus, bailo, proprie Ducis Veneti in rebus Constantinopolitanis vicarius; tum magistratus mercatorum eorumque prætor, aliis κόνσουλος, coll. Ducang. s. v. et sub baiulus nr. 4. Cfr. nunc Fr. Diez, Wörterbuch der roman. Sprachen, p. 37.

[2]) I. e. litem, coll. Ducang. s. v.

[3]) διαβατικόν, tributum pro mercium transitu pensitari solitum. coll. Ducang. s. v. Sic in diplomate Andronici apud Phrantz. 3, 24.

[4]) σκαλιατικόν, portitorium eorum, qui e scalis solvunt. Vide Ducang. sub σκαλιατικόν et scalagium.

Ἵνα οἱ φέροντες πραγματείας Βενέτικοι, ἔνθα ἂν φέρωσι ταύτας, δεικνύωσιν αὐτὰς τοῖς κατὰ τόπους κομμερκιαρίοις[1]) τῆς βασιλείας μου, καὶ μεθ' ὅρκου ἐξασφαλίζονται, ὅτι οὐκ ἔχουσιν εἰς τὰς πραγματείας αὐτῶν ξένων τινῶν πραγματείας, ἀλλὰ αἱ πραγματεῖαι ὅλαι εἰσὶ τῶν Βενετίκων· καὶ ἵνα μὴ παρυποκρύπτωσιν ἐκ τῶν πραγματειῶν αὐτῶν τι, ὅπως λαμβάνωσιν οἱ κατὰ τόπους κομμερκιάριοι τῆς βασιλείας μου τὸ σύνηθες κομμέρκιον ἀπὸ τῶν ἐξωνουμένων αὐτάς.

Ἵνα ἔχωσι στατῆρας ἰδίους, μοδίους, μέτρα, λίτρας, πήχεις εἰς τοὺς οἰκείους τόπους.

Ἵνα αἱ ἐκκλησίαι αὐτῶν, ἃς μέλλουσιν ἔχειν ἐν οἷς μέλλουσι κατοικεῖν τόποις, ὦσιν ἰδιόρρυθμοι[2]) μετὰ δυνάμεως τῆς βασιλείας μου ἄνευ ἀνακρίσεως· καὶ ἵνα ποιῶσιν ἐν αὐταῖς βαπτίσματα καὶ ἱεροτελεστίας, καθὼς ἔχουσι συνήθειαν.

Ἵνα, ἐὰν Βενέτικος ἀποθάνῃ εἰς τὴν χώραν τῆς βασιλείας μου, εἴτε διαθήκην ποιήσει, εἴτε οὐ ποιήσει, οἰκονομῆται τὸ πρᾶγμα αὐτοῦ παρὰ τοῦ μπαΐλου ἢ παρὰ τοῦ δικαίω[3]) αὐτοῦ, καθὼς ἂν οὗτος διάθηται, ἢ ὁ μπάϊλος καὶ ὁ δικαίω αὐτοῦ ἐπικρίνῃ, καὶ οὐ μὴν εὑρίσκῃ ἐμποδισμόν τινα ἢ ὄχλησιν ἀπὸ τοῦ μέρους τῆς βασιλείας μου.

Ἵνα, ἐὰν συμβῇ κινδυνεῦσαι Βενετίκους μετὰ καραβίων αὐτῶν ἢ μετὰ ἄλλων ξύλων εἰς τὴν χώραν τῆς βασιλείας μου, ὦσι σῶοι καὶ αὐτοὶ καὶ τὰ πράγματα αὐτῶν· καὶ ἵνα ἔχωσι βοήθειαν ἀπὸ τοῦ λαοῦ τῆς βασιλείας μου, ὅπως κρατῶσι τὰ πράγματα αὐτῶν.

Ἵνα ἔχωσιν οἱ Βενέτικοι ἄδειαν, ἐξωνεῖσθαι σῖτον ἀπὸ τῆς χώρας τῆς βασιλείας μου καὶ διακομίζειν αὐτόν, ἔνθα θέλουσι,

---

[1]) κομμερκιάριοι, tributorum pro mercibus exactores, Italis doganieri, coll. Ducang.

[2]) Vox alibi de monachis frequens, qui suo jure sumptuque vivunt, oppos. μοναχοῖς κοινοβίοις, coll. Fallmerayeri Fragm. aus dem Orient, Tom. II, p. 37. Hoc loco idem, quod magistratu Imperatorio exemptus, Theotisce: selbständig.

[3]) Forma fere Italica, pro δικαίου. Est δίκαιος vicarius, coll. Ducang.

παρὲξ τῶν χωρῶν τῶν ἐχθρῶν τῆς βασιλείας μου. Ὅταν δὲ πωλῆται ὁ σῖτος ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει τὸ κεντηνάριον ἐπέκεινα τῶν πεντήκοντα ὑπερπέρων[1]), οὐ μὴν ἐξωνῶνται αὐτόν.

Ἵνα, ἐὰν συμβῇ ποιῆσαί τινα Βενέτικον εἴς τινα Ῥωμαῖον βλάβην, ἐὰν εὑρεθῇ ὁ ποιήσας τὴν βλάβην, τηνικαῦτα ποιῇ ὁ μπάϊλος τὴν ἐκδίκησιν κατὰ τὸ δίκαιον· εἰ δὲ οὐχ εὑρίσκεται ὁ ποιήσας τὴν ζημίαν, ἵνα διδῶται διωρία[2]) παρὰ τοῦ μπαΐλου τῷ ἀδικηθέντι μέχρι καὶ ἑξαμήνου. Καὶ εἰ μὲν εὑρεθῇ ὁ ποιήσας τὴν ἀδικίαν, ἵνα γένηται ἡ ἐκδίκησις πάλιν κατὰ τὸ δίκαιον· εἰ δὲ οὐχ εὑρεθῇ, ἵνα ποιῇ ὅρκον ὁ μπάϊλος ἢ ὁ δικαίω αὐτοῦ διδόναι εἴδησιν πανταχοῦ, ἔνθα ἔνι ἡ ἐξουσία τῶν Βενετίκων· καὶ εὑρίσκηται τὸ πρᾶγμα αὐτοῦ, καὶ ἱκανῶται ὁ ἀδικηθείς.

Ἐὰν δὲ συμβῇ γενέσθαι φόνον, εἰ μὲν Βενέτικος φονεύσει Ῥωμαῖον, ἵνα κρίνηται οὗτος παρὰ τοῦ μέρους τῆς βασιλείας μου· ὁμοίως καὶ Ῥωμαῖος, ἐὰν φονεύσῃ Βενέτικον. Εἰ δὲ Βενέτικος φονεύσει Βενέτικον, εἰ μὲν ἔξω τῆς Κωνσταντινουπόλεως φονεύσει τοῦτον, ἵνα κρίνηται παρὰ τοῦ μπαΐλου· εἰ δὲ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει γένηται φόνος ἀπὸ Βενετίκου εἰς Βενέτικον, ἵνα κρίνηται καὶ τοῦτο παρὰ τοῦ μέρους τῆς βασιλείας μου.

Ἵνα ἀπολύσῃ ἡ βασιλεία μου τοὺς Βενετίκους, ὅσους ἔχει κεκρατημένους· καὶ ὅσους δὲ Ῥωμαίους κρατοῦσιν οἱ Βενέτικοι, ἵνα ἀπολύσῃ τούτους ὁ δοὺξ Βενετίας καὶ τὸ κουμούνιον· ὡσαύτως δὲ ἀπολύσωσι καὶ τοὺς Κρητικούς, τοὺς Κορωναίους τε καὶ τοὺς Μεθωναίους, τοὺς φθάσαντας γενέσθαι τῆς βασιλείας μου καὶ κατασχεθέντας παρ' αὐτῶν, ὁπότε ἦσαν οὗτοι τῆς βασιλείας μου. Καὶ εἰ μὲν θελήσουσιν οἱ τοιοῦτοι Κρητικοί, ἢ οἱ Κορωναῖοι, ἢ οἱ Μεθωναῖοι, ἵνα πάλιν ὦσιν ἐκεῖσε, μένωσι παρ' αὐτῶν

---

[1]) ὑπέρπερον, monetæ aureæ Byzantinæ species vario valore, coll. Ducang.

[2]) διωρία, aliis διορία, coll. Thes. Stephaniano ed. Hase s. v., est occasio, opportunitas, coll. Ducang.; ætate sequiore terminus, Italice giorno, assignato, coll. Alessio da Somavera in Tesoro della lingua Greca volgare s. v.

ἀβλαβεῖς· εἰ δὲ θελήσουσιν ἐλθεῖν εἰς τὴν χώραν τῆς βασιλείας μου, ἵνα ἀπολύωνται μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτῶν.

Ἵνα οὐ μὴν παραχωρήσῃ ἡ βασιλεία μου γενέσθαι ἁρμάτωσιν ἀπὸ τῆς χώρας αὐτῆς κατὰ τῶν Βενετίκων· ἐὰν δὲ γένηται ζημία, ἵνα διορθῶται ταύτην ἡ βασιλεία μου.

Ἵνα, ἐὰν κουρσάριοι Βενέτικοι ποιήσωσί τινα ζημίαν εἰς τὴν χώραν τῆς βασιλείας μου, ἔνι ἔνοχος ὁ μπάϊλος καὶ οἱ ἰδικοὶ[1]) αὐτοῦ ἐπάνω εἰς τὸν ὅρκον αὐτῶν, ὅπως εὑρίσκωσιν αὐτοὺς καὶ κρατῶσι, καὶ ποιῶσι ποινὰς εἰς αὐτούς, καὶ ἐπαίρωσι τὸ πρᾶγμα τῶν ἀδικηθέντων, καὶ ἐπιδιδῶσι πρὸς αὐτούς, ἄνευ μέντοι τῶν Βενετίκων τῶν κρατούντων νησία καὶ μὴ ὑποκειμένων τῇ Βενετίᾳ. Ἐὰν δὲ καὶ ἀπὸ ἑτέρου γένους, ἢ ἀπὸ τῶν νησίων τῶν, ὡς εἴρηται, μὴ ὑποκειμένων τῇ Βενετίᾳ ἔλθωσι κουρσάριοι κατὰ τῆς χώρας τῆς βασιλείας μου, οὐ μὴν δέχωνται αὐτοὺς ἢ εἰς χώραν αὐτῶν, ἢ εἰς νησίον, ἀλλ' ἵνα μάχωνται καὶ ἀποδιώκωσιν αὐτούς, καθὼς καὶ οἱ τοῦ μέρους τῆς βασιλείας μου. Ὅστις δὲ ἀναδέχεται τούτους, ἐὰν εὕρῃ τιμωρίαν ἀπὸ τῆς βασιλείας μου, οὐ μὴν ἐνέχεται ἡ βασιλεία μου εἰς τὸν ὅρκον χάριν τῆς παιδεύσεως τῶν τοιούτων.

Ἵνα, ἐὰν συμβῇ γενέσθαι τι σφάλμα ἀπὸ τοῦ μέρους τῆς Βενετίας εἰς τὸ μέρος τῆς βασιλείας μου, οὐ μὴν ἀπολύῃ ἡ βασιλεία μου τὴν ἀγάπην τοῦ εὐγενεστάτου δουκὸς Βενετίας καὶ κουμουνίου αὐτῶν καὶ κινῆται εἰς μάχην· ἀλλ' ἵνα διαμηνύῃ τῷ εὐγενεστάτῳ δουκὶ Βενετίας καὶ τῷ κουμουνίῳ, καὶ γίνηται παρ' αὐτῶν ἡ διόρθωσις. Ὡσαύτως ἵνα, ἐὰν συμβῇ γενέσθαι τι σφάλμα παρὰ τοῦ μέρους τῆς βασιλείας μου εἰς τὸ μέρος τῆς Βενετίας, οὐ μὴν ἀπολύῃ ὁ δοὺξ Βενετίας καὶ τὸ κουμούνιον τὴν ἀγάπην τῆς βασιλείας μου καὶ κινῆται εἰς μάχην· ἀλλ' ἵνα διαμηνύῃ ὁ δοὺξ Βενετίας καὶ τὸ κουμούνιον τῇ βασιλείᾳ μου, καὶ γένηται (γίνηται?) παρὰ τῆς βασιλείας μου διόρθωσις.

---

[1]) I. e. Magistratus, ut videtur, minores et speciales, maior, cuidam subditi. Nisi forte scribendum: οἱ δίκαιοι.

Εἰ δὲ συμβῇ τὸν εὐγενέστατον δοῦκα Βενετίας τὸ κοινὸν λαβεῖν χρέος, ὅπερ ἀπεύχεται ἡ βασιλεία μου, ἵνα οἱ διάδοχοι τῆς ἐξουσίας τοῦ δουκάτου τῆς Βενετίας καὶ τὸ κουμούνιον αὐτῶν καὶ ἡ μικρὰ καὶ μεγάλη βουλὴ στέργωσι τὰ τοιαῦτα κεφάλαια, ἅπερ δὴ κεφάλαια οὕτως ἐπωμόσατο ἡ βασιλεία μου ἐνώπιον τῶν διαληφθέντων εὐγενῶν δύο ἀνδρῶν καὶ ἀποκρισιαρίων, τοῦ τε σὺρ Ἰακώβου Δελφίνου καὶ τοῦ σὺρ Ἰακώβου Κονταρίνου, ὡς ἐμφανισάντων τῇ βασιλείᾳ μου τὴν ἣν εἶχον οὗτοι ἔγγραφον δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἀπὸ τοῦ δουκὸς Βενετίας καὶ τοῦ κουμουνίου εἰς τὸ τρακταῖσαι καὶ πληρῶσαι τὴν ἀγάπην μετὰ τῆς βασιλείας μου, ἥπερ δὴ γραφὴ ἐπιλέξεων[1]) ἔχει οὕτως·

Ἡμεῖς Ῥαινέριος Ντζένος, θεοῦ χάριτι δοὺξ Βενετίας. γνωστὸν ποιοῦμεν πᾶσι τοῖς τὸ παρὸν ἡμῶν ἔγγραφον θεωροῦσιν·

ἐπεὶ τοῖς εὐγενέσι καὶ φρονίμοις ἀνδράσιν, Ἰακώβῳ Δελφίνῳ καὶ Ἰακώβῳ Κονταρίνῳ, τοῖς πιστοῖς ἡμῶν καὶ ἀγαπητοῖς, μετὰ τῆς μεγάλης καὶ μικρᾶς βουλῆς τοῦ κουμουνίου τῆς Βενετίας ἀνεθέμεθα πληρεστάτην δύναμιν καὶ ἐξουσίαν αὐτοῖς ἐδώκαμεν ἐνεργεῖν τὰ παρόντα, ἤτοι τρακταῖσαι, συμβίβασιν ποιήσασθαι μετὰ τοῦ ὑψηλοτάτου κῦρ Μιχαήλ, ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ πιστοῦ βασιλέως καὶ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων, Δούκα Ἀγγέλου Κομνηνοῦ τοῦ Παλαιολόγου, καὶ γενέσθαι χρυσόβουλλα, καὶ πληρῶσαι καὶ στερεῶσαι μετὰ τοῦ ῥηθέντος βασιλέως, καθὼς αὐτοῖς φανῇ κρεῖττον, καὶ ποιῆσαι καὶ ἀναλαβεῖν ὑποσχέσεις[2]) καὶ ὁρκωμοτικὰ δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὸ κουμούνιον τῆς Βενετίας, καθὼς αὐτοῖς φανῇ κρεῖττον, καὶ γενικῶς καὶ διὰ πάντων ποιῆσαι εἰς τὰ προῤῥη-

---

[1]) ἐπιλέξεων (ἐπὶ λέξεων), verbotenus, idem quod κατ' ὄνομα (chrysobull. Andronici Ducæ apud Millerum l. c. p. 63); alias αὐταῖς λέξεσι, κατὰ λέξιν. ἐπὶ λέξεως, coll. Thesauro Stephaniano ed. cit. s. v. λέξις.

[2]) ὑπόσχεσις, τὸ τάξιμον, Italice promessa, promissione, coll. Somavera l. c. T. I, p. 403.

θέντα καὶ εἰς τὰ πλησιάζοντα αὐτοῖς, καθὼς ἂν αὐτοῖς φανῇ εὐχερές·

ὑποσχόμεθα[1]) ἡμεῖς ἐν τῷ ὀνόματι ἡμῶν καὶ τοῦ κουμουνίου τῆς Βενετίας, ἔχειν εἰς ἡμᾶς τὸ στέργον καὶ ἀποδεκτέον καὶ στερεόν· καὶ οὐ μὴν ἐναντιωθῶμεν, κἂν εἴ τι οἱ εὐγενέστατοι οὗτοι ἢ εἷς ἐξ αὐτῶν, εἰς ὃν φανῇ[2]) τὸ παρὸν ἔγγραφον, συμβιβασθῶσιν εἰς τὰ προρρηθέντα·

Καὶ ἵνα ἡ παροῦσα ἡμετέρα ἀνάθεσις ᾖ πληρεστάτη καὶ στερεά, ὡρίσαμεν, καὶ ἐβουλλώθη αὕτη μετὰ ἡμετέρου μολιβδίνου σιγιλλίου, καὶ διὰ χειρῶν Κορράδου τῆς ἡμετέρας αὐλῆς κανικλείου ὡρίσαμεν καὶ ἐσημειώθη.

Ἐδόθη ἐν τῳ παλατιῳ του ημετερου δουκατου, τρέχοντος χρόνου τοῦ Κυρίου χιλιοστοῦ ἑξηκοστοῦ πέμπτου, μηνὶ Μαρτίῳ, ἡμέρᾳ δωδεκάτῃ, ἰνδικτιῶνος ϛ΄.

Ἐγὼ Κορράδος, νοτάριος τῆς δουκικῆς αὐλῆς τῆς Βενετίας κανικλείου, ἐπλήρωσα καὶ ἐστερέωσα.

Οὕτω μὲν οὖν εἶχε τὰ τῆς γραφῆς. Ἡ δέ γε βασιλεία μου οὕτως ὁμνύει φυλάξαι ταῦτα πάντα, ἐὰν καὶ ὁ εὐγενέστατος δοὺξ Βενετίας καὶ τὸ κουμούνιον ταύτης καὶ ἡ μικρὰ καὶ μεγάλη βουλὴ στέρξωσι καὶ φυλάξωσι ταῦτα, εἴς τε τὴν βασιλείαν μου, εἰς τοὺς κληρονόμους καὶ διαδόχους αὐτῆς καὶ εἰς τὴν Ῥωμανίαν ἀπαράθραυστα.

Μιχαὴλ ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων Δούκας Ἄγγελος Κομνηνὸς ὁ Παλαιολόγος.

B.

Postquam illustris Dux Venetiarum et dominator Chroatiæ[3]) et Dalmatiæ et omnium aliarum terrarum et insularum suæ

---

[1]) Sic ms., pro ὑπισχ.

[2]) An εἰς ὃ ἂν φανῇ? Neque aliter interpretatio Latina: prout melius videbitur.

[3]) Sic LP.; Crohaciæ LA. Sequimur in plerisque lectionem Libri Pactorum.

dominationi summissarum, dominus Raynerius Geno, in minori et maiori consilio sui communis et voluntate et beneplaeito dieti eomunis et omnium illorum de Venetiis elegit ambaxiatores[1]) duos nobiles homines et primos eonsiliarios, videlieet dominum Jaeobum Delphino[2]) et dominum Jacobum Contareno, et misit eos meo Imperio ad loquendum et traetandum de paee, et eam eomplere eum Imperio meo, veluti ambaxiatores perfeetos, habendo arbitrium et totam voluntatem nobilissimi Dueis Venetiarum et sui eomunis, et firmato, quod totum illud, quod per eos faetum erit et firmatum eum Imperio meo, per dietum dominum Dueem, videlieet dominum Raynerium Geno[3]) et per parvum et maius eonsilium Venetiarum et per totum ejus eomune, debeat eontentari[4]), affirmari et antentichari; et loeutis et traetatis eum eis verbis multis firmavit meum Imperium et eoncordavit de faeiendo et eomplendo paeem seeum, prout eontinetur in eapitulis infraseriptis.

Juravit Imperium meum ad sancta Dei evangelia et per honoratam et vivificam crucem, quod ab hodierna die, quæ est decima octava Junii, octavæ indietionis, habere *debet* eum nobilissimo Duee Venetiarum et eum parvo et magno eonsilio suo et eum toto eomuni Veuetiarum paeem elaram et puram absque aliqua ealiditate[5]) per hune modum:

Quod faeta ista pace eum meo Imperio ipsi non debent[6]) faeere eum aliqua generatione paeem eontra Imperium meum. Et si aliquis alter, qui nune sit in amieitia[7]) Venetorum, venire

---

[1]) ambaxiatores LP.; ambaxatores LA. De varia vocis scriptione vide Ducang. s. v. ambasciator. Confer Theotiscum Ambacht.
[2]) Delph. LP.; Delf. LA.
[3]) Geno om. LA.
[4]) contentare est comprobare, assentiri, coll. Ducang. s. v.
[5]) Sic uterque liber pro call.
[6]) debeant LA., quod præferendum.
[7]) in amicitiam LA.

vellet vel veniret contra terras Imperii mei, vel summus dominus Papa, vel Rex Franciæ, vel Rex Siciliæ, vel Rex Castellæ, vel Rex Angliæ, vel Rex Aragonum, vel Comes Karolus, frater Regis Franciæ, vel alter Rex vel Comes, vel comune Januæ, vel comune Pisarum, vel comune Anconæ[1]), vel aliud comune, vel aliquis Christianus vel Paganus alterius generationis vel contra castra mea, vel[2]) contra exercitus meos: nobilissimus Dux Venetiarum, nec comune, nec aliquis dominorum navium, nec aliquis Nobilium Venetiarum venire debeat nec in guerra[3]) aliqua contra terras Imperii mei, nec contra castra mea, nec meos exercitus; et non debeant dare nec consilium, nec verbum, nec factum, nec opus, nec denarios; nec debeant[4]) naulizare[5]) navigia eis, qui contra me essent, nec comuni[6]), nec mercatori, nec[7]) mercatoribus, neque Nobilibus, nec alicui comuni pro venimento contra Imperium meum. Et si aliqui Reges, aut Principes, aut Comites, vel Baroni cum exercitu peterent transitum aut iter ad sanctum Sepulchrum vel alibi, quod primo dominus Dux et comune Venetiarum debeant[8]) eos per sacramentum petere, quod non debeant venire contra Imperium meum. Et si sic affirmabunt, tunc eos permittant ire ad faciendum facta sua. Et si essent Peregrini decem aut viginti, qui transire vellent, quod[9]) ipsis dominus Dux nec comune Venetiarum[10]) non debeant accipere sacramentum.

---

[1]) Anch. LA.
[2]) aut LA.
[3]) guera LA.
[4]) debeat LA.
[5]) De ambigua significatione verbi naulizare, qua medio ævo ferebatur, videatur praeter DuCangium Pardessus in Collection des lois maritimes, Tomo V. p. 22. not. 3. p. 33. not. 4.
[6]) Locus male versus et intellectus.
[7]) aut LA.
[8]) debeat LA.
[9]) Sic recte LA.; pro LP.
[10]) Ven. om. LA.

Et quod mercatores Imperii mei, qui ibunt Venetias pro faciendo mercationes, solvant et solvere debeant comerclum[1]) secundum usum Venetiarum, qui possint emere, quod sibi videbitur, absque aliquo impedimento.

Et terras, quas hodie tenet comune Venetiarum, videlicet Coronum et Mothonum, habere debeat.

Et habeat etiam insulam Cretæ. Et omnes homines mei Imperii, qui reperientur ibidem, meum Imperium debeat accipere; quibus habitis meum Imperium plus non erit contra insulam supradictam.

Et insulas Egeopelagi[2]), quas habebat pro redditu[3]) dominus Dux Venetiarum, habere debeat. Verum illas, quæ erant Imperii mei, et Principatus, quando Latini[4]) eas tenebant a Constantinopoli, Domino concedente, quod sint Imperii mei[5]) et meorum successorum et dominorum Romaniæ.

In Nigroponte habeant id, quod hodie habent.

Et Imperium meum debeat dare eis in loco de Armiro[6]) terram et locum pro faciendo domos, requisitiones et sezium[7]). Et quia Imperium meum guerram habet cum Nigroponte, et Veneti ibidem inveniuntur, quod meum Imperium retinere debeat scalam de Armiro, quia ab illa scala[8]) Veneti non vadant acceptum bladum[9]) et vinum et alia victualia pro dando Latinis inimicis Imperii mei, qui sunt in Nigroponte[10]), quousque Deus

[1]) comerclum, alibi commercium, i. e. tributum pro mercibus pensitandum.
[2]) I. e. Aegæopelagi. LA. Agiopelagi.
[3]) Sic uterque liber pro reditu.
[4]) Lat. om. LA.
[5]) mei Imp. LA.
[6]) Armira uterque liber; mox uterque Armiro.
[7]) sezium, alibi sedium, coll. Ducang., idem est quod καθίσμα, Italice sessione, coll. Somavera l. c. s. v.
[8]) scala LA.; scalla LP.
[9]) I. e. frumentum, Italice biado, Gallice blé, coll. Ducang. et Diez l. c. p. 52.
[10]) Sic LA.; Nigropo LP.

permittet, quod meum Imperium[1]) in Nigroponte dominetur; et postea dimittere scalam parti Venetiarum[2]).

Et quando Imperium meum certabit[3]), divino auxilio mediante, cum Latinis, qui stant in Nigroponte[4]), quod Venetiæ non debeant mittere auxilium, nec succursum, nec pecuniam in auxilium eorum. Et illi Veneti, qui se reperient in Nigroponte, *[si]* se omnes retrahent in unam partem, non existendo in auxilium illorum Latinorum, nec in mei contrarium, cum suis rebus debeant custodiri et salvari a meo Imperio, prout omnes alii Veneti. Et si essent mei contrarii, et tenerent cum illis de Nigroponte, quando certamen[5]) Imperii mei committetur cum illis de Nigroponte[6]), illud, quod accideret de Latinis Nigropontis et suarum[7]) rerum, eveniet[8]) etiam super ipsis et super suis rebus. Et postquam Deo placuerit, quod meum Imperium dominetur in Nigroponte, locum et terram[9]), qui hodie reperiuntur teneri per Venetos, Imperium meum nihilominus dabit nobilissimo Duci Venetiarum et suo comuni.

Item dare sibi debeat Imperium meum in Salonichi extra castrum terram et locum, ubi sibi placebit, pro faciendo sezium et mansionem. Item in partibus de Volero et de Eno, ubi sibi placebit, mansionem. Et allo Steno[10]) a parte Ponentis[11]) in

---

[1]) Imp. meum LA.
[2]) Ex antecedentibus repetas: debeat meum Imp.
[3]) cert. LA.; circabit LP.
[4]) Nigropo LP. Idem omisit errore oculorum verba: quod Venetiæ ... in Nigroponte.
[5]) Sic LA.; circamen LP.
[6]) Nigropo LP. idemque mox.
[7]) suorum LA.
[8]) eveniet LA.; evenient LP.
[9]) terrarum LA.
[10]) Hæc prorsus Italice sonant. LP. alosteno. Dici debebat: usque ad Stenum.
[11]) Ponens (ponente) est occasus, occidens, Græcis δύσις, sc. Europa Byzantina; oppos. levans (levante), ἀνατολή, Asia Byzantina.

duobus locis, ubi sibi placebit. In Constantinopoli, ubi sibi placebit, a palea Exartisi [1]) usque ad Piges. Et si aliquo tempore meum Imperium dare volet terram prope Constantinopolim [2]) vel Salonichum alicui comuni Latinorum, quod tunc meum Imperium facere debeat comune Venetiarum principalius; et sibi dare debeat terram ad castra predicta Mauritalassæ, videlicet Mari Nigro, ubi sibi placebit. Et Ritachio [3]) habere debeat terram; in Atramitti habere debeat domos et balneum, quæ sunt ibi. In Anaea [4]) habere debeat partem [5]) pro introitu et exitu; et in Smirnis [6]).

Et meum Imperium expellet suos inimicos ibidem, videlicet Januenses, et nunquam eos receipiet. Et si aliquo tempore Januenses venirent rogatum Imperium meum de pace, quod ipsam fraternitatem [7]) aliter facere non debeat, si id notum non fecerit domino Duci et comuni Venetiarum, servato præsente privilegio Imperii mei per comune Venetiarum; et quod Venetiæ non recipient [8]) eos ad paeem sine notitia Imperii mei, servato a me præsenti privilegio Venetis. Et si dicti inimici Venetiarum [9]) armarent galeas pro veniendo ad terras Imperii mei, quod ipsi debeant armare galeas pro obviando eis, et in subsidium terrarum mei Imperii, tot, quot crederent sufficientes ad obuiandum eis. Et meum Imperium sibi dare debeat

---

[1]) palea est Græcum παλαιά. Exartisi LA.; Exartigi LP. Et Piges dicitur pro Pigas (Pegas).

[2]) Constantinopoli LA. — Mox Mauritalassæ uterque pro Maurætalassæ (μαύρης θαλάσσης).

[3]) An in Rit.? Ritachium respondere videtur Græco Ὑρτάχιον, quamquam hoc ibi locorum nondum deprehendimus. De his v. notam nostram ad verba Græca p. 70.

[4]) anima LP.; ania LA., i. e. Anæa, Italis medii ævi Ania.

[5]) terram LA.

[6]) Smirnis LA.; Surinis LP.

[7]) fratern. LP.; pacem LA.

[8]) Sic LP.; recipiat LA. Exspectabas recipiant.

[9]) Sic LP.; Venetis LA.

medietatem solutionum hominum galearum, jurante sacramentum[1]) Duce et comune, quod, quantum ipsi solvent absque fraude, tantum ego debeam solvere pro medietate soldorum hominum prædictorum. Et si meum Imperium vellet mittere ad dicendum alicui domino Venetiarum et amico Imperii mei, quod ipsi deberent armare galeas pro serviendo Imperio meo, et ipsi vellent amore Imperii mei istud facere, quod ipsi non impediantur ab illustri Duce Venetiarum, nec a comuni[2]). Et meum Imperium non debeat mittere dictas galeas supra aliquam terram, quæ sit in amicitia Venetiarum.

Et si per terram veniret exercitus supra terras mei Imperii[3]), quod Veneti, qui reperientur in illo loco, salvabuntur per meum Imperium, prout Græci Imperii mei, vel in Constantinopoli, vel Salonichi[4]).

Quod comune Venetiarum ponat Rectorem supra gentem suam, qui vocetur Bajulus. Et possit mittere in omnem partem, in qua habebunt mansionem, qui judicet[5]) et regat suam gentem. Sed Græci, qui habebunt agere cum aliquo Veneto et velint judicari per Bajulum, quod etiam judicentur secundum rationem per ipsum.

Et habeant dicti Venети omnes[6]) libertatem in omni terra mei Imperii mittendi mercationes, undecumque sibi placebit, vel per terram, vel per mare, ac etiam venire absque mercationibus. Et quod possint[7]) venire tam per terram, quam per mare absque dadia[8]) nec impedimento, et sine datio de tello[9]) vel

---

[1]) sacro LP.; sacramento LA. Correximus.
[2]) nec a comune LA.; nec commune LP.
[3]) Sic LP.; Imp. mei LA.
[4]) Salonichi LA.; Salonicha LP.
[5]) judicat LA.
[6]) omnes LA.
[7]) Scripsimus posaint, pro possit utriusque libri.
[8]) dadia, dadea, coll. Ducang. s. vv. dadea, datium.
[9]) I. e. telo, teloneo, coll. Ducang. s. v. telo.

dyavaticho[1]), comerclo, escalicamento[2]) et omnium aliarum dationum.

Et quod Veneti apportent mercationes, quo sibi placebit, ostendendo eas comerclariis mei Imperii[3]). Et ipsi sacramento debeant affirmare, quod ipsi non habent *(habeant?)* in ipsis suis mercationibus mercationes alicujus alterius extranei, sed quod omnes illæ mercationes sint Venetorum; et quod ipsi celare non debeant aliquid de mercationibus ipsis, ut comercla[4]) Imperii mei recipere possint comercla consueta ab illis[5]) extraneis, qui mercationes haberent insimul cum suis.

Quæ comercla habere debeant suas staterias, modia[6]), miliaria[7]), libras, pichos[8]) in illis locis, in quibus sunt Veneti.

Et ecclesiæ suæ, quas habebunt[9]) in locis, in quibus morari debebunt, sint[10]); et eas habeant cum fortitudine Imperii absque aliquo clamore. Et quod in ipsis ipsi facere possint baptisma et missas, ut eorum est consuetudo.

Et si aliquis Venetus obiret in terris mei Imperii[11]), tam si fecerit testamentum, quam non, ejus bona per suum Bajulum gubernentur, vel per eum, qui erit loco ejus, prout sibi videbitur, vel ut dictus Bajulus vel alius[12]) loco ejus sententiabit[13]), absque impedimento vel molestia ex parte mei Imperii.

---

[1]) dyavatico LA.; dyavaticho LP. I. e. diabatico.

[2]) escalicamento LP.; escalizamento LA. Scribe et scalicamento, i. e. scalatico.

[3]) Imp. mei LA.

[4]) Sic uterque liber. In Græcis est κομμερκιάριοι; scribe comerclarii = commerciarii.

[5]) ab illis extr., qui LA.; ab aliis extr., quam LP.

[6]) Neutrale modium est mensura aridorum et liquidorum. coll. Ducang.

[7]) miliarium alibi fere est mensura viarum; hoc loco specialis mensura mercium.

[8]) Ab Italico pico (Somavera l. c. s. v.), Græce πήχεις.

[9]) Sic LA.; habebant LP.

[10]) sint LA.; sunt LP. Locus mancus; deest Græcum ἰδιόρρυθμοι, i. e. exemptæ.

[11]) m. imp. LA.; imp. m. LP.

[12]) alius LP.; alter LA.

[13]) I. e. judicabit, coll. Ducang.

Et si accideret, quod aliquis Venetus pericularetur[1]) cum eorum navibus vel cum alio navigio[2]) in terris Imperii mei[3]), debeant esse salvi ipsi et res suæ; et debeant habere auxilium a gente mei Imperii contra illos, qui tenerent suas res[4]).

Et habeant Veneti libertatem extrahendi frumentum de terris Imperii mei et ponere illud, ubi volent, salvo quam in terris inimicorum Imperii mei[5]). Verum quando frumentum venditur a quinquaginta yperperis supra centenarium in Constantinopoli, quod tunc ipsi non possint emere pro transportando[6]) ipsum.

Et si accideret, quod aliquis Venetus noceret alicui Græco, si ille actor nocumenti reperietur, quod Bajulus facere debeat contra eum, secundum quod postulat ratio. Et si ille, qui faciet damnum, non reperietur, quod consignetur terminus sex mensium per Bajulum illi, cui offensa facta erit. Et si invenietur[7]) ille, qui fecerit obliquum in alium, fiat vindicta secundum rationem. Et si[8]) non reperietur, quod Bajulus debeat jurare, vel ille, qui erit loco ejus, de faciendo notum per totum, unde erit libertas Venetorum, quod res suæ reperiantur, et quod illi solvatur, qui[9]) obliquum receperit.

Et si accideret, quod homicidium perpetraretur, vel quod Venetus Græcum occideret, quod ipse sententietur ex parte mei Imperii; per similem modum, si Græcus interficeret Venetum. Et si Venetus aliquem[10]) Venetum occideret, occidendo

---

[1]) periclaretur LA.
[2]) aliis navigiis LA.
[3]) mei Imp. LA.
[4]) res suas LA.
[5]) Imperii mei... Imperii mei om. LP. Ibidem salvo quam idem erit quod præterquam.
[6]) asportando LA.
[7]) Sic LA.; inveniretur LP.
[8]) si om. LP.
[9]) qui LA.; quod LP.
[10]) alium LA.

eum extra Constantinopolim[1]), judicetur per Bajulum. Et si in Constantinopoli homicidium fieret de Veneto ad Venetum, quod ipsi etiam ex parte mei Imperii judicentur.

Et quod Imperium meum debeat dimittere et relaxare Venetos, quos habet retentos. Et omnes Græcos, quos tenent Veneti, Dux et comune Venetiarum debeant[2]) relaxare. Et sic etiam debeant relaxare illos de Creta, illos de Corono et de Mothono, qui erant Imperii mei, et subposuerunt se ipsis, qui quondam erant Imperii mei. Et si isti de Creta, vel illi de Corono et de Mothono volent stare, deinde possint stare sine damno. Et si ipsi volent venire in terras Imperii mei, quod venire permittantur[3]) cum gente sua.

Et non consentiet Imperium meum, quod armata aliqua fiat[4]) in suis terris contra Venetias; *[et]* si postea fieret[5]), restituatur et satisfiat illud per meum Imperium[6]).

Et si cursarii Veneti damnum committerent[7]) in terris Imperii mei, tenetur[8]) Bajulus et illi, qui sunt loco ejus[9]), sub saeramento, eos invenire et eos tenere, et de ipsis[10]) justitiam sumere, et assumere res damnificatorum, et eas sibi reddere, exceptis Venetis, qui tenent insulas, qui non sunt sub dominatione Venetiarum. Et si de[11]) alia generatione, vel de insulis supradictis, quæ non sint[12]) sub dominatione Venetiarum, cursarii venirent contra terras Imperii mei, quod ipsi non debeant ipsos recipere in suis terris, neque in suis insulis, sed guerizent

[1]) Constantinopoli LA.
[2]) debeat LA. hic et paulo post.
[3]) Sic LA.; permittentur LP.
[4]) Sic LA.; et non sentiet Imp., quod arma fiat LP.
[5]) et si non fieret LP. Desideratur Graecum ζημία. An: si noxium fieret?
[6]) et satisfaciet illud Imp. meum LP.
[7]) dampnum facerent LA.
[8]) Sic LA.; conetur LP.
[9]) illi, qui essent loco LA.
[10]) invenire illos et eos et ipsis LA.
[11]) de om. LP.
[12]) Sic LA.; qui non sunt LP.

et expellant eos, prout fiet[1]) ex parte mei Imperii. Et omnes illi, qui reciperent illos, et punitionem haberent a meo Imperio, quod Imperium meum non teneatur sacramento hujus punitionis.

Et si accideret, quod error esset ex parte Venetiarum contra partem Imperii mei, quod meum Imperium non debeat derelinquere pacem nobilissimi Ducis Venetiarum et sui comunis, sic, quod guerra fiat; sed quod debeat destinare ad dicendum nobilissimo Duci Venetiarum et suo comuni, quod per eos fiat emendum[2]). Et sic per similem modum, si accideret fallum[3]) ex parte Imperii contra[4]) partem Venetiarum, quod Dux Venetiarum et comune non debeat pacem relinquere, et fiat guerra; sed quod notum fiat per Ducem et comune Venetiarum Imperio meo, ut per meum Imperium emendum et satisfactio fiat[5]).

Et si accideret, quod Deus avertat[6]), quod nobilissimus Dux Venetiarum de hac vita transmigraret, quod sui successores videlicet Ducatus et totum ejus consilium parvum et majus debeant[7]) contentare dictis capitulis; pro quibus capitulis sic juravit Imperium meum coram supradictis nobilibus hominibus et ambaxiatoribus[8]), videlicet ser Jacobo Delphino[9]) et ser Jacobo Contareno, comparentibus ipsis coram Imperio meo, habendo per scripturas arbitrium, vim et bailiam[10]) a Duce Venetiarum atque a comuni ad contrahendum et complendum dictam pacem cum Imperio meo; quod scriptum scilicet dictorum ambaxiatorum[11]) sic continet et dicit:

---

[1]) fient LA.
[2]) I. e. emendatio. Alibi emenda, coll. Ducang.
[3]) I. e. delictum. Italice falo, fallo.
[4]) erga LA.
[5]) fiant LA.
[6]) adv. uterque liber.
[7]) debeat LA.
[8]) ambaxatoribus LA.
[9]) Delf. LA.
[10]) I. e. auctoritatem, potestatem, Italice balia, coll. Ducang. s. v.
[11]) ambaxat. LA.

„Nos Rayncrius Geno, Dei gratia Venetiarum Dux[1]), notum facimus omnibus præsentes litteras inspecturis, quod nobilibus et sapientibus[2]) viris, Jacobo Delphino et Jacobo Contareno, fidelibus nostris dilectis, cum minori et maiori consiliis[3]) Venetiarum dedimus libertatem et bailiam, atque eisdem concessimus, quod faciant res prædictas, et quicquid tractabunt, et concordium facient cum altissimo domino Michaeli, in Christo Deo fideli Imperatore et moderatore[4]) Græcorum, Duce Angelo Comneno[5]) Paleologo, et fieri facere bullam auri[6]) et complere et confirmare cum dicto Imperatore, prout melius apparebit, et facere oblationes[7]), et *conficere* cartas[8]), et sacramenta facere pro nobis et pro comuni Venetiarum, prout eis melius videbitur. Et quod nos promittimus nomine nostro et comunis Venetiarum, esse contenti et recipere et confirmare, et non contradicere alicui rei, quam facient Nobiles supradicti, vel unus ipsorum, prout melius videbitur eis concordare de rebus predictis.

Et sit presens nostra commissio firma et rata; et fuit bullata nostra bulla plumbea, et manu Conradi, nostræ curiæ Cancellarii, eam commisimus esse scribendam.

Data in nostro DUCALI PALATIO, currentibus annis Domini nostri millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, mensis Martii die duodecima, indictione octava.

Ego Conradus, notarius et Ducalis curie Cancellarius, complevi et roboravi, prout superius continetur.“

---

[1]) Dux Ven. LA.

[2]) et sap. om. LA.

[3]) cum mai. et min. consilio comunis Venetiarum LA.; rectius.

[4]) Imperatori et moderatori LA.

[5]) Duche Comnino LA.

[6]) b. auri LA.; auri om. LP.

[7]) I. e. propositiones, pacta, conventiones, ὑποσχέσεις, coll. Ducang. s. v.

[8]) et per cartas LP.; et confici cartas LA. Jam conf. chartam est facere instrumentum oblationis, coll. Ducang. s. v. charta.

Et sic Imperium meum juravit observare et manutenere omnia suprascripta, si nobilissimus Dux Venetiarum et comune et illi de minori et maiori consiliis contentabunt et observabunt supradicta Imperio meo et hæredibus et successoribus ejusdem atque Romaniæ.

## CCCLVI.

### Marcus Bembo et Petrus Geno, Ven. legati ad Imp. Græcorum.

A. d. 1267, die primo m. Novembris.

„Ex quaterno pergameno J. 23. Commissionum et Pactorum sub D. Laurentio, Raynerio Geno et domino Laurentio Teupulo, Ducibus."

Bibliotheca S. Marci. Codex diplomaticus Trivisanus, class. X, codex CLXXXI, fol. 243, eâ, quæ antecedit, notâ originis.

Hæc est Potestas, in qua innititur Treuga anni 1268, nr. CCCLVIII hujus Collectionis (p. 92 sqq.).

Nos Raynerius Geno cett. notum facimus universis presentem paginam inspecturis, quod uomine nostro et communis Venetiarum, cum nostro minori et maiori consilio committimus nobilibus et sapientibus viris, Marco Bembo et Petro Geno, fidelibus nostris dilectis, et plenam virtutem et potestatem eis damus atque concedimus tractandi, faciendi et firmandi treguam cum serenissimo domino Michaele, in Christo Deo fideli Imperatore et moderatore Romanorum, divo (leg. *Duca*) Angelo Connino Paleologo et novo Constantino. Quam quidem treguam facere et firmare possint nomine nostro et comunis Venetiarum usque ad illud tempus, et sicut eis videbitur, et ut cum ipso domino Imperatore fuerint et poterunt esse concordes, promissiones, obligationes et sacramenta propter hoc faciendi et recipiendi, et omnia et singula, que in predictis et circa predicta fuerint opportuna, sicut nos ipsi facere valeremus; promittentes nomine nostro et comunis Venetiarum, firmum et ratum habere et tenere, quecumque dicti Nobiles et eorum alter, in cujus manibus hec nostra commissio apparuerit, predictis et circa predicta dixerint vel duxerint facienda. Et *(ut)*

hec nostra commissio plenum robur obtineat, ipsam sigillo nostro plumbeo communiri jussimus, ac per manum Conradi, notarii et curie nostre cancellarii, fecimus roborari.

Data in nostro DUCALI PALATIO, currente anno domini 1267, die primo Novembris, indictione XI.

Ego Corradus, notarius et Ducalis aule Venet. cancellarius.

## CCCLVII.

### Pactum inter Balduinum II, Græcorum Imperatorem, et Theobaldum, Comitem Campaniae.

A. d. 1268, mense Martio.

Ex autographo archivi Regii Francog. edidit Buchon in recherches et matériaux etc. T. I, p. 38; ante eum DuCange ad calcem Villehard. in Recueil de chart. p. 22; et hic quidem accuratius.

Balduinus, Dei gratia fidelissimus in Christo Imperator. a Deo coronatus, Romanie moderator et semper Augustus, omnibus Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam.

Ad perpetuam rei memoriam cunctis presentibus et futuris tenore presencium facimus esse notum, quod nos, deliberatione prima[1]) attendentes utilitatem multiplicem, quam Imperio nostro potest pervenire[2]) ex presencia reverendissimi[3]) consanguinei nostri domini Th*[eobaldi]*, illustris Regis Navarre, Campanie et Brie, Comitis Palatini, spontanee et liberaliter donamus eidem et heredibus suis in perpetuam donationem[4]) inter vivos, quartam partem terre dominii et honoris totius Imperii nostri Romanie cum omnibus pertinenciis diete partis; et de his omnibus predictum Regem per nostrum annulum, domino Erardo de Valeriaco, Hugone, dicto[5]) de Cousans, mareschallo Campanie, Milone de Galatas, milite nostro, et magistro Thomâ[6]), clerico predicti illustris Regis, presentibus, investimus; salvis

[1]) praevia Vill. bene.
[2]) provenire Vill. bene.
[3]) carissimi Vill.
[4]) in perpetuum donatione V.
[5]) domino de Conflans Vill. bene.
[6]) Thoma Brunelli Vill., qui hunc Milone habet priorem.

tamen conventionibus et pactionibus, quas habemus cum nobilibus viris, Rege Sicilie illustri, et Duce Burgundie, et salvo jure Ducis et communitatis Venetorum; salva etiam et excepta civitate Constantinopolitana cum omnibus pertinenciis circumquaque per unam dietam.

Volumus insuper et concedimus, quod, secundum quod[1]) terra dicti Imperii acquiretur, predictus Rex semper recipiat quartam partem terre aequisite, salvis semper conventionibus et condicionibus supradictis, ita videlicet, quod unus miles, quem ad hoc assignabimus, et alius, quem prefatus Rex assignabit, bona fide et prestito juramento assignabunt sibi quartam partem, tam in feodis et retrofeodis, quam in dominiis et rebus aliis. Si vero totum Imperium vel aliqua magna pars ipsius acquiratur, nos ad requisitionem dicti Regis aut eius heredum tenebimur facere quatuor partes de tota illa acquisitione; et pro honore ipsius Regis volumus et concedimus, quod ipse eligat et accipiat illam partem, quam[2]) sibi placuerit, salvis semper convencionibus et condicionibus antedictis.

Volumus et concedimus etiam[3]), quod predicta omnia teneat et possideat libere, cum omni dominio et justitia, que habemus et habere debemus in parte, que nobis debet remanere. Nec ratione huiusmodi donationis Rex ipse tenebitur nobis vel heredibus nostris, aut Imperio Romanie ad aliquod servicium, nisi quantum sibi spontanee placuerit, quod diu[4]) manere voluerit in terra dicti Imperii. Cum autem eum absentem esse contigerit[5]), tenebitur, et heredes sui, pro quibuslibet iperperatis mille terre, ad communem extimationem Romanie seu Romani Imperii, quas ibi habebunt, tenere ibidem, pro defensione terra, unum militem vel duo ballistarios equites,

---

[1]) quod, quando Vill. bene.
[2]) quae Vill. bene.
[3]) vol. etiam et c. quod Vill.
[4]) quam diu Vill. recte.
[5]) eum autem erit absens Vill.

secundum consuetudinem dicti Imperii. Post decessum vero ipsius Regis tenebuntur heredes sui facere nobis et heredibus nostris homagium ligium ad usus et consuetudines Imperii, et servicium de militibus et ballistariis, prout superius est expressum.

Promittimus etiam, quod nos bona fide dictum Regem juvabimus in retentione et conservatione quarte sue partis predicte, sumptibus propriis, contra omnes, et specialiter contra inimicos fidei Christiane.

Et ad hec omnia et singula supradicta servanda obligamus nos et promittimus, nos bona fide ea complere, tenere et observare, si predictus Rex Th*[eobaldus]* personaliter accedat in terra Imperii memorati.

Et insuper obligamus nos et promittimus, quod Philippus, filius noster, supradicta omnia et singula, secundum condiciones premissas, laudabit, concedet et acceptabit, et de non veniendo contra se legitimis[1]) suis patentibus litteris obligabit.

In cujus rei testimonium litteras nostras dedimus, bulla nostra aurea roboratas, nostris caraeteribus rubeis Imperialibus insignitas.

Datum PARISUS, anno domini 1268, mense Marcii, Imperii nostri anno 29.

## CCCLVIII.

**Treuga Raynerii Geno, Ducis Venetorum, cum Michaele Palaeologo, Græcorum Imperatore.**

A. d. 1268, die 30. m. Junii.

Edidit, sed ἀκριτείᾳ sui seculi, hoc documentum, treugae a. 1265 praeliminariae confirmationem, Marin T. IV, p. 336 sqq. Ibidem summarium proposuit p. 326—328, non addito, utrum ex autographo deprompserit, an sit apographum. Dumtaxat subiungit p. 329: *„queste sono le condizioni del trattato che si diè in mano agli Ambasciatori*

[1]) legitime Vill.

*di Cesare Giorgio Chimischi, visconte e secretario Imperiale, e Giorgio Calodica, famigliare di corte; sottoscritto dal Doge, Consiglieri ed altri Primati del gran consiglio*".

Locum Andreae Danduli hucce pertinentem supra p. 63, 64 attulimus integrum.

Nos Raincrius Geno etc. notum facimus et volumus fieri presenti pagina universis praesentibus et futuris, quod antiquum amorem et veram dilectionem, quam ad excellentissimum Imperium Romanum habuerunt predecessores nostri cum universa patria Venetorum, habuimus et habemus, sicut dignoscitur ab antiquo, sicut debebat fieri — accedentes ad reconciliandum nos et ipsum nostrum comune Venetorum cum excellentissimo domino Michaele, in Christo Deo fidele Imperatore et moderatore Romanorum, Duca Angelo Comneno Palaeologo et novo Constantino semper augusto et eius Imperio — viam quaesivimus et modum, per quem factum posset melius ad ipsius Imperatoris honorem et nostrum et decentius terminari; et licet multifarie[1]) multisque modis pro parte uniuscuiusque[2]) foret super huiusmodi negotio diversimode laboratum, tandem intervenientibus nobilibus et sapientibus viris, Marco Bembo et Petro Geno, fidelibus nostris dilectis, ad ipsius Imperatoris praesentiam, pro nobis et nostro consilio et comune nostro Venetiarum in ambasciatores transmissis — cooperante illo, a quo omnia bona procedunt — ad veram treugae concordiam et conventionem cum ipso excellentissimo domino Imperatore et eius Imperio devenimus modo et forma inferius comprehensis:

In primis quidem nos praedictus Dux pro nobis et nostro consilio et comune Venetiarum, habita licentia et parabola ab ipso consilio nomine comunis Veneti iurandi super animabus eorum, et cum eorum voluntate laudamus, approbamus ac ratificamus omnia et singula infrascripta, per praedictos nobiles

[1]) multi facie Marin. | [2]) uniusqu. Marin.

cum ipso excellentissimo domino Imperatore et eius Imperio nomine nostro et comunis Venetiarum tractata et sacramento firmata, ac ea super vera et veneranda cruce ad sancta Dei evangelia iuramus et omnia inviolabiliter tenere et observare, et teneri[1]) ac observari facere integre, sicut inferius declaratur.

Ipsae vero conventiones et capitula per ipsos nobiles cum excellentissimo domino Imperatore nomine nostro firmata sunt haec:

Quoniam iuratum et promissum per ipsos nobiles, quod et nos promittimus, et, ut dictum est superius, iuramus, quod a die Mercurii quarta intrante, Aprile, currente anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1268, indictione undecima, usque ad complementum annorum quinque computandorum a dicta die inantea observabimus et tenebimus veram et puram treguam ipsi Imperatori et eius Imperio et terrae Romaniae toti, eius Imperio subiugatae, tam in mari, quam in terra, sine omni dolo; et quod ipsum Imperatorem vel eius Imperium, et gentem ac terram Romaniae suo Imperio subiugatam non offendemus, nec offendi faciemus, nec offendi permittemus per nos vel alios, ullo modo vel ingenio.

Et quod de terris Imperii Romaniae et insulis eius Imperio subiugatis, vel aliquam partem Imperii sui vel gentem ipsius nullatenus molestabimus aut molestari faciemus, vel permittemus, ullo modo vel ingenio.

Et quod non associabimus nos, nec aliquem Venetum associari permittemus cum aliqua gente Christiana vel pagana, seu cum aliqua persona contra Imperium suum et terras et gentem Romaniae suo Imperio subiugatas; et quod non permittemus aliquem portare aliquam personam contra Imperium suum et gentem. Nec conveniemus nec permittemus, quod aliqui patroni

[1]) tenere et teneri et observare ac obs. Marin.

navium vel nobiles Veneti conveniant cum aliquibus Regibus, Principibus vel Baronibus seu Comitibus, vel comunitatibus contra Imperium suum, vel contra terram suam, sive exercitum, vel gentem suam Romaniae suo Imperio subiectam, in aliquibus, ad hoc, ut possent offendere Imperium suum.

Et quod non naulizabimus nec naulizari faciemus vel permittemus naulizari per nos vel per aliquam personam naves vel aliqua ligna seu vasa de comuni nostro, vel specialibus personis Venetis, ad deferendum inimicos ipsius Imperatoris ad terram et Imperium ipsius domini Imperatoris.

Et quod faciemus omnes Graecos, quos habemus in insula Cretae, quam in Corono et Mothono et Negroponte et alibi, carceratos et detentos tempore guerrae ipsius Imperatoris, relaxari libere et absolute, ita, quod, si dicti Graeci in aliqua dictarum partium voluerint manere, quod possint ibi esse indemnes; et si ire voluerint ad terras Imperii sui, quod ire cum familiis eorum libere permittetur.

Ex alia parte antedictus dominus Imperator pro se et Imperio suo iuravit super vera et veneranda cruce secundum morem Graecorum et ad sancta Dei evangelia, quod a dicta die Mercurii inantea usque ad complementum quinque annorum, ut dictum est, observabit per se et suum Imperium nobis Duci et comuni ac hominibus Venetis ac successoribus veram et puram treguam, sine omni dolo, tam in mari, quam in terra; et quod nos nec gentem nostram non offendet, nec offendi permittet aut offendi faciet per se vel per alios, ullo modo vel ingenio.

Item in insula nostra Cretae vel aliqua parte eius nos vel gentem nostram per se vel gentem suam non molestabit, nec molestari faciet aut molestari permittet, ullo modo vel ingenio. Et si quos de suis hominibus habebit in dicta insula, faciet eos ire de ea.

Item terras nostras de Corono et Mothono, sicut habemus et tenemus cum omnibus iuribus et honorificentiis nostris,

non molestabit aut molestari faciet per se vel gentem suam, ullo modo vel ingenio.

De insula vero Negropontis observabit pactum, quo tenemur Principi Achajae.

Item de insulis de Arcipelago, de illis videlicet, de quibus nos et comune Venetiarum habemus redditus, nullam molestiam nobis faciet, vel fieri permittet, vel fieri faciet per se vel alios, ullo modo vel ingenio.

Item non tenetur Imperium genti nostrae dare locum in Constantinopoli, nec in aliis partibus Imperii sui, salvo tamen, quod erit in libertate nostrorum Venetorum, qui[1]) ad suum Imperium iverint, accipiendi domos, furnos et balneos sub pensione vel fictu de illis locis, pro quibus convenerint, sine contradictione alicuius personae, tam in Constantinopoli, quam in aliis partibus sui Imperii.

Item habere debemus mensuras, stateras et modios, metra, libras et passus ad mensurandum et ponderandum, tam in Constantinopoli, quam in aliis terris Imperii sui, ubi fuerint dicti Veneti et habitabunt.

Item concessit nobis idem Imperator ecclesias et sacerdotes et baptismum secundum consuetudinem nostram in Constantinopoli et per alia loca Imperii sui: quae ecclesiae, sacerdotes et baptismum sint exempta a potentia sui Imperii, sine revocatione, quousque praedictum tempus treguae finitum fuerit.

Item propter treguam istam non debent expelli Januenses de Constantinopoli vel Imperio suo; sed erit securitas per ipsum Imperium vestrum inter Venetos nostros et Januenses, ita, quod Veneti non offendant Januenses ab introitu Avedi (i. e. *Abydi*), nec intra Avedum, in terra vel aqua, nec in aliqua parte infra terminum dictum, nec in Mari Majore. Et homines Januae facient simile de hominibus Venetis. Et si offensa vel damnum

[1]) quod Marin.

factum fuerit infra hos confines, quod ipse Imperator de avere partis non observantis faciat damnum restitui et satisfieri illi, cui damnum factum fuerit, infra medium annum. Et si de havere partis non observantis haberi non poterit, faciet idem Imperator restitui de camera sua, habendo regressum ad partem non observantem.

De libertate seu franchisiis sic concessit nobis ipse Imperator, quod omnes Veneti, qui pro universis se tenent et distringuntur, debeant habere et esse, de quacumque parte venerint, salvi et seeuri, liberi et franchi per totum Imperium suum, ubi habet vel habebit posse, cum omnibus rebus et eorum mercationibus, et sine[1]), tam per mare, quam per terram; et quod sit in eorum libertate, eundi, standi et redeundi, vendendi et emendi sine aliquo impedimento vel damno, et sine aliquo datio vel teloneo, pedagio, comerelo vel scalatico, et omni alio datio: ita tamen, quod dicti Veneti, de quacumque parte venerint in Imperium suum vel in omnes terras Imperii sui, ubi portum facere voluerint, teneantur iurare commerelariis[2]) Imperii sui sive officialibus, si requisiti fuerint, quod mercationes, quas habent, et havere sint Venetorum. Et si mercationes[3]) forinseeorum habuerint, quod eas manifestabunt iisdem.

Item concessit et promisit Imperator predictus, quod, si aliquis Venetus morietur in terris Imperii sui, testatus vel intestatus, quod bona et res ipsius possint et debeant intromitti et dispensari per Baiulum vel Rectorem, qui pro nobis fuerit in partibus illis, vel per alios Venetos, qui ibi invenientur, sine aliquo impedimento, ab Imperio suo vel ab hominibus Imperii sui exinde faciendo. Et si Veneti ibi non fuerint, quod predicta per ipsum dominum Imperatorem, vel eos, qui pro eo fuerint, debeant intromitti et salvari, et exinde debeat fieri,

[1]) sive Marin.
[2]) cum merchariis Marin.
[3]) mercatores Marin.

secundum quod nobis Duci videbitur, vel illis, qui pro nobis fuerint.

Item concessit et promisit, quod, si contingerit — quod Deus nolit — quod aliquis Venetus vel Veneti passi sint cum navi sua vel ligno, vel aliorum forinsecorum naufragium, salvi[1]) erunt et habebunt adiutorium ab hominibus Imperii sui ad recuperandum bona et havere eorum.

Item concessit ipse dominus Imperator, quod Veneti possint emere et extrahere de Imperio suo et portare extra suum Imperium, quocumque voluerint, frumentum, excepto[2]) tamen in[3]) terras inimicorum sui Imperii, quandocumque centum modia frumenti valuerint hyperperos quinquaginta et infra in[4]) suo Imperio. Et si ultra valerent, non possint extrahere frumentum de ipso Imperio sine licentia.

Item promissum est et firmatum per ipsum dominum Imperatorem et nos Ducem et comune Venetiarum per se, quod, si aliquis Venetus fecerit offensam alicui Greco, si invenietur malefactor, Baiulus seu Rector, qui pro nobis fuerit, teneatur facere vindictam de offensis secundum rationem. Et si non invenietur malefactor, dabitur ei terminus usque ad medium annum ad comparendum et satisfaciendum de offensis per eum factis. Et si infra predictum terminum venerit et invenietur malefactor, faciet de eo iustitiam Baiulus sive Rector, ut dictum est. Et si non invenietur, quod Baiulus sive Rector vel eius vicarius mittent[5]) et significabunt per loca et terras, ubi Veneti habebunt posse, ita, quod possit inveniri de rebus malefactoris, et de rebus, que invenientur, satisfieri illi, qui iniuriam passus fuerit.

Et si acciderit — quod nolit Deus — quod aliquis Venetus de aliquo Greco fecerit homicidium, quod dictus Venetus

[1]) salvae Marin.
[2]) excepti Marin.
[3]) Om. Marin.
[4]) Om. Marin.
[5]) mitteret Marin.

PARSONS LIBRARY University of MICHIGAN

iudieari debeat per eius Imperium; et hoc idem fieri debeat, si aliquis Venetus occiderit aliquem Venetum in Constantinopoli. Tamen si aliquis Venetus aliquem Venetum extra Constantinopolim occiderit, debeat iudicari per Baiulum vel Rectorem, qui fuerit pro nobis in partibus illis.

Preterea promisit dictus Imperator, quod faciet relaxari libere et absolute omnes careeratos et detentos Venetos, qui in toto suo Imperio fuerint detenti.

Item promisit dominus Imperator, quod non permittet facere aliquod armamentum in terra sui Imperii contra Venetos; et si eis vel alicui[1]) eorum damnum aliquod factum fuerit per huiusmodi armamentum[2]), emendabitur per Imperium suum.

Et si Veneti cursarii fecerint aliquod damnum ad terras Imperii sui, teneatur Baiulus vel viearius eius, qui pro nobis fuerit, per saeramentum, bona fide et sine fraude invenire eos et tenere et faeere vindictam de eis, qui raubariam feeerint, et accipere avere eorum et restituere illis, quibus res ablate fuerint, exceptis Venetis, qui tenent et tenebunt de insulis, que non sunt subieete nobis et eomuni Venetorum. Et si de alia gente vel de insulis huiusmodi, que non sunt nobis et eomuni Venetorum subieete, cursarii venirent[3]) contra terras Imperii sui, quod[4]) non recipient ipsos Veneti ad terras et insulas eorum, sed expellent eos et pugnabunt sic, ut expellerent. Et si fuerit, qui[5]) recipiet dictos cursarios et habuerit penam a suo Imperio, non tenebitur ipse Imperator de saeramento pro pena facta, quod dictos cursarios receperit[6]), ut dictum est.

Hoc addito, quod, si evenerit, quod aliquid contra dictam conventionem et treguam factum fuerit ex parte nostra et comunis Venetiarum, non rumpet propter hoc ipse dominus Imperator istam eonventionem vel treguam, nec movebit propter

[1]) aliqui Marin.
[2]) pro h. armamento Marin.
[3]) curs. ven. om. Marin.
[4]) Om. Marin.
[5]) quod Marin.
[6]) recipient Marin.

hoc guerram contra Venetos nostros; imo potius significabit nobis, ut emendetur, quidquid contra ipsam treguam fuerit acceptatum. Et e converso, si aliquid ex parte ipsius domini Imperatoris factum fuerit contra treguam istam vel conventionem, non rumpemus nos propter ea nec nostri Veneti hanc conventionem vel treguam, nec movebimus propter hoc guerram cum ipso domino Imperatore vel Imperio suo; sed significabimus ei, quod factum fuerit, ita, quod emendari debeat, quidquid contra ipsam treguam fuerit acceptatum [1]).

Et si aliqui mercatores Imperii ipsius et terrarum suarum voluerint venire Venetias ad mercandum, possint in Venetiis vendere merces, quascumque voluerint, sine aliquo impedimento, solvendo tamen commercia, per nos et comune Venetiarum ordinata.

Supradicta omnia acta et firmata, ut dictum est, sacramento, presentibus nobilibus viris et honoratis Georgio Cimischi Visconto, familiari secretario maiestatis ipsius Imperatoris, et Georgio Calodicha, fidele ipsius Imperatoris, ad nostram presentiam pro ambasciatoribus, percipiendo dicto sacramento et conventione sive tregua pro parte ipsius Imperatoris, transmissis, et presentibus nobilibus viris Leonardo Venerio, Joanne Ferro, Philippo Beleguo, Petro Rotulo, Petro Barbarico, Joanne Dandulo, tunc consiliariis; Jacobo Beseglio, Egidio Querino, Pangratio Justiniani, Petro Buino, Thoma Mauroceno, Nicolao Delphino, Petro Gradonico, Philippo Contareno et Petro Sesennulo, in generali concilio ad sonum campane more solito congregato; ad quorum maiorem firmitatem manu nostra subscripsimus et ipsa bulla nostra aurea communiri iussimus, et per manum Corradi, curie nostre Cancellarii, feeimus roborari, et eisdem domini Imperatoris ambasciatoribus assignari, currente anno Domini M.CC.LXVIII, mensis Junii ultima, indictione XI.

---

[1]) debeat et, ut supra etc. Marin.

## CCCLIX.

**Michaelis Palæologi Imp. ad Laurentium Teupolum Ducem de renovando foedere legatio.**

A. d. 1268, die 30. m. Julii.

Bibliotheca S. Marci. Codex diplomaticus Trivisanus, class. X, codex CLXXXI, fol. 247.

Millesimo ducentesimo sexagesimo octavo, penultimo Julii, indictione undecima.

Presentibus nobilibus viris, Nicolao Michaele, Joanne Ferro, Philippo Belegno, Petro Totulo[1]) et Joanne Dandulo, tunc consiliariis domini Ducis, Enrico Trivisano et aliis multis, venerunt ad presentiam magnifici domini Laurentii Teupoli[2]) viri nobiles Gregorius Cimisehi Visconto et Gregorius Calodieha *(Caloduca)*, ambasciatores excellentissimi domini Michaelis, in Christo Deo fidelis Imperatoris Romanie, et pro parte ipsius domini Imperatoris requisiverunt ab ipso domino Duce, quod ei placeret, pactum sive conventionem, inter dominum Imperatorem et predecessorem ipsius domini Ducis tractatam et firmatam[3]), de novo sacramento firmare.

Qui dominus Dux habito consilio sic respondit ad predicta ambasciatoribus predictis, quod notorium erat et publicum, qualiter pax illa sive tregua tractata et firmata erat inter dominum Imperatorem et predecessorem suum, que per eundem predecessorem suum sacramento firmata erat, quam, sicut continebat, omnes homines vestros *(nostri)* volebant integre observare — et quod talis erat consuetudo, et de jure etiam, sicut esse debebat — quamque de his, de quibus facta erant et sacramento firmata per predecessorem suum, verbo et licentia minoris et maioris consilii, nomine comunis Venetiarum ipse, qui hodie

[1]) Variat hoc nomen: *Totulo, Toculo, Rotulo.* Cfr. Muratori. l. l. p. 376. 377. Romanin. l. l. II, 289.

[2]) Ducavit A. d. 1268—1275.

[3]) A. d. 1268. Vide huius Coll. nr. CCCLVIII: scilicet Rayn. Geno † 17. Jul. 1268. Laurentius Theupolo electus ejusd. mensis die 23.

— Deo volente — Ducatus dominium obtinet, tenetur, aesi propria manu jurasset, et sic tenebatur, antequam ad Ducatus regimen pervenisset, et sicut tenet (leg. *tenentur*) omnes alii de Venetiis. Et insuper non est consuetudo dominii Venetiarum, de uno facto facere duo sacramenta; sed ipse, sicut Dux comunis Venetiarum, que facta erant inter ipsum dominum Imperatorem et predecessorem suum, et firmata, ut dictum est superius, nomine comunis Venetiarum, affirmabat, laudabat et approbabat, et ea volebat ab omnibus et per omnia, sicut scripta erant, integre observari.

## CCCLX.

**Andreæ Geno, Ducæ Creteusis, ad Laurentium Teupulum, Ducem, epistola.**

A. d. 1269, die primo mensis Aprilis.

Ex autographo in pergameno amplissimo archivi Cæsareo-Vindobonensis. Inscriptio diplomatis valde memorabilis, at lectu difficillimi ac tantum non fastidiosi, exterior:

*Creta. Exemplum litere D. Andree Geno, Duche Crete, ad D. Laurentium Theupulum, Ducem Venetiæ.*

(XVIIII.)

Alia manu: *Litere Duche Crete.*

Alia manu: *Exemplum unius litere, misse domino Duci per nobilem virum Andream Geno, Ducam Cret.*

Excellentissimo suo domino Laur. Teupulo, Dei gratia Venetie, Dalmatie atque Chroatie inclito Duci et dominatori quarte partis et dimidie tocius Imperii Romanie, Andreas Geno, de suo mandato Ducha Crete, et eius consilium, quicquid subjectionis et reverentie possunt.

Eece quidem dominationi vestre facimus esse notum, quod die IX exeunte Septembris, indictione XII, essendo [?] [1]) Leonardus Quirinus et Laurentius Bonus et Petrus Donus [e] ad Colenam ad mandatum, sicut per alias nostras literas vobis duximus

[1]) Multa ambigua sic notavimus, multa correximus, multa doctis quibusdam, qui omnia sapiunt, reliquimus. Ceterum dictio, quantumvis μιξοβάρβαρος, sedulo inquirenda.

inter cetera intimandum, et Johannes Simeon una cum tribus suis filiis ad Furlum intima *(in terra?)* Mirabelli, et Matheus Gradonicus, Antonius Gradonicus et Petrus Gradonicus fratres, et Marinus Contarenus et Johannes Quirinus et Johannes Fradelli ad castellum ipsius Johannis Fradello, et Marcus Cornarius et Nicolaus Cornarius fratres, Marcus Venerio et Petrus Venerio fratres, Johannes Cornarius, Marinus Decanali et Angelus Mudacio ad turrem ipsius Nicolai Cornarii, ad peticionem et instanciam pro istis VII de turre N. Cornarii et pro illis VII de castello Johannis Fradello nobis factam, posita fuit pars in consilio rogatorum, utrum venire deberent in civitatem cum condicione partis, que caperetur postea, vel non.

Et capta fuit ibi pars, ubi erant L congregati, per XXIII [XXVI?], quod venire deberent, XIX nolentibus, et V non capientibus inde partem; et postea capta fuit ibi pars per XXVII, XIX nolentibus, et quatuor non capientibus inde partem, quod venire deberent cum condicione ista, quod illi VII et illi VII debeant venire in civitatem, et stare ad illa (s. *dicta*) confinia, sicut stabant ante; et si aliquis de ipsis vellet venire in platheam, prius debeat dare pignus de pp.[1]) C in camera comunis, et non debeat venire in platheam, nec se partire de suis confiniis, nec pignus *dare* de ipsorum pignore pp. C, sicut dictum est; et non veniat nec portet arma, nisi secundum quod vadunt et veniunt alii Candidam tam intrerii (?), quam foresterii; et non veniat, nisi post missam maiorem sancti Titi, et sonata vespera sancti Marci Candide debeat redire et stare ad dicta sua confinia sibi ordinata; et non veniant nec stent nec redeant isti suprascripti XIV in platheam, et a platea plus quam ad tertium (?) quilibet istorum suprascriptorum, nec de ipsis XIV, nec de aliis plus quam ad setertium (?), quilibet separatim et per se divisim. Et illa die, qua veniet una

[1]) L. e. perperis.

pars in platheam, sicut dictum est, non veniat altera[m], et non possint partire se de civitate Candide sine licencia signorie; et hoc totum sub pena pp. C, quod condemnatur, qui contra hec faceret.

Item de illis III de Colena et de illis quatuor de Mirabello, quod debeant adhuc sic stare usque per totum mensem Octobr. tunc venientem; et si tunc non venient ambaxatores vel litere de Venetia vel nova, postea dominus Duca faciet inde, quicquid eis (*ei?*) videbitur.

Postea vero die II intranti Novembr. tunc sequenti et (leg. *ad*) peticionem et instanciam nobis factam pro istis III de la Colena, videlicet Leonardo Quirino et Laurentio Bono et Petro Dono, et pro Johanne Symeone cum III suis filiis, qui erat ad Furlinum (sic), posita fuit pars in consilio rogatorum, ubi erant congregati XLVIII, et capta fuit ibi pars per XXVIII, XX nolentibus in hunc modum, quod Leonardus Quirinus, Laurentius Bonus, Petrus Donus debeant venire in civitatem Candide, et stare et morari die et nocte in domibus suis ad voluutatem signorie, et deinde se non partire sine licencia signorie; et quod, antequam se separarent a Colena, debeant facere dare quilibet eorum pignus de pp. CCC in camera comunis; et ita, quod Johannes Simeon cum III suis filiis ad mandatum debeat venire in civitatem Candide, et stare et morari die et nocte in domo sua ad voluntatem signorie, et inde se non partire sine voluntate signorie; et quod Johannes Simeon debeat facere dare pignus in camera comunis de pp. CCC pro se et pro suis III filiis predictis, antequam se separarent de illo loco, ubi sunt, cum tali condicione, quod, si se partiret de domibus suis sine licencia signorie, perdat dictum pignus ille vel illi, qui contra hec facerent.

Et sic venerunt Leonardus Quirinus, Laurentius Bonus et Petrus Dono; et Johannes Simeon cum tribus suis filiis predictis non venerunt tunc. Sed postea die VII intrante dicto mense Novembr. ad peticionem et instauciam nobis factam per

Johannem Simeonem cum tribus suis filiis predictis, capta fuit pars in consilio rogatorum, ubi erant congregati XLVIII, per XXX, XIII nolentibus, et V *non* capientibus inde partem, quod Johannes Simeon possit stare sua I k.[1]) de la Cania, scilicet supra illam partem, que est supra Episcopatum Kironesi, et non intendendo, quod possit ire ad Pidiadam supra terram, que pertinet illi sue k.; et si contra faceret, cadat de suo feudo. Et Marcius et Pasqualis stare debeant cum dicto Johanne Simeone patre suo super dicta k., que sibi conceditur ad stare; et Petrus filius ejus possit ire et stare Sitheam super mediam k. dicti Johannis Simeonis patris sui, et non possit ire nec stare alibi. Et si dicti Martius, Pasqualis et Petrus passarent ultra dicta confinia, que sibi designata sunt in hoc scripto, sint bandizati de insula Crete, qui corum facerent contra hoc.

Et tunc non venerunt; et postea ad peticionem et instantiam nobis factam pro Petro Simeone, uno ex dictis III filiis Johannis Simeonis, die XI intrante dicto mense Novembris, capta fuit pars in consilio rogatorum, quod Petrus Symeon, filius Johannis Simeonis, possit venire et stare ad eadem confinia, ubi stare debent dictus pater ejus et alii sui fratres, et cum illa et eadem condicione, qua debent esse et stare fratres sui Marcius et Pasqualis.

Et sic venerunt postea dictus Johannes Simeon cum III suis filiis (suis) predictis supra dictam k. de Lathaniam[2]). Postea vero die primo Decembris tunc sequenti capta fuit pars in consilio rogatorum, ubi congregati XXXVII, per XIX, XVII nolentibus, et I non capiente partem, quod Laurentius Bonus, Leonardus Quirinus et Petro Dono non deberent exire nec se partire de domibus suis, secundum quod captum fuit de eis in alio consilio rogatorum; sed ibi in domibus esse et stare secundum formam dicti consilii rogatorum, donec venerint nova de

[1]) k. erit ca'= casa, casato. An kavaleria?
[2]) Supra la Cania. Erit igitur la Chania.

Venetia. Postea die XII intrante dicto Decembre, congregatis ad consilium rogatorum XXV, fuit posita pars, utrum vellent revocare antedictum consilium rogatorum, factum die primo Decembris, scilicet factum Leonardo Quirino, *Laurentio* Bono, et Petro Dono, vel non. Et capta fuit pars per XX de revocare, tribus volentibus stare firmum, et duobus non capientibus inde partem.

Item in eodem consilio rogatorum, adjuncto postea ibi uno, posita fuit ibi pars in hunc modum, quod Laurentius Bonus possit yre per viam rectam da domo Leonardi Quirini et esse ad confinia, que erant et sunt concessa illi da ca Quirini, et ab illis confiniis non se partire. Et si Petrus Dono voluerit exire de domo sua, debeat ire per viam suam, que discurrit et vadit per apud muros civitatis usque ad casellam da ca de li Galinadi, que refert ad domum Laurentii Boni, et deinde in ante ire et esse ad dicta confinia illorum da ca Quirini, sicut Laurentii Boni; et possint ipsi duo redire ad domos suas ad horam prandii, et redire ad dicta confinia usque ad vesperas sancti Marci; et non possint ire de domibus suis ad dicta confinia illorum da ca Quirini, nisi sonata missa sancti Titi, et redire ad domos suas statim, sonata vespera sancti Marci, et ibi esse postea. Et hoc facere debeant, nec plus, quam ad setertium quilibet, et sine armis, sicut concessum et aliis. Et sic et eodem modo dicimus de Leonardo Quirino, quod possit ire et redire de domo sua per viam rectam de ante sanctam Luciam ad dicta confinia et non plus, quam ad setertium, et sine armis et ad dictam [*h*]oram, sicut dictum est de aliis, permanendo sua pignora de pp. CCC pro quolibet eorum suprascriptorum in camera comunis, sicut modo scriptum. Et si contra facerent vel contra irent, perdant dicta sua pignora illi, qui contra hoc facerent, vel contra irent. Et sic capta fuit dicta pars per XXI, tribus nolentibus, et II non capientibus inde partem. Postea die VII intrante Januario tunc sequenti, congregatis ad consilium rogatorum XXIV ad peticionem per Laurentium Bonum nobis factam, posita fuit ibi pars in hunc modum, quod

Laurentius Bonus possit ire et stare supra k. I. de lo Tartař et de la Mithia, sc. super illas partes dict. k. I., que sunt apud Tartař et apud Mithiam, non *intend*endo, quod possit ire a lo Smăr, nec a Pidiadam, nec vero (?) habeant terras et posse reddendi signorie suc sua pignora, que sunt modo in camera communis, et non habendo ipse intencionem aliquam, quod habeat a signoria licenciam veniendi in Candidam, et standi in domo sua, sicut stant modo, sed ibi esse extra et stare, sicut dictum est superius; et si contra faceret, cadat de suo feudo.

Et capta fuit ibi pars per XVIIII de non, et per duos de sic; et tres non ceperunt partem. Postea vero die V exeunte Martio tunc sequenti, congregatis ad consilium rogatorum eum domino Duce et ejus consiliariis XLVIII. videlicet

S.[1]) Michael Gradonicus,
S. Matheus Mudacus,
S. Matheus Talia Petro,
S. Rigus Karavel̃is,
S. Filipus Zancharoli.
S. Marco Totalido,
S. Dominico Popo,
S. Marco Geno,
S. Stefanus de Adelenda,
S. Jacobo de Molino,
S. Petro Venerio de Constant.,
S. Johanne Fuscarino,
S. Johanne Vitali,
S. Johanne Cauko,
S. Marino Belligo,
S. Jacobus de Vigonza,
S. Jacobo Secreto,
S. Jacobo Gař,
S. Petro Simitecolo,
S. Petro Lombardo,
S. Thoma Avonař,
S. Marco Tronza,
S. Matheo Cavalăr,
S. Daniele Greco,
S. Johanne Brazolañ.,
S. Petro Staniař.,
S. Jacobo Grecul̃.,
S. Marinus Marin,
S. Petro Faletro,
S. Marinus Abraam,
S. Jacobo Mazamañ,
S. Marinus Venerio,
S. Laurentius Mergul̃,
S. Jacobo Mudaz̃, mercatores,
S. Marco Basilio,
S. Andrea Correro,

[1]) I. e. Ser.

S. Michaele Faletro,
S. Angelo Copo,
S. Thomasinus Calbo,
S. Andrea Salamon,
S. Blasius Zachar̃,
S. Michaele Darmār, et tribus Anciañ[1]). de la Comune,
S. Simeon Vilanus,
S. Philipo Pekiga
et Raynerius Scutar̃,

posita fuit ibi pars, utrum vellent consilia facta supra illos, qui sunt ad confinia, revocare, vel sicut starent et essent firma, sicut stant et sunt modo, videlicet de Leonardo Quirino, Laurentio Bono et Petro Dono et de Johanne Simeone cum tribus suis filiis, qui sunt ad mandata de Marco Cornario, Johanne Cornario, Marco Venerio, Petro Venerio, Marino de Canali, et Angelo Mudacio et de Matheo Gradonico, Marino Contareno, Johanne Quirino, Angelo Quirino et Johanne Fradello; et capta fuit ibi pars de sic stare, et esset firmum per XXVIII, decem et novem volentibus ea revocare, et uno non capiente inde partem. Postea die IV exeunte dicto mense Marcii, congregatis ad consilium rogatorum XLIII cum domino Duca et ejus consiliariis, videlicet

S. Michaele Gradonico,
S. Matheo Mudanza,
S. Johanne Vitali,
S. Rigo Caravell̃,
S. Petro Venerio de Constant.,
S. Petro Venerio de Constant.[2]),
S. Marco Geno,
S. Philipo Zankaroli,
S. Jacobo de Molino,
S. Stefano de Adelenda,
S. Jacobo Goro,
S. Jacobo Secreto,
S. Johanne Fuscarino,
S. Matheo Taiapetro,
S. Jacobo de Vigonza,
S. Thoma Avenar.,
S. Daniele Greco,
S. Marino Beligo,
S. Petro Lombardo,
S. Matheo Kavalario,
S. Marino Abraam,
S. Jacobo Grecul.,
S. Johanne Cauko,
S. Petro Faletro,

[1]) I. e. Antianis, qui sunt Patricii s. Proceres.
[2]) Sic bis.

S. Marco Tronzan,
S. Jacobo Mazaman,
S. Marino Venerio,
S. Laurentio Mergulo,
S. Marino Marini,
S. Marco Basilio,
S. Johanne Brazolan,
S. Petro Staniař,
S. Michaele Faletro,
S. Blasio Zakař,
S. Andrea Correro,
S. Andrea Salamon,
S. Angelo Copo,
S. Daniele Darmario,
et tribus Anzian. de la comuñ.
S. Rayner. Scutar., Philipus Bekiga et Simeon Vilanus[1]),

posita fuit iterum ibi pars, utrum vellent revocare consilium suprascriptum, et ut in ipso dictum est, vel stare sic firmum, ut in ipso dictum est. Et capta fuit pars per XXII de stare sic firmum, iterum XVIII volentibus revocare, et IV non capientibus inde partem.

Ecce significamus vestre dominationi, quod die Jovis IV exeunte Martio mense predicto ad horam tercie dicebatur, quod Laurentius Bonus et Laurentius Quirinus volebat exire de suis confiniis ultra nostra mandata et ultra nostras voluntates, et venire in plathea. Nos vero intelligentes illa verba, habebamus ea pro vanis; et in illa dicta hora stando nos Duca per kaleselam de apud palacium, quando venit ad domum Laurentius Bonus, et volebat ire ad prandium in palacium, ecce Laurentius Bonus et Leonardus Quirinus veniendo cum quibusdam furiose et cum magno habitu, dicentes: jam videbamus, qui nobis extra dicerent, quod non veniamus in plathcam ad malum gratum, qui volent contrariare; nos veniebamus et stabamus in plathea, quia sumus multi tortezati, et jam videbamus, qui volent nobis contrariare, et dominus J. Secretus erat in platea, et cepit venire versus palacium, et dominus Paulus Faletro veniebat de porta versus palacium; et ego dixi domino consiliario (?), quia (?) nobis videtur, quod venerunt in plateam contra et ad malum gratum domini Ducis et comunis Venetie: quod habe-

[1]) Neque hic, neque supra status numerus completur.

mus facere? Et statim terra fuit tota in rumore, et clauserunt portas et stationes, et alii fugerunt, qui nesciebant de facto, et alii reduxerunt se cum ipsis, Laurentio, Bono et Leonardo Quirino, ad lonzam; et magni homines Venetie, mercatores et quidam alii venerunt ad nos ad curiam palacii, et terra fuit tota ad arma. Nos Duca cum nostris consiliariis concorditer diximus magistro Gualperto: vade et precipe eisdem duobus, ut sub pena feudorum statim debeant se partire de plathea, et yre ad domos suas; et tu sic scribe. Et dictus magister Valpertus ivit, et Leonardum Quirinum regabat ante lonzam intra homines, publice stando in pede; et dictus magister Gualpertus noluit esse intermissus (?) per ipsos Laurentium Bonum et Leonardum Quirinum et per Johannem, qui erat cum eis; sed inde fuit expulsus. Et sciendo nos hoc a magistro Gualperto diximus: quid faciemus? Et concorditer tolli fecimus Daincsium (?) Rivar. et magistrum Valpertum, et fecimus clamare publicum (?) coram eis, ipso Leonardo Quirino super regado inter gñtẽ *(gentem?);* et non dimisit da regare propter clamare, qui talis erat, quod illi deberent, illi duo, ire ad domos suas statim sub pena feudorum. Et cum ipsi dixerunt, qui voluerunt et steterunt ad platcam, iverunt domum; separatim vero consiliarii et gente iverunt ad prandium, et stando ego Duca ad prandium, volendo levare de tavola, nobilibus viris Andrea Dandulo et Marco Dandulo et Petro Carazacaneno et Andrea Correro et Petro Staniaro mercatoribus, qui pranderaut simul, venerunt ad me Ducam, dicendo Petrus (?) Staniari (?): certe ipsi venient in platheam; et de istis mercatoribus fecerunt se ad balconum, dicentes Duce: jam sunt in plathea. Et dixi tunc: quid est ad faciendum? Dixerunt mihi: mittite per vestros consiliarios, quia illi duo venerunt in plathea cum gente, et statim cum nostra voluntate; et eis placuit. Petrus Carazacaneno et Andreas Correr. cucurrerunt pro consiliariis ad castellum, ubi stant. Et etiam (?) magistrum Val-

pertum misi statim post eos, et venerunt consiliarii sine mora, et dicti Laurentius Bonus et Leonardus Quirinus tunc ibant per terram cum gente, que vardabant ad eos, ad ea Contareni et ad ea Gradonici ad loquendum illum dominum, qui erant ad sua confinia, et quocunque sibi placebant; et stando nos Duca cum nostris consiliariis et quadam gente super palacium, ecce veniendo Laurentius Bonus et Leonardus Quirinus sc. *ad* palacium coram nobis et nostris consiliariis et mercatoribus et gente, que erat ibi; et Laurentius Bonus surexit et volebat rengare; et nos Duca cum nostris consiliariis concorditer diximus ei: nolumus intelligere; sed jurate[1]) nostra preccepta. Et ipsi duo dicebant: non jurabimus. Et Johannes Quirinus dicebat: non jurabunt. Et nos credendo, quod essent cazuti de feudo, non faciebamus eis preceptum de feudo; et in continenti ipsi duo cum Johanne Quirino, Angelo Quirino et Johanne Fradello et aliis, qui vardabant ad eos, iverunt *furi*ose et malummodo, non volendo nobis jurare; et iverunt ad lonzam, et ibi fuerunt prestanti stati[2]) equi et arma et gens armata; et ipsi erant armati ad lonzam. Et nos Duca cum nostris consiliariis fecimus clamare, quod omnes feudati et burgienses deberent venire ad signoriam; et sic venerunt quidam, et misimus clamando coram eis, quod deberent venire ad jurandum nostra mandata; et, si non venirent, quod essent bandezati in avere et in persona, sicut rebelles domini Ducis et comunis Venetie. Et clamato (?) dicto Bono de suis propinquis et de mercatoribus Venetie, dicebant: date nobis de eis terminum usque eras, vel usque ad vesperas, quia sunt pleni de mala voluntate. Et nos respondebamus: debent dari termini illis, qui sunt rebelles domini Ducis et Venetorum? Et in continenti nos et consiliarii armavimus nos et cum illa gente, que vardabant ad nos, et misimus dicendo Marco Venerio et Petro Venerio, fratri ejus,

[1]) jurate in correctura; fuit intrat.
[2]) Sic. Lege prestati.

Marino de Canali, Johanni Cornario et Angelo Mudaeo, qui erant ad sua confinia, quod deberent stare prestis (?) de equis et armis, et movere se de suis confiniis; et si eos vocaremus, quod essent nobiscum contra rebelles domini Ducis. Et ipsi dix*erunt*, quod prestati erant ad antea nostra mandata; et similiter misimus dicendo Marino Contareno. Et illi de Gradonico, qui erant ad sua confinia, et ipsi dixerunt, quod prestati erant ad omnia nostra mandata; et similiter misimus dicendo Marco Cornario et Nicolao Cornario fratribus, qui erant ad sua confinia. Et ipsi dixerunt, quod erant prestati ad omnia nostra mandata. Et sic misimus dicendo Angelo Quirino et Johanni Fradello, qui erant ad lonzam, cum eis Leonardus Quirinus et Laurentius Bonus; et isti duo pro Angelo Quirino et Johanni Fradello, qui erant ad lonzam cum eis, dixerunt, quod haberent suum consilium, et aliud non responderunt; et dominus Michael Gradonicus et Matheus Taliapetrus et Johannes Brazolanus et alii veniendo coram nobis dicebant: dimitte nos yre, quia nos bene (bonum?) faciemus. Et nos Duca cum nostro consilio respondebamus: vos potestis facere, quicquid vultis, per nos, quia non convenit, quod signoria mittat ambaxatores suis rebellibus; nos suferimus tantum mittendo nos, dicendo eis per magistrum Gualpertum per quasdam vices, ut deberent se partire ab illis duobus ipsi et omnes alii feudati usque ad vesperas sancti Titi. Et tunc venerunt ad jurandum nostra mandata, precipiendo nos per sacramentum eis, ut deberent ire ad domos suas, ubi habitabant, et inde se non partire. Andatis illis ad domus suas venit postea die Veneris sequenti tempestive Marcus Cornarius cum aliis VII in plateam, quia illa dies erat sua ad venire in platea.

Nos Duca eundo [eèndo?][1]) in ecclesiam, antequam incipe-retur evangelium, vidimus Marcum Cornarium cum aliis VI eundo per plateam cum gente sua; et nos diximus mala verba

[1]) I. e. essendo.

sub (?) ista (?), et statim exivimus de ecclesia, et ivimus in palacium, et misimus predicto Marco Cornario et aliis VI, ut ipsi VII soli venirent ad nos. Et venerunt Marcus Cornarius et Nicolaus Cornarius, frater ejus, Marcus Venerio et Petrus Venerio, frater ejus, et Marinus de Canali, Johannes Cornari et Angelus Mudazius. Et nos diximus, quod verum erat, quod poterat stare in platea illa die, quia consultum erat per consilium; et nos rogabamus, quod ire deberent ad stare ad sua confinia simul, et non stare in plathea. Responderunt ipsi consulti (?) nobis, quod illud, quod eos rogabamus, habebant in mandatum, et bene facerent. Nos Duca cum nostris consiliariis misimus nobilem virum Johannem Talia Petra, capetaneum de Noet, et magistrum Gualpertum, notarium nostrum et scribam nostrum, preeipiendo Laurentio Bono et Leonardo Quirino, quod non deberent se partire de domibus, sieut juraverant, et secundum quod eis preeeperamus sub pena perdendi feuda, que habent a domino Duce et a Venetis, sine condicione, dieto et facto preecpto per eosdem.

Laurentius Bonus respondit, quod nec pro sacramento, nec pro bandizamento, nec pro feudo, nec pro alia re, que sibi evenire posset, non staret, quod non veniret die Sabatis tunc sequenti in platea; et Leonardus Quirinus similiter tune respondit, salvo, quod dixit, quod indueiaret ad diem Lune tune proxime venturum. Et ipsa die in mane erant asemblati burgesii in ecclesia sancti Marei. Et nos ivimus inter eos, et eepimus retrahere eis hec verba, et quod essent boni et legales, quod erant inter eos similes de rida multi, et quod ego et nostrum consilium faceremus nostrum podere ad manutenendum terram domino Duci.

Et nos faeimus seire dominacioni vestre, quodsi veniremus ad besognum, qui (l. *quod*) starent nobis firmi ad honorem nostri et eomunis Venetie. Verum est, quia pars da ea' Cornari fuit die Veneris simul, et fecit sua ordinamenta tollere soldadere, et

ntebantur unum vulgare, quia tollebant eos ad honorem domini Ducis et ad manutenimentum terre. Et ipsa die Veneris circa vesperas venit Matheus Mudacio et Rigus Caravell et Jacobus de Molino et Marcus Geno, dicentes: domine, habemus pignora, que volumus dare pro Johanne Simeone et pro filiis ejus secundum formam consilii. Et nos diximus eis, quia rogabamus eos, ut deberent diferre usque ad IV dies vel V. Ipsi dixerunt: placet vobis libenter; et separatis a nobis redierunt quarto dicentes: sciatis, domine, quia sui amici non stant contenti, quum juvenes sunt(?). Ipsi volunt pur veniant. Precipiunt(?), sicut tulta, pignora secundum formam consilii. Et nos precipimus Marco Basilio, ut deberet ea tollere; et Johannes Simeon cum filiis ejus die Sabatis tunc sequenti venerunt Candida secundum formam consilii. Verum est, quod ipsa die Sabatis venerunt in platheam Johannes Quirinus, Angelus Quirinus et Johannes Fradello, sicut debebant secundum formam consilii. Et nos rogavimus eos, ut ipsi deberent se partire de platea, et ire et esse ad sua confinia. Et ipsi responderunt, quod habeant nostras preces in mandato, et bene faccrent. Et sic fecerunt.

Multas enim literas misimus dominationi vestre, ut providere velitis de terra nostra Crete, qualiter dominatio vestra et Venetie inde portatur(?).

Vos scitis; et potentia vestra non cogitaverit conzare eam de eo, quod non bene stat, nec pro nobis, quia sumus pro vobis; nec pro Duca, qui veniret, non potest curari nec drezari sic, quod illud, de quo vester pater duravit[1]) magnum laborem ad constandum[2]), si non provideritis, ut dictum est, vos et comune Venetie habebitis brigam et travaiam[3]); nec aliud possumus inde videre.

Datum Candide, die primo intrantis Aprilis, indictione XII.

---

[1]) durai. Sic.
[2]) concanstandum. Sic.
[3]) et trav. Sic.

## CCCLXI.

### Privilegium Leonis III, Regis Armeniae, de securitate Venetorum.

A. d. 1271, m. Januario.

Liber Albus fol. 231. Liber Pactorum III, 64 hoc titulo: „*Pactum sive privilegium Regis Hermeniae de securitate Venetorum et de ecclesia in Ayazzo, aliis capitibus de auro et argento, de damnis et de testamentis Venetorum etc.*“ Archiv. stor. append. IX, 368. Cfr. nos Tom. I, 373.

En nom dou Pere et dou Fiz et dou sant Espirit. Amen.

Lion en Crist Deu feel Roy de tote Hermenye, fiz dou Deu amant e bien aorant sant Roy d'Armenie, Hayton, en Crist reposé, de puisanz et haus Ropinanz, fayson a sauoir a tos uos, ehi presenz estes, et ehi estes à uenir:

Car si eum il usages est des Roys bien aorans et en Crist feelz, nos aneestres, et nostre, de honorer easeun per liberaus dons les estranges e les priués, por laqual aehoyson la nostre Roiauté a doné au grant, honorable et amè eomun des Veneeiens a la requeste dou très honorable e diseret Due, sire Lourens Teupulo, per la main de l'honorable message sien, sire Pangrant Maripere, l'honorable privilege de la nostre Roiauté[1]):

Che il aient lieenze et seurté, alant et uenant per tote nostre terre, et auonz doné à touz les Venetiens, ehi seront Veneeiens, fiz de Veneeiens, ehi sont et ehi à uenir sont; ehe tot les mereheans et tot les homes Veneeiens, ehi sont outre mer e dezà, e ueneront en nostre terre, seront senz pezer[2]), e sens doute de nos et de touz les nos en tous leus, ont il seront et ont, ehe il sont, sos nostre Roiauté de leur persones et de toutes leur ehoses, alant et demorant et retornant, vendant et aehetant, sans rien doner, i auront franchise en pors, en eittés, en pons et yssues de tous leus, sauf les Veneeiens, ehe demo-

[1]) In margine: Securitas Venetorum.

[2]) Sic nos; peneer, s. penzer codd.; sanz pene edit. in Archivio, quæ est mera conjectura, pariter removenda infra p. 116 pro: sans periler.

rans sont dezà mer, se il passent per la Portele, che il soient tenus de paier droiture, si cum est usage dou leuc.

Mais tous les Venecciens, chi porteront or et argent[1]) et voudront coygner Besanz ou monée, si donront la droiture, si cum ceaus, che à Acre donent droiture de Besanz ou de monée. E se l'or ou l'argent ne se coigne Besanz ou monoye, ne donront nulle droiture.

Et se uassiau de Veneciens brise eu toute nostre terre, en riue de mer ou en mer, tot quant che sera delivré de la mer, soit home, uassiau, ou autre chose, toute sera sans doute e sanz penser de nos e de nos subjés. Et se home de autre nation seront au uassiau (ne autre chose), chi brisera, si demorront à nostre comandement avec le leur, e les Veneciens uassiau ne autre chose d'home d'autre nation ne prendront en leur garde ou delivreront come le leur.

E se autre manère de uassiau brise, en che y soit Veneciens, li Venecieus soit franz et sans periler, luy e toutes ses choses, lesqueles il prouera, che soient soues. E le uassiau e les homes d'autre nation demourront au nostre comandement auec le leur.

E se auchun des Venecieus uoudra passer per nos *[terres]* en terre de Cresticns ou de Sarasinz, ont nos aions pais et serement, il peut aler et reuenir, luy et tote sa merchcandise sanz arestamant; et se aucun damage[2]) auient à celuy Venecien, chi ira, nos penerons et en tel manère procurerons, cum de la nostre chose à recovrer.

Et se il auient, che Venecieus muire en nostre terre e uoudra des soues choses fair testament[3]), e che Veneciens sont au leuc e *[voudra]* mettre en la main de Veneciens o d'autre,

---

[1]) In margine: de auro et argento.
[2]) In margine: de dampnis.
[3]) In margine: de Venetis uolentibus testari et de intestatis.

eel testament receéu sera e droit. E se il auient, che il moire sens testament e che Veneciens soit au leue, les choses dou mort demoreront en la main de celuy Veneeien. E se Veneciens ne soit là e moire, *(ou?)* en testament ou senz testament, toutes les soues choses uiengnent en nostre main et en nostre garde, jusque à tant, che nos aurons letre dou Duc de Venise ou dou Bail, chi sera en Armenie *[e]* faze la raison de Venesiens[1]), *[e]* che soient les letres del un d'iaus seeleez. Si eum aura ordené en eeles letres le Duc o le Bail, si sera fait de la cause dou mort.

E se entre deus Veneciens ou plusors sera contens en nostre terre, le Bail de Veneciens, chi sera en Hermenie, faze la raisons.

E se contens sera entre Venceiens et Hermeniens, ou home d'autre nation, chi ne soient Venceiens, ou se faze lareein, ou sanz, ou murtre, la raison de ce en nostre Roial aute eort se faze.

Ensement, se entre les Veneeiens, que les deus parties soient Veneciens, se faze murtre, ou sanz, ou lareein, la raison de ee en la nostre Roial aute eort se faze.

E se contens sera entre Vencciens, e che Veneciens n'y soit à aeorder les ensemble, per la raison del areivesque de Sis s'adressent.

Et nos octroions et donons en Lajas la cité une yglise[2]) e che il tienent prestre à servir l'iglyse en memoire de nos et de nos mors. Et eeles maisons, che leur furent donées per nostre pere, nos leur otroions.

Et à greindre (l. *greignor*) séurte nos y auon escrit le Roial haut escrit de nostre main e l'auons garni de nostre bolle d'or.

[1]) In margine: de ratione facienda.

[2]) In margine: de ecclesia Ajacij. De urbe Ajas s. Ajazzo vide nos Tom. I, p. 375.

En l'an de Ermenie set eenz e vint e un e a l'endition des Grés, ehi se, au mois de Jenvier.

Ce fut fait a Sis la eité en l'an nostre segnor Jhesu Crist, mille et deus eens e setante e un. Et le translata et eeserist Jeffroy l'eseriuein, de mot à mot, si cum il es desous eserit en Erminois, per eomandament del Roy.

## CCCLXII.

**Hoc est pactum (Abu Abdallah Mohammed) Regis Tunixi, quod fecit domino Joanni Dandulo, ambaxatori domini Ducis, quod fuit transiatum de Saraceno in Latino apud Venetias.**

A. d. 1271, mense Junio.

Liber Pactorum II, fol. 4. Muratorius ad chronicon Andreæ Danduli l. c. p. 381: *„Mense Junio facta fuit confirmatio Pactorum, initorum inter Boabdilem, Regem Tunisii, et Marinum Mauroceno, Ducantem anno MCCLI, per Machomettum, Regem Tunisii, cum Joanne Dandulo, nuntio domini Laurentii Teupuli“.* Excerpsit Marin IV, p. 282. Attigit Hammer Gesch. des osm. R. III. p. 691.

Cfr. Nos, T. II, 300. 450.

In nomine Dei et sui missi Machometi; et laudem Dei et benedictionem ejus habeamus.

Ex parte servi Dei Machometi et Mirimamoni[1]) — quem Deus adjuvet in vietoriis suis, et eum manuteneat per potentiam suam — ista littera venit judiei eivitatis Venetiarum et illi, qui est pro regere profieuum terre, videlieet Laurentio Teupulo — quem Deus manuteneat in altitudine sua, et eompleat status suos.

Mittimus quidem vobis litteram nostram de statu nostro Tunixi — quem Deus manuteneat per suam sanetissimam potentiam, et regratiamus domino Deo de potentia boni, quod habemus — et faeimus vobis notum, quod vester nuntius, Joannes Dandulus nomine, junxit ad nos, et nobis dixit, seeundum quod vos dixeratis eidem; eui nos diximus ea, que volumus, quod vobis dicat eum gratia Dei soli.

---

[1]) I. e. *Emiralmuminin* (امير المومنين): „Princeps fidelium“.

Facta fuit ista littera XXII mensis Fauel, qui est mensis Saracenorum, tempore Machometi, currente DCLXVIII, secundum cursum Saracenorum, et currente secundum cursum Christianorum MCCLXXI, mensis Junii.

In nomine Dei pii de pictosis, in laudem Dei, Machometi Prophete humilis super omnes societates suas Saracenorum.

Ista littera est ad renovandum pacem, que erat ligata per preceptum domini nostri Caliphe, qui se regit cum Deo Miramamoni Aboabdale, Ebnolomera Rasidin[1]) — quem Deus manuteneat in victoria sua, et salvet per suam potentiam, et manuteneat benedictionem Dei super Saracenos — et pactum, quod olim fuit factum duraturum usque ad annos quadraginta, quod factum fuit die sexta intrante Maaran, annis DCXLVIIII de Machomet, cum Venetis renovamus et affirmamus usque ad complementum de quadraginta annis Saracinesehis, sicut in alio pacto olim facto continetur in millesimo CCLI, quod recordavimus antea, pro ampliare eorum uoias omnes, et pro complere suas speraneias, ita, quod current per proficuum suum pro ligatione scripta in ista carta; et hoc erit pro mercatoribus terre Venetiarum in temporibus, in quibus descendent ad terram Tunixi — quam Deus manutencat — et ad alias terras, ad quas habebunt licentiam eundi. Et erunt salvi et securi in personis et havere.

Et si veniret eis aliquod nocumentum vel enganum a Saracenis vel a Christianis, qui stant in pace Tunixi, erit facta ratio et vindicta bene et complete.

Et si quid ipsis acceptum fuerit, erit bene redditum, ita, quod nihil ammittent.

---

[1]) Titulus *Ebnolomera Rasidin (= Ebnolomerâ 'r Râschidîn)* i. e. „filius Mirorum in via salutis migrantium“ valde hic notabilis. الخلفآء الراشدين, *Elkhulefâ 'r Râschidîn* „Chalifae in via salutis migrantes“ alias non vocantur, nisi quatuor primi Chalifae post Mohammedum: Abubekr, Omar, Othman, Ali. At ab Omaro repetunt gentem *Hafsidae* Africae.

Et ubieunque homines Venetiarum venient in terris, in quibus erit eis licitum ire, habebunt furnum ad coquendum panem suum, et fontieum pro suo hospitare, ita, quod nullus cum eis stabit, si ipsi nolucrint; et eis fient, que fuerint necessaria, bene et complete.

Item conducent seeum Consules pro justitia reddenda inter eos in omnibus terris, ad quas fuerit eis lieitum ire; et eondueent unum seribanum per omnes terras dominii mei, ad quas ibunt, pro facere eorum rationes de eo, quod dare et reeipere debucrint ad Doanas, et pro eustodire bona ipsorum.

Item liecntiam habeant cundi ad balnea, quandoeunque voluerint, secundum quod antea eonsuetum erat per consuetudinem veterem.

Et de omnibus mereationibus, quas Veneti comparabunt et vendent, non solvent, nisi deeimum secundum usanzam propriam.

Item de auro et argento, quod adducent et vendent ad Cecham — quam Deus manuteneat — non solvant aliquod datium, sieut stetit usanza.

Et si addueent perlas, rubinos, predarias aut alias zoias oeeasione presentandi,. similiter nihil solvent; et facta eorum current secundum consuetudinem Doane, et sieut alii Christiani, sine alio adiungimento.

Item quod nullus Venetus oeeasione aliqua eompelli debeat ad solvendum aliquid pro aliquo alio per fraudem, quam feeisset Doane vel alieui Saraeeno, nisi forte antea feeisset seeuritatem pro eo.

Et si quis Venetus remanebit debitor Doane vel alicui Saraeeno, et fugerit, Consul faeiet rationem pro eo, et solvet pro eo.

Item omnes mereatores, qui vendent suas mercationes in cal*i*gam vel per manus de misscetis, recipient solutionem a die, qua vendent, usque ad quindecim dies. Et nullus mercator astringetur vendere mercationes suas; sed vendere possit id, quod voluerit, et retinere etiam id, quod voluerit.

Item domini lignorum de eo, quod naulizabunt ligna sua, possint emere mercationes, et tantum, quantum ascendet id, quod habebunt de naulo, non solvendo aliquod decimum vel datium.

Item, si aliquis Christianus, qui sit in pace, vendet lignum suum alicui homini, qui sit in pace nobiscum, nullum datium solvet de ipsa venditione.

Item quando ligna sua parata erunt ad secedendum, non habebunt aliquod impedimentum a nobis.

Insuper si aliquis Venetus mercator obierit, et dimittet aliquod havere, si in presentia mortis sue fuerit aliquis Venetus, recommendabitur illud havere illi Veneto in sua fide, usque quo adjunget preceptum sui domini, quid voluerit, quid fiat de ipso havere. Tamen si defunctus fuerit debitor aliquibus, solvantur de havere suo debita ejus. Et si aliquis Venetus non erit in presentia mortis ejus, havere, quod remanebit, ponatur in Doana in salvamento, usque quo dominus ejus mittet ad accipiendum ipsum havere; et tunc dabitur.

Item si aliquod lignum propter fortunam maris rumperit prope terras dominii nostri, bona, que erunt in ligno, recommendabuntur illis de ligno, qui evadent; et si forte aliqui non evadent, bona et ligna erunt in custodia et salvamento nostri dominii.

Et, si que caristia esset in terris Venetiarum, et scietur per certum, que duret per unum annum vel plus, possint Veneti de provinciis nostris onerari ligna duodecim de frumento ad rationem Bisantiorum 3½ pro modio Tunixi de Bisantiis ceche; de quo frumento nullum datium solvere debent sive presens.

Item, si apparebit aliqua navis in mari in cursu, que sit de Venetis, et ipsi Veneti Saracenis dampnum non fecerint, eorum adventus nobis non displicebit, nec eos astringemus; sed si ipsi Veneti facerent aliquod dampnum in toto dominio Tunixi vel alicui Saraceno aut Christiano, qui sit in pace nobiscum, dominus suus debet inquirere factum navis, qualiter fuerit, ita, quod recuperetur havere Saraceni.

Item nullus debet poni ad martirium pro aliquo facto.

Insuper dominatio Tunixi mittet litteras per omnes suos districtus et dominia sua, recommendando, quod sint custoditi et salvi, sicut sunt in propria terra Tunixi — quam salvet Deus; — et similiter in omnibus locis, que nos acquistabimus a levante usque in ponente, erunt Veneti salvi et securi, et facere poterunt Consules in omnibus terris, sicut voluerint.

Item Veneti solvent barchas, sicut consuetum est.

Insuper, si quis exiverit Tunixum, et ibit ad alias terras nostras, et habebit cartam continentem, quod persolutum habeat decimum, ibit salvus et securus sine impedimento, nec aliquid ab eo requiretur amplius.

Et quandocumque necesse fuerit onerare et disonerare ligna vestra, eritis adjuti cum barchis et primiaciis, sicut est consuetum.

Item, si invenietur plumbum in terra, habebitis libertatem ipsum emendi.

Insuper omnes Saraceni, qui Venetias veniunt, erunt salvi in personis et havere.

Testes quidem, qui fuerunt presentes alteri paci, sunt presentes etiam in ista pace, que facta est in testimonio illius, qui misit requirendo pacem, sicut firmatum est in ista littera.

Facta fuit hec presens carta anno de Machomet DCLXVIIII in testimonio Helcasem filii Aly, filii Albarà Tenachise et filii Abraham filii Eiemar, Erami Emi.

Laudatus sit dominus Deus de ista carta, que est bene firmata, in testimonianza Machometi filii Daly, filii Abrayn.

## CCCLXIII.

**Potestas, Baiulo Nigropontis a Duce Veneto de mutuo faciendo commissa.**

A. d. 1271, die 14. m. Aug.

Autographum archivi Cæsareo-Vindobonensis. Exterior membranæ inscriptio hæc est: *MCCLXXI. Venetiis. Mutuum faciendum*

*Negropontis pro factis comunis Venet. de domino Raynerio Geno, Duce V. Nigropons. (XVIIII.)*

Alius vetustiorisque manus: *Yperpera accepta mutuo per virtutem comiss. fuerunt MDL. Illa vero accepta mutuo sine comiss. fuerunt MDLXXXX.* Subscriptiones sunt autographæ. Sigillum deest.

Nos Laurentius Teupolo, Dei gratia Venetie, Dalmatie atque Chroatie Dux, dominus partis quarte et dimidie totius Imperii Romanie, notum faeimus tenore presentium universis, quod per nos et nostrum minus et maius eonsilium nomine nostri eomunis Venetie committimus nobilibus viris et sapientibus Nieolao Miglano, de nostro mandato Baiulo Nigropontis, Bartholameo (sie) Delphino et Vitali Badoario, ejus eonsiliariis, fidelibus nostris dileetis, ae plenam virtutem et potestatem eis damus auetoritate presencium aeeipiendi mutuo supra nostrum eomune Venetie ab omni persona, tam Veneta, quam forensi, usque ad summam sex milium yperperorum pro negoeiis comunis nostri iu dieta terra Nigropontis exereendis; ita tamen, quod illa yperpera, que mutuo aeeeperint propter hoe, ultra summam soldorum triginta parvorum pro unoquoque yperpero non transseendant;

promissiones, obligationes et securitates faeiendi propter hoe nomine nostro et eomunis Venetie, sicut eis videbitur et fuerit opportunum; promittentes nomine ipsius nostri eomunis Venetie, illam quantitatem peeeunie usque ad dictam summam sex milium yperperorum, *quam* mutuo aeeeperint propter hoe, solvere sive solvi et deliberari facere plenarie ereditoribus vel eorum nuntiis infra duos menses, postquàm ipsi creditores vel eorum nuntii Veneeie iunxerint, seeundum quod inter predietos Baiulum et eonsiliarios et ipsos ereditores fuerit stabilitum; firmum et ratum habere et tenere promittentes, quiequid predieti Baiulus et eonsiliarii vel major pars eorum in predietis et de predietis duxerint faeiendum.

Et ad maiorem huius rei firmitatem et evidentiam pleniorem presentes literas fieri fecimus, et nostri sigilli munimine communiri.

Data in nostro DUCALI PALATIO currente anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo, mensis Augusti die quarto decimo intrante, indictione tertia decima, per manum Conradi, notarii et curie nostre Cancellarii.

Ego Laurentius Teupolo, Dei gratia Dux, mm. ss.

† Ego Jacobus Dandolo, consiliator, mm. ss.

† Ego Nicolaus Michael, consiliator, mm. ss.

† Ego Tomasinus Maurecenus, consiliator, mm. ss.

† Ego Jacobus Faletro, consiliator, mm. ss.

Ego Conradus, notarius et Ducalis aule Venetie Cancellarius, complevi et roboravi.

## CCCLXIV.

**Gregorii X epistola ad Laurentium Teupulum, Ducem Venetorum; eiusdem ad huius filium Petrum.**

A. d. 1272.

Raynaldi Ann. eccles. a. 1272, §. 31: *Conjungemus hic alia, ad Palaeologum hoc anno spectantia: quem belli Latini terrore urgere meditatus videtur Gregorius ad ventilatam toties Graecorum ad ecclesiam reditus causam absolvendam. Cum enim inducias a Venetis cum Palaeologo antea initas iam effluere ac Graecum de iis producendis apud Venetos instare accepisset, repetitis frequentibus ad Laurentium Teupulum, Ducem Venetorum, literis rogavit, ne inconsulta Sede apostolica inducias vel foedus cum Palaeologo coiret: cum maxime ex eo Christianae reipublicae damnum ingens infligeretur. Sed nullum responsum Pontificiis literis dante Duce, grarioribus eum querelis perstrinxit Pontifex, acceptum nuper absolutionis beneficium oblivione delevisse. Tum mixta precibus imperia adiecit, ne iis induciis consentiret:*

„De tua, *inquit*, (extant eius lit. in Cod. Vallic. sig. lit. C. nr. 49, pag. 92. Sic Raynaldus ad marg.) fili, discretione non possumus non mirari, quod cum te nuper ad sinum matris

Ecclesie sie gratiose, non sine aliquorum magnorum murmure, duxerimus admittendum, in hoc tibi affectionem, quam ad te gerimus, non modicam ostendentes: tu quasi tam (l. *iam*) immemor beneficii tam recentis et velut ad exhibitionem tante affectionis ingratus, ad varias nostras tibi et dilecto filio *(et)* comuni Venetorum directas literas super treugis inter vos et Palaeologum inhibendis respondere hactenus non curasti, mandata nostra reprehensibili silentio vel damnabili contumacia negligendo.

Quia vero cordi nobis est, ut ab huiusmodi treugis cum dicto Palaeologo tu et dictum comune abstineatis omnino, sicut ipsa literarum super hoc inculeatio manifeste indicat et contenta in illis nostre voluntatis expressio manifestat, nobilitatem tuam monemus, rogamus et hortamur attente, tibi nihilominus districte precipiendo mandantes, quatenus ob reverentiam Apostolice Sedis et nostram studiosam operam et operosum studium cum omni diligentia, qua potes, impendas, ut a tractatu treugarum huiusmodi contrahendarum, vel producendarum in longius, penitus desistatur."

*Quo argumento ad Petrum, Venetorum Ducis filium, scripsit* [ibidem Rayn. in marg.] *gratulatusque est, suam illum voluntatem Pontificiae accommodasse; utque ad eas inducias noxias Ecclesiae discutiendas navaret operam, et quid demum perfectum esset, ipsum literis suis quam primum faceret certiorem, hortatus est.*

*Solicitatos ad pacem Venetos a Palaeologo fuisse, etiam meminere Veneti historici, atque ad ineundam ab iis gratiam, quos in vinculis tenebat, restituisse libertati.*

## CCCLXV.

**Gregorius X Papa monasterio s. Georgii maioris Venetiarum beneficia a prædecessoribus concessa confirmat, atque alia nova elargitur.**

**A. d. 1272, die 13. m. Januarii.**

Flaminius Cornelius, Ecclesiæ Venetæ antiqua monumenta, Tom. VIII, decadis XI parte posteriore, pag. 252 sqq.

Ex autographo in archivo monasterii s. Georgii maioris.

Codd. Lat. S. Marci cl. V, cod. LIX, nr. 45, in quo hoc diploma sic indicatum est: „*Roma. $\frac{21}{XII}$ 1272. Gregorio X conferma al monastero di s. Giorgio maggiore di Venezia i diritti, sui possessi e sulle* (l. *sue*) *decime in Costantinopoli, Negroponte, S. Maria di Monte in Istria, presso le mare di Capodistria, Bologna, Treviso, Padova, Torcello, Verona, Rimini, Trieste, Chioggia, Pellestrina*".

Gregorius Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, Abbati monasterii s. Georgii majoris de Venetiis ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem uitam professis.

In perpetuum religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sancte religionis infringat.

Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et monasterium s. Georgii majoris de Venetiis Castellane diocesis, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus.

In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur.

Preterea quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium in presentiarum juste ac canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis.

Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis; decimas, terras, possessiones, domos, redditus denariorum, et quiequid juris in Venetiis et

in diocesi Castellana habetis; terras, domos et possessiones, quas in civitate Constantinopolitana monasterium vestrum noscitur obtinere; Ecclesiam s. Marci cum pertinenciis suis et alias terras et possessiones, quas habetis in civitate Nigropontensi; Ecclesiam s. Marie de monte Histrie[1]) cum pertinentiis suis, sitam juxta muros civitatis Justinopolitane[2]); Ecclesiam s. Stephani de Fune Bononiensis diocesis, ac decimas, domos, possessiones et annuos redditus denariorum, bladi et vini, quos apud Bononiam obtinetis; terras, decimas, possessiones, annuos redditus bladi et vini, quos in civitatibus Tarvisii[3]), Padue, Torcelli, Verone, Arimini et Trigesti ac ipsarum dioecesibus obtinetis; terras, decimas, domos, possessiones et annuos redditus bladi et vini, quos in Cluja majori et minori[4]) et Penestrina (leg. *Pellestrina*) habetis; et etiam, quicquid juris monasterium vestrum in predictis civitatibus et locis noscitur obtinere, cum tectis, pratis, vineis, nemoribus, usuagiis et pascuis, in boseo et plano, in viis et semitis, in aquis et molendinis, et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis.

Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non perceperit, *liceat* sine tradictione *(contradictione?)* aliqua retinere.

Prohibemus insuper, [*ut*] de vestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat.

Liceat quoque vobis clericos vel laicos, liberos et absolutos, e seculo fugientes, ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere.

Prohibemus insuper, ut nullus fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem, fas sit sine Abbatis sui licentia, nisi artioris religionis obtentu, de eodem loco

[1]) Istrie cod. Venet.
[2]) Iustinopolitane cod. Venet.; recte. Constantinop. Corn.
[3]) Triuixii cod. Venet.
[4]) Clugia mai. et min. cod. Venet.; rectius.

discedere; discedentem vero absque comunium litterarum vestrarum eautione nullus audeat retinere.

Cum autem generale interdictum terre fuerit, liccat vobis januis clausis, exclusis excomunieatis et interdietis, non pulsatis campanis, suppressa voee, divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto.

Crisma vero, olcum sanetum, conscerationes altarium seu basilicarum, ordinationes elericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, a dioeesano suscipietis Episeopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam et comunionem saerosancte Romane Sedis habuerit, et a vobis voluerit sine pravitate aliqua exhiberc.

Prohibemus insuper, ut infra fines parroehie vestre, si eam habucritis, nullus sine assensu diocesani Episcopi et vestro capellam seu oratorium de novo constituere audeat, salvis privilegiis Pontifieum Romanorum.

Ad hee novas et indebitas exactiones ab Arehiepiscopis, Episeopis, Arehidiaconis seu Decanis aliisque omnibus Ecclesiasticis secularibusve persons a vobis omnino fieri prohibemus.

Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse deeernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui illic se sepeliri deliberaverunt, nisi forte excomunieati vel interdicti sint, aut etiam publiee usurarii, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Decimas preterea et possessiones ad jus Ecclesiarum vestrarum spectantes, que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus corum, et ad Ecclesias, ad quas pertinent, revocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas.

Obeunte vero te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astueia seu violentia preponatur, nisi quem fratres eomuni eonsensu vel fratrum major pars eonsilii sanioris secundum Deum et beati Benedicti regulam providerint eligendum.

Paci quoque et tranquillitati vestre paternâ in posterum solicitudine providere volentes auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere.

Preterea omnes libertates et immunitates, a predecessoribus nostris, Romanis Pontificibus, monasterio vestro concessas, nec non libertates, exemptiones secularium exactionum, a Regibus et Principibus et aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apostolica confirmamus, et presentis scripti privilegio communimus.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones aufferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolice auctoritate et diocesani Episcopi canonica justitia, et in predictis decimis moderatione concilii generalis.

Si quis igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subjaceat ultioni.

Cunctis autem, eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen! amen! amen!

Ego Gregorius, Catholice Ecclesie Episcopus, ss.

Ego Simon, tt. sancti Martini presb. Card., ss.

Ego Ancherus, tt. sancte Praxedis presb. Card., ss.

Ego Guilelmus, tt. sancti Marci presb. Card., ss.

Ego Simon, tt. sancte Cecilie, ss.

Ego Oddo, Tusculanus Episcopus, ss.

Ego Frater Joannes, Pomium[1]) et sancte Rufine Episcopus, ss.

Ego Ricardus, sancti Angeli diac. Card., ss.

Ego Joannes, sancti Nicolai in carcere Tulliano diac. Card., ss.

Ego Ottobonus, sancti Adriani diac. Card., ss.

Ego Gottofridus[2]), sancti Georgii ad vellum[3]) aureum diac. Card., ss.

Datum[4]) apud urbem veterem, per manum magistri Janoni Leccatorvi[5]), S. R. E. Vicecancellarii, Id. Januarii, indictione prima, incarnationis Dominice anno MCCLXX (add. *II*), Pontificatus d.[6]) Gregorii Pp. X anno primo.

## CCCLXVI.

**Concessio feudi, facta a Merineto de Carcere Veronæ in Nigroponte.**

A. d. 1275, die primo m. Januarii.

Primum e codice Monac. edidit et egregie illustravit hoc diploma J. A. Schmeller in „Abhandl. der philos. philol. Classe der k. Akademie d. Wissensch. in München. 1837. II. Bd. p. 166—188“. Deinde Buchon. in Recherches T. II, p. 492 sic inscriptum: *Diplôme de Mérinet dalle Carcere. 1275.* Jam confer hujus collectionis Nr. CCXLI, CCXLII, CCCXXXI, — CCCXXXIV, CCCXLVIII.

Nos Merinetus de Carcere Verone, dominator tercie partis Nigropontis, filius olim bone memorie domini Narzoti de Car-

[1]) Petaien cod. Ven. Lege: Portuensis.

[2,3]) Gottifredus — velum aur. cod. Ven.

[4]) data cod. Ven.

[5]) Jannoni Leccarii cod. Ven.

[6]) Pontificatus vero dompni Gr. cod. Ven.

cere, notum facimus universis presens scriptum inspecturis, quod, cum olim avus noster bone memorie, dominus Merinus de Carcere, in feudo et hereditagio dederit et concesserit in perpetuum domino Nicolao de Carcere, fratri suo, et heredibus suis res multas et homagium et servitium feudi quondam Johannis Gosberti, pro quibus omnibus tam ipse, quam ejus heredes tenentur de homagio, ligio et de servicio sue persone cum socio uno milite, ad bonum usum Imperii Romanie, inter quas res sibi datas accipiebat a villanis dicti tercerii et super balneo Pentradi trecenta yperpera auri annuatim, in tribus terminis, juxta tenorem privilegii sui, de novo nos, dictus Merinetus, ad concordiam veniinus cum domino Merino de Carcere, filio quondam dicti domini Nicolai, et ipse nobiscum, in hoc modo, videlicet:

Quia dictus dominus Merinus, filius dicti quondam domini Nicolai, per se et suos heredes in manibus nostris se desinvestivit, reffutavit et dedit, nomine cambii seu permutationis, predicta yperpera trecenta, habenda et recipienda supra Grecis nostris et dicto balneo, et super eorum bonis, et omnia jura, que dictus dominus Merinus habebat super dictis Grecis et balneo de predictis trecentis yperperis de crostico[1]), recipiendis ab ipsis et super bonis eorum annuatim, ut predictum est, nobis concessit perpetuo, taliter, quod dicta yperpera trecenta, que debebantur eidem domino Merino de crostico, annuatim nobis et nostris heredibus solvi debeant, nec possint nec debeant dictus dominus Merinus et ejus heredes de cetero jus aliquod petere a dictis hominibus vel super bonis eorum et dicto balneo; sed nobis et nostris heredibus permaneant in perpetuum.

Pro quo cambio et permutatione dictorum yperperorum nos, dictus Merinus de Carcere, per nos et nostros heredes investivimus, concessimus et dedimus dicto domino Merino, filio

[1]) I. e. acrostycho.

Nicolai, in perpetuum totum feudum et totam terram, quod et que quondam mag. Perinus et dominus Gabriel de Liniaco habuerunt et retinuerunt de nostro tercio in insula Nigropontis et extra insulam, tracto et excepto omni eo, quod tenet de dicto feudo uxor et heredes quondam domini Guidonis de Zenerino; quod feudum dicti domini mag. Perini est casale de Trapano cum villanis, juribus et pertinenciis, dicto casali pertinentibus; et quidquid dictus mag. Perinus et dominus Gabriel habuerunt in Dichoso et in Lilando[1]) et in Malachonda et in Lichona, et domos omnes dicti feudi, jacentes in Nigroponte, in contrata Episcopatus Nigropontis, cum villanis, juribus et pertinenciis, honorantiis et districtibus, toto predicto feudo et terre pertinentibus, etc.

Insuper eidem dedimus et suis heredibus per nos et nostros heredes pro predicto cambio unum dischum a beccaria, jacentem a foro, cui coëret ab una parte dischus et locus domini Gaitani et Leonis, ab alia parte dischus et locus domini Guiberti et Florivanti; et unam stationem, jacentem in foro juxta strictum et juxta stationem unam domini Guiberti, et Johannem Mangorapti cum uxore, filiis et omnibus bonis suis, taliter, quod dominus Merinus et ejus heredes de cetero omnia predicta cum omnibus suis juribus, pertinentiis, honorantiis et districtibus debeant habere, tenere et perpetuo possidere pro cambio et permutatione dictorum yperperorum trecentorum.

Et promisimus per nos et nostros heredes dicto domino Merino et ejus heredibus omnia predicta sibi data et concessa, pro predicto cambio, ut predictum est, cum omnibus suis juribus etc.

Quodsi de predictis sibi foret per aliquod tempus occupatum seu intromissum per aliquam personam, vel si dictus discus

---

[1]) Hoc esse Αὐλαντον πεδίον Strabonis, quod jam habeat Hymnus in Apoll. v. 220, scite monuit optimus Schmellerus. Olim, quum istud poema explicaret nobis, rara et vae nimis brevi tirocinii felicitate, Godofredus Hermannus, allegavit Spanhem. ad Callimachi Hymn. in Del. 289.

sibi tolleretur, teneamur . . . dicto domino . . . restaurationem et cambium dare ad voluntatem suam de nostro hereditagio, de toto eo, quod esset ei occupatum et intromissum, priusquam foret de saeina ejectus.

Et in testimonium hujus rei et perpetuam firmitatem presens scriptum hujus cambii eidem domino Merino con*[cessimus]*, nostro sigillo pendenti *[mu]*nitum.

Actum Nigropontis, anno Domini M.CC.LXXV indict. III., die primo Kalendarum Januarii.

## CCCLXVII.

**Commissio Jacobi Contareni, Ducis Venetiarum, pro Marco Bembo et Matheo Gradonico, legatis ad Imperatorem Michaelem Palaeologum.**

A. d. 1276, die 2. m. Septembris.

Cfr. diploma sequens a. 1277, cui inserta est haec Potestas, nr. CCCLXVIII.

## CCCLXVIII.

**Chrysobullium Michaelis Palæologi, Græcorum Imperatoris.**

A. d. 1277, die 19. m. Martii.

Liber Albus fol. 124—130 hac inscriptione: *„treuga secunda inter Michaelem supradictum“*. Ipsum hujus locupletissimi foederis autographum membranaceum asservatur in archivo Cæsarco-Vindobonensi. De illo hæc adnotanda videntur:

Ante initium, desuper in margine, scriba hoc addidit sua manu *Sancti spiritus adsit nobis gratia. Amen.* Extrinsecus hæc leguntur: *Constantinopolis ab incarnat. Domini MCCLXXXV secundum numerum Grecorum. $\overset{M}{V}$DCCLXXXV a constitutione mundi. MCCLXXVII ab incarnatione secundum numerum Latinorum. Constantinopoli.*

*Inducie biennales Michaelis Imperatoris Grecorum Duce Angeli Paleologi Comnino cum domino Jacobo Contareno Duce et Comuni Venetiarum.*

Alia manus addidit: *in literis Latinis tantum.*

*Bulla aurea subrepta. (XXII.)*

Alia manus: *Treugua cum Imperatore Grecorum facta anni MCCLXXVII, mensis Marc., quinte indictionis, per dominum Marcum Bembo, ad duos annos duratura.*

Filum sericum coloris violacei membranæ hodiedum adhæret.

Textum diplomatis ex ipso autographo dedimus; lectiones Libri Alhi variantes margini nostræ editionis subjecimus.

Andreas Dandulus in chronico l. c. p. 393: *Hic Dux* [Jacobus Contarenus] *super renouatione treguæ ad Michaëlem, Imperatorem Græcorum, Marcum Bembo et Matthæum Gradonico legatos mittit. Sed Matthæus supradictus Constantinopoli obiit; Marcus autem Bembo sopitis differentiis, quæ per plures nuntios hinc inde missos concordari non potuerant, treguam cum illo usque ad duos annos et tantum plus, quantum de partium processerit voluntate, sacramento firmavit.*

[1]) In nomine Dei eterni. Amen.

Cum inter nos Michaelem, in Christo Deo fidelem Imperatorem et moderatorem Romeorum, Dnam Angelum Comninum Paleologum, nouum Constantinum, diuinitus coronatum, semper augustum, et Imperium nostrum ex una parte, et illustre comune Venecie et vniuersitatem et districtum ipsius ex alia parte euenit fieri et antea treuga[2]), que conseruata est Dei gratia et completa secundum pacti tempus, postea extensa fuit usque ad hodiernum diem, conuenimus autem iterum ad uerba concordie, ut sicut ex alio principio renouaretur et constitueretur inter nos alia treuga; et intercesserunt super huiusmodi tractatu multe et diuerse ambaxate, et in fine accesserunt ad presentiam majestatis[3]) nostre nobiles[4]) et honorabiles uiri, uidelicet dominus Marcus Bembus[5]) et dominus Matheus Gradonicus[6]), ille quondam ex parte illustris uiri, domini Jacobi Contareni[7]), Ducis Venecie, Dalmatie atque Croacie[8]), domini terrarum et insularum suo Ducatui subiectarum, comunis et uniuersitatis Venetorum[9]) habentes plenam auctoritatem tra-

[1]) Treuga secunda inter Michaelem Imperatorem supradictum LA. Vide supra.
[2]) treugam LA.
[3]) magestatis LA.
[4]) nobilles LA.
[5]) Bembo LA.
[6]) Mathæus Gradonico LA.
[7]) Contarini LA.
[8]) Chroncie LA.
[9]) Venecie LA.

etandi, firmandi et iurandi super animam dicti illustris Ducis et comunis et uniuersitatis Venetorum[1]) conuentionem et puram treugam cum Imperio nostro, prout continetur in commissione, quam nobis presentarunt, roboratam sigillo ipsius illustris Ducis et comunis Venetorum[2]) et subscriptam manu Conradi, Cancellarii aule ipsius illustris Ducis; cuius tenor talis est:

„*Nos Jacobus Contarenus, Dei gracia Venecie, Dalmacie et Croacie*[3]) *Dux, dominus terrarum et insularum*[4]), *suo Ducatui subiectarum, notum facimus tenore presentium uniuersis, presentem paginam inspecturis, quod nomine nostro*[5]) *et nostri comunis Venecie cum nostro minori et maiori consilio, committimus nobilibus*[6]) *et sapientibus uiris, Marco Bembo et Matheo Gradonico, ciuibus et fidelibus nostris dilectis*[7]), *et plenam uirtutem et potestatem eis*[8]) *damus auctoritate presentium et concedimus tractandi, faciendi et firmandi treugam cum serenissimo domino Michaele, in Cristo Deo fidele Imperatore et moderatore Romeorum, Duca Angelo Comnino Paleologo et nouo Constantino, ita, quod ipsam treugam facere et firmare possint nostro et ipsius nostri comunis Venecie nomine usque ad illud tempus, quo eis uidebitur, et cum illis conditionibus, quibus eis uidebitur, et sicut cum ipso Imperatore fuerint et potuerint esse concordes; promissiones et obligationes, securitates et sacramenta faciendi et recipiendi propter hoc et omnia ac singula, que in predictis et circa*[9]) *predicta eis uidebuntur et fuerint oportuna, sicut nos ipsi cum ipso comuni nostro facere ualeremus; promittentes nostro et ipsius nostri comunis Venecie nomine, cum expensis et obligatione bonorum omnium ipsius nostri comunis, firmum et*

---

[1]) Venecie LA.
[2]) Venecie LA.
[3]) Chroacie LA.
[4]) terrarum insularum LA.
[5]) pro nomine nostro LA.
[6]) nobillibus LA. (Gradanico autogr.)
[7]) dillectis LA.
[8]) ei autogr.
[9]) cura autogr. et LA.

*ratum tenere et habere omnia et singula, que dicti nobiles*[1]) *uel eorum alter, in cujus manibus hec nostra commissio apparebit, in predictis et circa predicta duxerint uel duxerit facienda.*

*Et ut hec nostra commissio plenum robur optineat, ipsam bulla nostra plumbea communiri iussimus, ac per manum Conradi, notarij et communis nostri Cancellarij, mandauimus roborari.*

*Data in nostro* DUCALI PALATIO, *currente anno ab incarnatione Domini nostri Jhesu Cristi millesimo ducentessimo septuagessimo sexto, mense Septembris, die secunda exeunte, indictione quinta.*

*Ego Conradus, notarius et Ducalis aule Venecie Cancellarius, de mandato supradicti domini Ducis et sui consilij*[2]) *compleui et roboraui.*"

De dictis autem ambaxatoribus Matheus quidem Gradonico, accedens usque ad Imperium nostrum, rationibus, quas nouit Deus, presentem mutauit uitam, et ad eternam transmigrauit uitam. Nobilis autem uir, dominus Marcus Bembo, solus remanens tractauit uerba conuentionis cum Imperio nostro, habens sic etiam plenam auctoritatem secundum continentiam premisse commissionis et procurationis sue, et conuenit ad finem concordie. Imperium[3]) nostrum, affectans tamquam amator pacis habere cum omnibus Cristianis pacem et dilectionem[4]), condescendit et conuenit cum eodem ad puram treugam et conuentionem, prout in[5]) infrascriptis capitulis continetur.

Vnde iuramus pro nobis et Imperio nostro ad sancta Dei euangelia et super honorabilem et uiuificatricem crucem secundum

---

[1]) nobilles LA.
[2]) conseilii LA.
[3]) concordie Imperium autogr. et LA.
[4]) dillectionem LA.
[5]) in additum in LA.

morem Greeorum, quod habebimus et obseruabimus per nos et Imperium nostrum illustri Duei et comuni et hominibus Veneeie ae sueeessoribus suis ueram et puram treugam tam in mari, quam in terra, sine omni dolo, ab hodierna die, que est nona decima dies[1]) presentis mensis Mareij quinte indietionis, anno a constitutione mundi sexto milleno[2]) septimo eenteno oetuagesimo quinto, siue ab incarnatione Domini millessimo dueentesimo oetuagesimo[3]) quinto secundum numerum[4]) Greeorum, seu ab incarnacione Domini millesimo dneentesimo septuagesimo septimo seeundum numerum[5]) Latinorum, usque ad complementum duorum annorum, et tantum plus, quantum[6]) fuerit de eoneordia et uoluntate utriusque partis; ita tamen, quod eompletis[7]) duobus annis et alia extensione inantea, que fuerit de eoneordia et uoluntate utriusque partis[8]), queeunque partium ipsam treugam noluerit, ultra dietum terminum teneatur per sex menses alteri parti notum faeere, quod eam nolit[9]), et quod treuga sine eorruptione[10]) seruetur infra dietum terminum sex mensium, et una pars alteram non offendat, set[11]) promissa omnia secundum tenorem treuge omnimodo obseruentur; et quod non offendet ipsos Imperium nostrum uel gentem eorum, nee offendi faeiet uel permittet per se uel per alium, ullo modo uel ingenio.

Item de insula eorum Creti uel aliqua parte eius non molestabit ipsos Venetos Imperium nostrum uel gentem eorum, nee molestari faeiet aut promittet per se uel per[12]) gentem suam, ullo modo[13]) uel ingenio; et quod homines, quos habet Imperium nostrum ad ipsam insulam, extrahet eos inde.

---

[1]) die autogr.
[2]) millenoautogr.,millesimoLA.
[3]) ducentess. octuagesa. LA.
[4]) nům LA.
[5]) nům LA.
[6]) tantum, quantum LA.
[7]) complectis LA.
[8]) partis om. LA.
[9]) velit LA.
[10]) coruptione (sic) autogr.
[11]) sed LA.
[12]) per om. LA.
[13]) modo add. LA.

Item terras ipsorum de Curone et Mutone, sicut habent ipsas et tenent cum omnibus iuribus et honorificentijs suis, non molestabit[1]) Imperium uostrum, aut molestari[2]) faciet uel permittet per se uel per[3]) gentem suam; nec permittet inferri aliquam molestiam[4]), ullo modo uel ingenio.

Item, quod habeant[5]) libertatem dominus Dux et Veneti, adiuuare et manutenere insulam Nigropontis et illos de Nigroponte contra Imperium nostrum et gentem nostram et alios omnes modis omnibus. Imperium nostrum habebit[6]) libertatem, prout habebat, uoluntatem et posse, debellare[7]) contra ipsam insulam Nigropontis et contra omnes, qui inuenientur in adiutorium et defensionem ipsius in ipsa insula Nigropontis.

Item ad peticionem illustris Ducis et comunis Venecie recipiet et habebit Imperium nostrum inter ipsam treugam Marcum Sanutum et Bartholomeum Gisium cum gente eorum et ipsorum insulis et illis, qui tenentur ab eis; tamen tali modo, ut, quem ad modum ipsi pro eis pecierunt, obseruare debeant ipsi, uidelicet Marcus Sanutus et Bartholomeus Gisius cum gente eorum et eorum insulis et illis, qui tenentur ab eis, ipsam treugam ad Imperium uostrum et totam partem et terram Imperij nostri. Et quod non conuenient uel conueniri facient ullo modo uel ingenio cum aliquo inimicorum Imperij nostri in offensionem uel aliquod dampnum contra aliquam partem Imperij nostri; nec etiam cursarios recipient uel suscipient, uenientes contra terram Imperij nostri.

Et si aliquid contra *predicta uel aliquod* predictorum[8]) fecerint, non tenebitur Imperium nostrum, conseruare ipsos in

---

[1]) mollest. LA.
[2]) mollest. LA.
[3]) per om. LA.
[4]) mollest. LA.
[5]) habent LA.
[6]) habeat LA.
[7]) debelare LA.
[8]) predictorum fecerint autograph. et LA. Supplevimus, quod fere desiderabatur.

ipsa trenga, set contra ipsos quidem assumet uindictam; treuga autem, que est inter Imperium nostrum et Venetiam, non eorrumpetur propter aliquam eulpam, que eueniret ab ipsis, set permaneat firma.

Item dabit eis Imperium nostrum in Constantinopoli hospicia infra confinium, incipiens a porta Trungarij [1]), ueniendo a sancto Quintano [2]) ad manum sinistram, et ueuieudo ad euuam ecclesie sanete Marie ad uiam Currigiariorum [3]), ueniendo iusum [4]) usque ad portam Perame, et a porta Perame usque ad portam Trungarij deintus murum, taliter: videlicet pro mansione Baiuli unum, et aliud unum pro mansione eonsiliariorum eius, et aliud unum pro eammaua rerum eomunis Venetie [5]). Pro mercatoribus uero Venetis ab extra uenientibus aeeipientur per Imperium nostrum ad pensionem eirea dieta tria hospieia uiginti quinque alia hospieia, et dabuntur eis sine pensione pro mansione [6]) eorum. Cum autem plures uenerint mercatores Veneti, dabuntur eis ad similem [7]) modum in ipsa Constantinopoli et tanta plura, quanta sufficientia erunt, hospicia [8]) pro mansione eorum; quem ad modum, quando uenient [9]) pauciores ad opus uiginti quinque domorum, dabuntur eis paucioribus sufficieucia hospicia ad mansionem eorum; remanentia uero hospieia de uiginti quinque hospieijs aut pluribus secundum dictam formam dimittantur dominatoribus eorum. Et iterum uenientibus mercatoribus Venetis dabit eis Imperium nostrum secundum similem modum hospicia sufficientia ad mansionem ipsorum.

[1]) trung. LA.; Trung. autogr. Scribere debebant Drung.
[2]) l. e. s. Akindyni. Cfr. Tom. I, 67. De porta Drungarii et via Currigiariorum nihil apud Du Cangium; quem vid. de ceteris in Cp. christ. I, 16. I, 25. II, 80.
[3]) carrig. LA.; Currig. autogr. An Corr.?
[4]) iusum LA.; uisum autogr. An rursum? vel sursum?
[5]) Venecie comunis LA.
[6]) pro mansionem LA.
[7]) simile autogr. et LA. Correximus.
[8]) hosspicia LA.
[9]) venerint LA.

Item dabit eis Imperium nostrum duas ecclesias, uidelicet ecclesiam sanctissime Dei genitricis Marie et ecclesiam sancti Marci.

Similiter dabit eis nostrum Imperium in urbe Thessalonicensi[1]) ecclesiam, quam tenebant Ermeni, et circa ipsam ecclesiam domos siue hospicia hoc modo: uidelicet unum pro mansione Consulis, unum aliud pro mansione consiliariorum ipsorum, et aliud unum pro canaua rerum comunis Venecie; pro mercatoribus autem Venetis, uenientibus ab extra, conducentur per Imperium nostrum alia hospicia[2]) uiginti quinque; et dabuntur eis ipsa hospicia[3]) sine pensione ad mansionem ipsorum. Et si plures uenerint mercatores Veneti, dabuntur eis ad similem modum in ipsa urbe Thessalonicensi[4]) tantum plura hospicia, quantum erunt sufficientia[5]) ad mansionem ipsorum; ad quem modum, quando uenient pauciores ad opus uiginti quinque domorum, dabuntur eis paucioribus sufficientia hospitia ad mansionem eorum. Remanentia uero hospitia de uiginti quinque hospitijs aut pluribus secundum dictam formam dimittantur dominatoribus eorum. Et iterum uenientibus mercatoribus Venetis dabit eis Imperium[6]) nostrum secundum similem modum hospitia sufficientia ad mansionem ipsorum. In alijs uero locis nostri Imperij, in quibus eis uidebitur, habeant libertatem accipiendi domos, furnos, balnea sub pensione uel fictu, sine contradictione[7]) alicuius persone.

Item Veneti guasmuli et heredes ipsorum, quos habebat et tenebat Potestas Venetorum, quando tenebat Constantinopolim[8]), sint liberi et franki[9]), sicut Veneti.

---

[1]) Tessalonica LA.
[2]) hosspic. LA.
[3]) hospit. LA.
[4]) Thessalonica LA.
[5]) sufficientes LA.; sufficiencia autogr.
[6]) n. Imp. LA.
[7]) condictione LA.
[8]) quando tenebat Constantinus LA.
[9]) franchi LA.

Item habeant mensuras, stateras, modios, metra, libras et passus ad mensurandum et ponderandum tam in Constantinopoli, quam in alijs terris Imperij nostri, ubi fuerint uel habitabunt.

Item concedet eis Imperium nostrum habere sacerdotes, ecclesias et baptismum secundum consuetudinem eorum in Constantinopoli et per alia loca Imperij nostri; que ecclesie, sacerdotes et baptismum[1]) sint exempta a potentia nostri Imperij et reuocatione nostra, quousque tempus treuge finitum fuerit.

Item, quod propter treugam factam non expellantur Januenses de Constantinopoli uel de Imperio nostro; set[2]) erit securitas per Imperium nostrum inter Venetos et Januenses, ita, quod non offendantur Venti a Januensibus, nec Januenses a Venetis ab introitu Auidi et infra, in mari et in terra, in quacunque parte inuenti fuerint Veneti et Januenses, et etiam in ipso Mari Maiori. Et si acciderit[3]), fieri aliquam offensam seu dampnum infra hos confines dicte terre Imperij nostri, quod nos de auere partis non obseruantis faciemus dampnum restitui et satisfieri illi, cui dampnum factum fuerit, infra medium annum. Si autem non inuenerit Imperium nostrum accipere auere de ipsa parte non obseruante pactum, et satisfacere dampnificate parti, quod satisfaciet ipsi Imperium nostrum de camera sua; habebit autem libertatem Imperium nostrum satisfieri ipsum dampnum de ipsa parte non obseruante pactum.

Item, quod habeant libertatem omnes Veneti, et qui pro Venetis se tenent[4]) et distinguntur[5]), de quacunque parte uenerint[6]) ad Imperium nostrum; quod *debeant*[7]) habere et esse salui et securi, liberi et franki[8]) per totum Imperium

---

[1]) Sic autogr. et LA. Cfr. supra p. 96.
[2]) sed LA.
[3]) accident LA.
[4]) tenere LA.
[5]) distringuntur LA.
[6]) veniunt LA.
[7]) habent autogr. et LA.
[8]) franchi LA.

nostrum, ubi habet uel habebit posse, eum omnibus rebus et mercationibus eorum et sine, tam per mare, quam per terram. Et quod sit in eorum libertate eundi, standi et redeundi, emendi et uendendi sine aliquo impedimento uel dampno, sine aliquo datio, teloneo[1]) uel pedagio, comerelo, seallatico et omni alio datio; ita tamen, quod dicti Veneti, de quacunque parte uenerint ad Imperium nostrum, in omnibus terris Imperii nostri, ubi portum facere noluerint, teneantur iurare comerelarijs Imperij nostri siue officialibus, si requisiti fuerint, quod mercationes, quas habent, omnes et anere sint Venetorum. Et si mercationes forinsecorum habuerint, quod eas manifestabunt eisdem. Et quod Veneti possint uendere et emere cuique homini et quibuscunque hominibus et a quocunque et a quibuscunque nolnerint, tam Latinis, quam Greeis, quam etiam quibuscunque alijs, libere et absolute. Et etiam, si acciderit, (quod) per comerelarios aut officiales Imperij nostri aliquid auferri[2]) ab aliquo Veneto in aliqua parte Imperij nostri pro aliqua dictarum occasione, quod Imperium nostrum faciet satisfieri, quod ablatum[3]) fuerit Veneto, de vestiario nostro aut aliunde[4]), unde fuerit de uoluntate nostra. Et quod de Venetis et qui pro Venetis se tenent et distinguuntur[5]), eredatur uerbo Baiuli uel aliorum Rectorum, qui pro Venetis erunt in Imperio, si de aliquo predictorum Venetorum, et qui pro Venetis se tenent et distinguuntur, fuerit aliquod dubium. Dux autem et comune Venecie teneantur auferre sacramentum a Baiulo seu Rectore siue Rectoribus, uenturo seu uenturis ad terras Imperij nostri, et ponere in eorum commissionibus, quod debeant dicere ueritatem nostro Imperio, hijs et qui pro nobis fuerint, et quod dicent ueritatem de Venetis, et qui pro Venetis se distinguunt.

---

[1]) tholomeo autogr. et LA.
[2]) auff. autogr.
[3]) ablaetum LA.
[4]) aliumde autogr.
[5]) distringuntur LA.; sic etiam postea.

Item occasione frankicie[1]) Venetorum, quam habent in terra Imperij nostri, non imponet uel imponi faciet nec permittet imponi Imperium nostrum dacium aliquod uel grauamen alicui Greco uel Latino uel alicui persone in aliqua parte uel terra Imperij nostri, ullo modo uel ingenio, quod sit in aliquo contra frankicia[2]) Venetorum.

Item non impediet nostrum Imperium nec impediri faciet aliquos Venetos, uenientes ad terras Imperij nostri, quin[3]) possint, cum eis expedierit uel uoluerint[4]), emere uel emi facere antennas, temones, lignamen et altera[5]) neccessaria pro eorum nauigijs in terra Imperij nostri.

Item, quod faciet Imperium nostrum restitui[6]) secundum formam prime treuge Venetis disrobatis, quibus non est satisfactum de robarijs et dampnis eis illatis per homines Imperij nostri a tempore, quo treuga incepit, usque nunc, et hoc, quod dicimus de ablatis eomerclijs per homines Imperij nostri; tamen secundum eundem modum restituere debeant[7]) Veneti secundum formam ipsius prime treuge ad homines et partem Imperij nostri, quicquid uidebitur, quod fuerint dampnificati per Venetos et partem ipsorum a tempore, quo treuga facta fuit usque nunc[8]).

Item, si aliquis Venetus morietur in terris Imperij nostri, testatus uel intestatus, quod bona et res ipsius possint et debeant intromitti et saluari et dispensari[9]) per Baiulum siue Rectorem Venetorum, siue per Venetos, qui reperti fuerint in illo loco, sine aliquo impedimento ab Imperio nostro et ab hominibus nostri Imperij exinde faciendo. Et si Venetus[10]) uel Veneti ibi

---

[1]) franchicie LA.
[2]) franchicia LA.
[3]) quim LA.
[4]) voluerit LA.
[5]) altera in autogr., ut videtur. Forsan alia scriptum fuerat.
[6]) restitui om. LA.
[7]) debeat LA.
[8]) numero (ut videtur) LA.
[9]) et disponsari LA., supra scribens salvari et exin.
[10]) Venetus vel om. autogr.

non fuerint, quod predicta per nostrum Imperium uel per eos, qui pro nostro Imperio fuerint, ibi debeant [1]) intromitti et saluari, et exinde debea(n)t fieri, secundum quod illustri Duci uidebitur, uel illis, qui fuerint pro Venetis.

Item, si acciderit, quod nolit Deus, naufragium pati[2]) aliquem Venetum uel Venetos cum naui sua uel ligno seu aliorum forinsecorum, res eorum salue erunt et habebunt adiutorium ab hominibus nostri Imperij ad recuperandum res eorum.

Item, quod habeant libertatem Veneti emere frumentum, et extrahere ipsum de Imperio nostro cum nauibus eorum seu lignis aut forinsecorum, et quocunque uoluerint, portare frumentum, excepto ad terras inimicorum nostri Imperij, quandocunque[3]) centum modia frumenti ualuerint yperperos[4]) centum et infra. Et si ultra ualerent, non possint extrahere frumentum de Imperio nostro sine licentia; et si augmentaretur modius, debeat esse secundum rationem augmentationis.

Similiter, si aliquis Venetus uel Veneti uenerint[5]) a Mari Maiori cum naui uel ligno, uel Veneti[6]) quam forensis[7]), cum frumento uel blado, quod possint ire cum ligno ipso uel forensecorum et frumento seu alio blado libere et sine contradictione nostri Imperij uel alterius persone nostri Imperij.

Si aliquis Venetus fecerit offensam alicui Greco, si inuenietur ipse Venetus, tenetur Baiulus siue Rector, qui pro Venetis[8]) fuerit, uindictam secundum rationem; si autem non inuenietur malefactor, quod ei terminus usque ad dimidium annum ad comparendum et satisfaciendum de offensis per eum factis; et si infra predictum terminum uenerit, faciet[9]) de eo Baiulus

---

[1]) debeant detritum in autogr.
[2]) pacti LA.
[3]) quecunque LA.
[4]) yperperorum LA.
[5]) veniunt LA.
[6]) vel Veneti (sic) autogr. et LA., pro tam Veneti.
[7]) forinseci?
[8]) Venetijs LA.
[9]) faciet LA. post rector ponit.

siue Rector, ut dictum est. Si autem non inuenietur, Baiulus siue Rector uel eius uicarius mittet et significabit per loca et terras, ubi Veneti habent posse, ita, quod possint inueniri de rebus malefactoris, et de rebus, que inuenientur, satisfieri illis[1]), qui iniuriam passus fuerit.

Et si acciderit, quod nolit Deus, aliquem Venetum interficere aliquem Grecum, dictus Venetus debeat iudicari per Imperium nostrum. Et si Venetus occiderit aliquem Venetum tam in Constantinopoli, quam extra, debeat per Baiulum iudicari siue Rectorem, qui fuerint pro Venetis in partibus illis.

Item relaxabit Imperium nostrum omnes carceratos et detentos Venetos in omnibus terris Imperij nostri, ubicunque fuerint detenti, libere[2]) et absolute. Similiter relaxabunt et ipsi illustris Dux et comunis Venecie omnes Grecos, quos habent tam in Creti insula, quam in Corone, Mutone et Nigroponte et alibi carceratos et detentos, libere et absolute, et alibi captos: ita, quod, si dicti Greci uoluerint remanere in aliqua dictarum parcium, quod possint ibi esse indempnes a Venetis; et si uenire uoluerint ad terras Imperij nostri, quod uenire cum familijs eorum libere permittantur.

Item non retinebit Imperium nostrum nec retineri[3]) permittet, uel mittet uel faciet mitti nauigium Venetorum ad aliquam partem contra eorum uoluntatem per totum nostrum Imperium.

Item non permittet nostrum Imperium facere fieri aliquod armamentum in terra nostri Imperij contra Venetos; et si eis uel alicui eorum dampnum aliquod factum fuerit per huiusmodi armamentum, emendabitur per nostrum Imperium.

Et si aliqui Veneti cursarij fecerint aliquod dampnum ad terram Imperij nostri, teneatur Baiulus uel eius uicarius per

---

[1]) Sic autogr. et LA. pro illi.
[2]) liberi LA.; libere detritum in autogr.
[3]) retinere LA.

sacramentum, bona fide, sine fraude, inuenire eos et tenere et facere uindictam de eis, qui robariam fecerant[1]), et accipere res eorum, et restituere illis, quibus res ablate fuerint, exceptis Venetis, qui tenent et tenebunt de insulis, que non sunt subiecte Duci et comuni Venecie. Et si de alia gente uel de insulis huiusmodi, que non sunt subiecte Duci et comuni Venecie, uenerint cursarij contra terras Imperij nostri, non recipient ipsos Veneti ad terras et insulas eorum, set expellent et pugnabunt eos[2]) sic, ut expellentur de Imperio nostro. Si uero aliqui fuerint, qui recipient dictos cursarios, et habuerint penam ab Imperio nostro, non tenebitur propterea nostrum Imperium de sacramento pro pena facta in eos, qui dictos cursarios receperint, ut dictum est.

Si acciderit, quod aliquid[3]) contra dictam conuentionem uel treugam factum fuerit ex parte Ducis et comunis Venecie uel Venetorum, non rumpet Imperium nostrum propter hoc statim ipsam conuentionem uel treugam[4]), nec movebit propter hoc guerram contra Venetos; ymo pocius significabit eis, ut emendetur, quicquid contra ipsam treugam fuerit attemptatum; et e conuerso, si aliquid ex parte nostri Imperij factum fuerit contra ipsam treugam uel conuentionem, non rumpet propterea Dux et comune Venecie statim hanc conuentionem uel treugam, nec mouebunt[5]) propter hoc guerram contra nostrum Imperium; et *[set?]* significabunt nostro Imperio, quod factum fuerit: ita, quod emendari debeat[6]), quicquid factum fuerit contra istam conuentionem[7]) uel treugam.

Item, si aliqui mercatores Imperij nostri et terrarum nostrarum uoluerint uenire Veneciam ad mercandum, possint in Venecia uendere merces, quascunque uoluerint, sine aliquo

[1]) fecerat LA.
[2]) pugnabunt eos autogr. et LA.
[3]) aliquod LA.
[4]) tregam LA.
[5]) movebit LA.
[6]) debeant LA.
[7]) conv. istam LA.

impedimento, solvendo inde comercla per Ducem et comune Venecie ordinata.

Ex alia quidem parte predictus illustris Dux pro se et consilio suo et toto comuni[1]) Venecie, habita licentia et parabola ab ipso consilio et comuni[2]) Venecie iurandi cum uoluntate eorum super animabus eorum, promittet nobis et Imperio nostro, et ad sancta Dei euangelia iurabit et super ueram et ueneranda crucem, quod ab hodierno die, qui est nona decima dies[3]) presentis mensis Marci, quinte indictionis, anno a constitutione mundi sexto milleno septimo centeno octuagesimo[4]) quinto, siue ab incarnatione Domini nostri Jhesu Cristi millesimo ducentesimo octuagesimo[5]) quinto secundum numerum Grecorum, secundum uero Latinorum ab incarnatione Domini millessimo ducentesimo septuagessimo septimo, obseruabunt ipsi dominus Dux et comune Venecie et Veneti et tenebunt puram et ueram treugam nobiscum et cum Imperio nostro et tota terra Romanie subiugata Imperio nostro, tam in mari[6]), quam in terra, sine omni dolo, usque ad complementum duorum annorum, et tantum plus, quantum fuerit de concordia et uoluntate utriusque partis; ita tamen, quod completis duobus annis et alia extensione in antea, que fuerit de concordia et uoluntate utriusque partis, quecunque parcium ipsam treugam noluerit ultra dictum terminum, teneatur per sex menses alteri parti notum facere, quod eam nolit, et quod treuga sine corruptione obseruetur infra dictum terminum sex mensium, et una pars alteram[7]) non offendat, set[8]) promissa omnia secundum tenorem treuge omnimode obseruentur; et quod nos uel Imperium nostrum uel gentem et terram Romanie subiugatam Imperio nostro non

---

[1]) comune LA.
[2]) comune LA.
[3]) die pres. autogr.
[4]) octuagess. LA.
[5]) octuagess. LA.
[6]) in mari om. LA.
[7]) altera LA.
[8]) sed LA.

offendent[1]), nec offendi facient aut offendi permittent per se uel per alios ullo modo uel ingenio; et quod terras Imperij Romanie et insulas subiectas Imperio nostro uel aliquas partes Imperij nostri uel gentem nostram ullo modo molestabunt aut molestari facient uel permittent ullo modo uel ingenio; et quod non associabunt se, nec aliquem Venetum associari permittent cum aliqua gente Cristiana uel pagana, seu cum aliqua persona contra Imperium nostrum et terras et gentem Imperij nostri; et quod non permittent aliquem portare alicuius [*aliquam?*] personam contra Imperium nostrum et gentem nostram; nec conuenient nec permittent aliquem de patronibus nauium uel de nobilibus Venecie conuenire cum aliquibus Regibus, Principibus uel Baronibus seu Comitibus uel comunitatibus contra Imperium nostrum uel contra terram nostram aut exercitum seu gentem Imperij nostri subiectam in aliquibus, ad hoc, quod possint offendere Imperio nostro; et quod non naulizabunt nec naulizari facient aut permittent per se uel per aliquas alias personas naues seu alia ligna aut uasa de comuni eorum uel de aliquibus specialibus personis Venetis ad defendendum inimicos Imperij nostri ad terram[2]) et Imperium nostrum.

Supradicta uero omnia juramus pro nobis et Imperio nostro habere rata et firma, tenere, attendere[3]) et obseruare inuiolabiliter, prout supradictus nuncius, dominus Marcus Bembus[4]), gerens uicem dicti illustris Ducis et comunis Venecie, auctoritate predicte commissionis iurauit ad sancta Dei euangelia sollempniter et super uenerandam crucem in anima illustris Ducis Venecie et Venetorum[5]) et sua, ut per ipsum illustrem Ducem et comune et vniuersitatem et districtum Venecie seruabuntur, approbabuntur et tenebuntur et omnimode et

---

[1]) offendere LA.
[2]) terrsm erasum in autogr.
[3]) actendere LA.
[4]) Benbus LA.
[5]) Venetorum autogr.; Veneciarum LA.

inuiolabiliter omnia capitula supradicta; promittens nichilominus facere, quod ipse[1]) illustris Dux ipsa capitula supradicta omnia approbabit et confirmabit, iurando uidelicet pro se et consilio suo minori et maiori et toto comuni Venecie, habita licentia et parabola ab eisdem secundum consuetudinem ipsius, super ueram et uenerandam crucem ac super sancta Dei euangelia, omnia suprascripta habere rata et firma, tenere et facere teneri et inuiolabiliter obseruari.

In horum autem omnium robur et firmitatem presens crisobulum[2]) fieri Imperium nostrum iussit per manum Ogerij, Imperij nostri notarij, aurea bulla maiestatis nostre muniri.

Actum in URBE FELICISSIMA CONSTANTINOPOLITANA, in sacro Imperiali palacio Blakernarum, anno, die, mense et indictione suprascriptis, presentibus magnificis uiris et proceribus sui Imperij in presentia majestatis sue, uidelicet Imperij sui genero[3]) magno logotheta[4]) domino Georgio Acropolita, seuasto panipertato domino Johanne Apocascho *(Apocauco?)*, panseuasto[5]) logotheta genico domino Theodoro Musalo, panseuasto megacasio domino Nichiforo Arianita, et quam pluribus alijs Imperij sui.

Et ego Ogerius, supradicti magnifici et excellentissimi Imperatoris notarius, de mandato eiusdem inuictissimi Imperatoris sanctissimi supradicta scripsi et meo signo signaui.

---

Nota. In ultimis lineis columnæ secundæ Libri Albi, fol. 131$^b$, hæc leguntur: *Juramentum Michaelis, Imperatoris Romeorum, factum illustri domino Raynerio Geno, Duci Venecie, pro pace sibi et* (reliqua exciderunt).

---

[1]) quod est ill. d. LA.

[2]) chrisoholum autogr.; crisobulum LA.

[3]) geneř. autogr.; genero LA. Leg. generali. De logotheta genico vide nos T. I, 120. Du Cang. Cp. chr. I, 128.

[4]) logotheea LA. ut paulo post.

[5]) panserasci LA.

## CCCLXIX.

### Conventio inter Joannem de Monteforti et Ducem Venetorum.

A. d. 1277. die 1. m. Julii.

Ex margine codicis Ambrosiani, unde Muratorius Dandulum edidit.

Muratorius ad Chronicon Andreæ Danduli l. c. T. XII, p. 382 sq.: *„Hoc anno in calce codicis Ambrosiani additur Charta conventionis initæ inter Jacobum Contarenum, Venetiarum Ducem, et Johannem de Monteforti, licet ille Dux electus fuerit anno tantum MCCLXXV, ut infra videbitur“*. Referendum est hoc pactum, uti indictione infra inserta elucet, ad annum MCCLXXVII. Rem ipsam attigit Andreas Dandulus in chronico l. c. p. 393: *„Inter Albertinum Mauroceno et Joannem de Monteforti, dominum Tyri, pax reformata est mediatione Templarioram, restituta Venetis tertia parte Tyri, quam habebant ratione acquisitionis ipsius et diu possederant; sed dominus Joannes de Monteforti ius illud eis abstulerat propter guerram, quam cum Januensibus sibi confoederatis habuerant“*.

Raynaldi annal. eccles. anni 1277, §. 18: *Tunc inter Venetos et Tyri dominum pax reformata est procuratione dictorum Templariorum sub Baylivatu Albertini Morosini, inchoata sub eius praecessore, domino Joanne Dandulo; et recuperaverunt tunc Veneti ius in tertia parte Tyri, quam habebant ratione conquisitionis ipsius et diu possederunt: sed dominus Philippus de Monteforti ius suum illis abstulerat propter guerram, quam cum Januensibus habuerant.* — Secutus est Marin. Sanut. l. I. III, 12, 16. Cfr. LeBret I, 601. Wilken VII, 665.

In nomine Domini. Amen.

Per hoc publicum instrumentum pateat universis, tam praesentibus, quam futuris, quod in praesentia reverendi Patris, domini Fratris Thomae, de ordine Praedicatorum, Dei gratia Patriarchae Hierosolymitani, ministri ecclesiae Accon, Apostolicae Sedis Legati, venerabilium ac religiosorum virorum, dominorum Fratrum Bonaccursi, Tyrensis Archiepiscopi, et Goffridi,

Episcopi Ebronensis, Fratris Guilielmi de Bellojoco, venerabilis Magistri domus militiae Templi, Fratris Nicolai, magni Praeceptoris domus hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, Fratris Corradi, magni Pracceptoris quondam domus Theutonicorum, nobilis viri domini Jacobi Rubei, Consulis Pisanorum, mei Bartholomaei de Firmo, notarii publici infrascripti, et testium suprascriptorum, ad haec specialiter vocatorum et rogatorum.

Dum olim quaestiones et lites essent inter magnificum virum dominum Jacobum Contarenum, Dei gratia Venetiae, Dalmatiae atque Croatiae Ducem et dominum quartae partis et dimidiae totius Imperii Romaniae, et comune Ven. ex una parte, et nobilem et egregium virum dominum Johannem de Monteforti, Tyri et Turonae dominum, ex altera, super tertia parte civitatis Tyri, cum juribus et pertinentiis suis et aliis rebus pluribus, tandem intervenientibus amicis comunibus, predictus nobilis vir dominus Joannes, et nobiles viri dominus Albertinus Maurocenus, Baiulus Venetorum in Accon, in Tyro et in tota Syria, dominus Marcus Foscarenus, et dominus Philippus Cornarii, ejus consiliarii, vice et nomine praedictorum Ducis et comunis Venetiarum, habentes ab eisdem super hoc plenam et liberam potestatem faciendi, quicquid eis super hoc videbitur expedire, sicut ex literis confectis exinde, bullatis bulla pendenti plumbea Ducis et comunis Venetiarum, vidi plenius contineri, ad subscriptam pacem et concordiam devenerunt.

In primis videlicet, quod dominus Joannes, dominus Tyri praedictus, restituit eisdem Bajulo et consiliariis recipientibus pro parte et nomine praedictorum Ducis et comunis Venetiarum, omnes possessiones et bona, diricturas et jurisdictiones, tam intra civitatem, quem extra, quae dictum comune tenuit, habuit et possedit, vel aliqua singularis persona ejusdem comunis a tempore, quo nobilis vir Marsilius Georgius fuit Bajulus Venet. in Tyro, et a tempore, quo dominus Philippus bonae memoriae, pater praedicti domini Joannis domini Tyri, habuit

et tenuit dominium civitatis Tyrensis et suarum pertinentiarum; et renunciat et dimittit ex nunc praedictus dominus Joannes dominus Tyri omnes praedictas possessiones, bona et jurisdictiones, et omnia alia, quae pertinent ad comune Venetiarum et ad alias singulares personas ejusdem comunis, tam intus civitatem, quam extra, quae tenuerunt aliquo tempore a tep oribus suprascriptis citra; ita, quod ipse Bajulus et successores sui et eorum loca tenentes cum Venetis suis possint accipere, habere et tenere praedicta, et uti eis sicut de propriis rebus et bonis suis ad beneplacitum eorum. Et ut de caetero nullus scrupulus dubietatis vel contentionis inter partes exsurgat, haec specialiter declarata et acceptata sunt inter partes:

Quod, cum dominus Dux et comune Venetiarum per privilegium eorum habeant tertiam partem civitatis Tyrensis et suarum pertinentiarum secundum terminos definitos ab antiquo libere et regaliter, sicut consortes et veri domini ipsius tertiae partis, quod ipsi possint exercere justitiam tam civilem, quam criminalem super omnes homines, qui pertinent ad jurisdictionem suam, sive Venetos, sive alios habitantes et manentes in tertiaria sua, exceptis hominibus ligiis domini Tyri et burgensibus suis, quos habitare contingeret in tertiaria praedictorum Venetorum, sicut ipse dominus Tyri uti posset, et utitur super omnes homines, qui sunt jurisdictionis suae, et habitantes et manentes in duabus partibus suis, exceptis Venetis, quos habitare vel manere contingeret in suis duabus partibus supradictis.

Si vero aliqui transeuntes non sint hospitati in Tyro, et delinquant in Tyro, ibi puniantur, ubi deliquerint, hoc expressim addito inter partes. quod, si Venetus offendit homines domini Tyri, justitia de eo fiat per Bajulum Venetorum; et si homines domini Tyri offendant Venetum, justitia fiat per dominum Tyri.

Item, quod omnes et singuli Veneti libere possint manere et intrare et exire, per mare et per terram, tam per suam

tertiariam, quam per partes duas ipsius domini Tyri cum rebus et mercimoniis suis, et sine mercimoniis etiam, sine omni exactione et praestatione alicujus dirieturae.

Item dictus dominus Joannes dominus Tyri faciet refici et reparari per se, vel per alium, ecclesiam, logiam et campanile sancti Marci Venetorum in Tyro, vel dabit pecuniam sufficientem praedictis domino Patriarchae et Magistris domorum Templi Hospitalis ad providentiam eorum, quorum mandato et ordinatione praedicta reparentur et reficiantur in statum pristinum, secundum provisionem praedictorum trium vel eorum, qui fuerint loco ipsorum, vel majoris partis eorum; et omnes alias possessiones, quae per dictum dominum Tyri, vel patrem ejus pro se, vel ejus mandato, vel ordinatione, vel per alium, eo sciente vel consentiente, destructa vel devastata fuissent, a tempore, quo ipse dominus Tyri et pater ejus habuerunt et tenuerunt dominium civitatis Tyrensis. Quae quidem omnia fiant intra terminum vel terminos statuendos per supradictum dominum Patriarcham et Magistros domorum, vel per majorem partem eorum.

Item fructus, proventus et redditus, quos dictus dominus Philippus, pater domini Tyri, qui nunc est, vel ipse dominus Tyri habuerunt vel receperunt de bonis, vel rebus, vel possessionibus Venetorum intus civitatem, vel extra, in comune, vel specialia, tempore, quo dictus dominus Tyri, pater ejus, habuit dominium civitatis Tyrensis, dictus dominus Tyri teneatur restituere Bajulo vel tenenti locum ejus et comuni Venetiarum, istis modis adhibitis, videlicet, quod primo per dictos dominos Patriarcham et Magistros praedictarum domorum, vel tenentes loca eorum, vel per majorem partem ipsorum, vel per eos, quos ipsi vel major pars eorum ordinaverint, diffinietur quantitas dictorum debitorum, et per certos terminos, quos dicti Patriarcha et Magistri, vel tenentes loca eorum, vel major pars eorum, vel illi, quos ipsi vel major pars eorum ordinaverint vel statuerint.

Et de hoc fiant instrumenta contractus, et obligationes cum solennitatibus debitis, adjectione poenarum et securitatibus ordinatis ab eis, vel a majori parte; ita, quod, si contingeret, praedictum dominum Tyri in praedictis terminis non solvere, vel aliter satisfacere, et in poenam adjectam incidere, dictus dominus Tyri ex nunc se obligat praedictis Patriarchae et Magistris, et vult, quod ipsi vel major pars eorum capiant et capere possint de bonis suis, ubicunque ea contigerit inveniri, usque ad satisfactionem praedictorum debitorum, et poenae faciendae praedicto comuni Venetiarum; et praedicti domini Patriarchae et Magistri in praesentia praedictarum partium notificaverunt praedicta.

Item de prima turri, aedificata super viam, qua itur ad cathenam, dominus Tyri habeat potestatem diruendi eam ex nunc, si velit, et de loco, super quo fundata est, sic ordinetur:

Quod, si per praedictos dominos Patriarcham et Magistros praedictarum domorum invenietur, quod ille locus sit de tertiaria Venetorum, libere remaneat comuni Venetorum. Si autem inveniatur per supradictos dominos, quod dictus locus non sit de tertiaria Venetorum, sed aliquando fuerit possessus ab aliquo Venetorum, si apparuerit dictus Venetus, vel heres ejus, qui dictum locum requirat, dominus Tyri restituat ei, sicut pater heredis tenuerat et possederat. Si vero nullus apparuerit requisitor praeter Ducem et Bajulum et locum ejus tenentem et comune Venetorum, stetur super hoc assisiae et consuetudini civitatis Tyrensis. Et interim ex nunc Bajulus Venetorum habeat sasinam ipsius loci.

Item, si forsitan Bajulus, vel aliquis loco ejus, vel comune Venetorum per tenorem privilegii eorum, vel alio modo vellet petere vel requirere coram praedictis dominis ea, quae credunt esse de jure eorum, ita et dominus Tyri possit petere et requirere a praedictis Venetis coram eisdem tribus, quod

crediderit esse de jure; nec aliter aliqua partium possit facere novitatem aliquam contra aliam, nec aliter possit aliqua pars ab altera petere vel requirere, nisi secundum formam, quae superius est expressa; et super hoc dominus Tyri praedictus tencatur impetrare bona fide et sine fraude licentiam a Rege, ut obtenta licentia Regia procedatur secundum formam superius declaratam. Si autem Rex non daret vel dare differret infra tres septimanas, vel mensem, non sit propter hoc praejudicium Regi Hierosolymitano et dominio ipsius, nec domino Duci, nec Bajulo, nec comuni Venetorum, nec domino Tyri et heredibus et successoribus suis, quin quilibet possit petere bono modo et sine violentia inferenda ab utraque parte jura sua et diricturas, quas credunt quilibet ad se pertinere, coram dominis supradictis, vel in defectum eorum ab aliis eligendis ab utraque parte, quousque res fuerit diffinita hoc modo: scilicet, quod una pars eligat unum, et alia pars eligat alium; et si duo non poterint concordare, praedicti domini Patriarcha et Magistri domorum, vel major pars eorum, eligant tertium, qui tres electi similem habeant potestatem, nullo propter hoc praejudicio generato super eorum juribus domino Duci, vel comuni Venetiarum, vel Bajulo, aut locum ejus tenenti, aut domino Regi, vel domino Tyri, et heredibus et successoribus suis, ut supradictum est; omnibus nihilominus superius diffinitis et concordatis in suo robore duraturis.

Item omnibus supradictis concordatis et acceptatis ab utraque parte dictae partes ordinaverunt et voluerunt, quod omnes offensae et injuriae, quae factae et illatae sunt ab utraque parte in personis, vel rebus, in comuui vel speciali usque nunc quocunque modo, vel occasione, vel causa, sint remissae, vel quietatae de bona fide et bona voluntate, sine fraude, vel malo ingenio; ita, quod de caetero sicut boni amici et consortes se foveant et diligant, et hanc pacem et concordiam inviolabiliter teneant perpetuo et observent.

Ad complementum autem et felicem consummationem omnium praedictorum dictae partes de propria et spontanea voluntate et de comuni concordia et assensu elegerunt comunes arbitros, arbitratores et amicabiles compositores dictos dominos Patriarcham Hierosolymitanum, et Magistros domorum Templi et Hospitalis, et compromiserunt in eos super omnibus litibus, quaestionibus, vel controversiis, vel dissidiis et rixis, quae possent inter eos de novo surgere de possessionibus et hominibus eorum aliqua occasione; ita, quod praedicti arbitri, vel major pars eorum, si sunt modica, babeant potestatem committendi ea aliis, quibus ipsi arbitri voluerint; et illi, quibus ipsi commiserint, habeant eandem potestatem, quam ipsi habuerunt. Si vero sint magna, retineant ea eorum determinationi et diffinitioni; et quae sunt magna vel modica, relinquantur diffinitioni arbitrorum ipsorum vel majoris partis corum, ratis manentibus et firmis omnibus supradictis.

Dantes praedictae partes eisdem arbitris et substituendis ab eis plenam et liberam potestatem arbitrandi, laudandi et cognoscendi, sententiandi et diffiniendi alte et basse, juris ordine servato, vel non servato, in scriptis, vel sine scriptis, diebus feriatis, vel non feriatis, partibus praesentibus, vel absentibus, nulla solennitate judicii praetermissa obstante.

Promittentes praedictae partes stare, parere et obedire laudo, arbitrio, sententiae, ordinationi et diffinitioni praedictorum arbitrorum ipsorum, vel majoris partis eorum, ratis manentibus et firmis omnibus supradictis, et non contravenire per se nec per alios ratione aliqua, ingenio sive fraude, sub poena mille marcharum argenti; ad quam solvendam compellatur pars contraveniens per bona ipsius, ubicunque melius apparentia; cujus medietas deveniat ad Legatum, qui pro tempore fuerit, convertenda in subsidium Terrae sanctae. Alia medietas alteri parti servanti arbitrium tribuatur. Qua poena soluta, vel non soluta, nihilominus, quae per eosdem arbitros denun-

tiata vel definita fuerint, in sua firmitate perpetuo perseverent.

Hanc autem pacem et concordiam et singula capitula in forma concordiae comprehensa, ut superius est expressum, praedicti domini Bajulus Venetorum et consiliarii pro parte Ducis et comunis Venetiarum pro se et successoribus eorum ex una parte, et praedictus dominus Joannes, dominus Tyri, pro se, heredibus et successoribus suis ex altera promiserunt, solenni stipulatione adhibita, sub obligatione bonorum suorum omnium, tenere firmiter et perpetuo inviolabiliter observare sub poena decem millium marcharum argenti; cujus medietas deveniat ad praedictos dominum Patriarcham et Magistros domorum expendenda pro subsidio Terrae sanctae, et alia medietas ad partem observantem praedictam; quae poena totiens comittatur et exigatur, quotiens ab aliqua partium contra praedicta ventum fuerit, vel quodlibet praedictorum. Qua soluta, vel non, omnia supradicta et singula in sua permaneant firmitate.

Et ad majorem cautelam quaelibet praedictarum partium, tactis sacrosanctis evangeliis, corporaliter juravit omnia et singula supradicta tenere firmiter et inviolabiliter observare, supponentes se eis in omnibus et singulis tenendis et observandis jurisdictioni ecclesiae, per quam volunt, ut possint compelli ad praedicta servanda, et excommunicari et interdici, si venerint contra praedicta, vel aliquod praedictorum; renunciantes expresse exceptioni fori, doli et in factum beneficio restitutionis in integrum, tam illi, quae minoribus, quam quae majoribus impertitur, nec non et omnibus aliis consuetudinibus, assisiis, privilegiis, literis Apostolicis impetratis, aut etiam impetrandis, et generaliter omni alii legum et decretorum auxilio, quo se juvare possent contra praedicta, vel aliquod praedictorum.

Licet autem in supradicta compositione in pluribus locis supradictus dominus Joannes de Monteforti appellatur dominus Tyri, secundum modum in partibus istis generaliter observa-

tum, tamen per praedictos arbitros extitit declaratum, quod praedicta nominatio sive appellatio neutri partium possit vel debeat aliquo modo vel ingenio, vel hic, vel alibi, aliquod praejudicium generare, nec jus addat, vel minuat inter partes.

Acta sunt haec in campis, in Territorio Acconensi, sub tentorio scilicet domus Templi, juxta casale ipsius, quod dicitur Somelaria Templi, praesentibus eis, qui intitulantur superius, et testibus hic notatis, videlicet: Fratribus Arnaldo de Castronovo, magno Praeceptore, Guidone de Foresta, Mareschalco, Guillielmo de Malassi Drapperio, Tibaldo Turcuplerio, Pontio Comandatore Aconensi, et aliis multis Fratribus domus Militiae Templi; Fratribus Raynaldo de Venero, Guillielmo de Labroso, Gerardo Lombardo, Antonio de Fontanea, et aliis pluribus Fratribus domus hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani; Fratribus Joanne de Saxonia Thesaurario, Alberto Hospitalerio super infirmis, Milone, socio Thesauri, Vellembergo, et aliis pluribus Fratribus domus Alemannorum; nobilibus viris dominis Guillielmo de Pinguigi, et Valiano Antelmi, et Guidone Heremitae, Militibus; discretis viris dominis Accursio de Aretio, Rizardo de Brundusio et Aldebrandino de Florentia, jurisperitis; dominis Petro de Gloria, Gotfrido Drapperio, et Thoma Grasso, et pluribus aliis burgensibus Acconens., testibus ad haec vocatis et rogatis, sub anno Domini MCCLXXII[1]), indictione V. Kal. Julii.

Et ego Bartholomaeus de Firmo, Imperiali auctoritate notarius publicus, et nunc notarius curiae praedicti domini Patriarchae Legati, praedictis interfui, et rogatus a praedictis partibus ea scripsi et publicavi, et consueto meo signo signavi, et confeci de praedictis partibus saepe dictis, instantibus et rogantibus decem publica instrumenta ejusdem tenoris, quorum quatuor sunt Venetorum, et tria praedicti domini Joannis, praedicti domini Tyri et Turoni, et unum praedicti domini Patriarchae

[1]) Potius LXXVII.

Legati, et aliud praedicti Magistri domus Militiae Templi; et reliquum est praedicti Magistri Hospitalis, et unumquodque praedictorum instrumentorum bullatum est bullis pendentibus plumbeis praedictorum domini Patriarchae et Magistrorum praedictarum domorum, et sigillis pendentibus partium praedictarum, ad cautelam et robur et testimonium praedictorum.

## CCCLXX.

**Judicum Venetorum in causis piraticis contra Graecos decisiones.**

A. d. 1278, mense Martio.

Ex autographo bibliothecae viri illustrissimi Em. Cicognae, equitis Veneti. Maiorem pergameni partem in usum nostrum descripsit Foucardus, archivi Veneti custos humanissimus. Pretiosissimum documentum ab initio male mulcatum est; idem in pluribus foliis sub finem detritum.

Cum hoc documento conferas aliud simillimum, scilicet Petita et querelas Imperatoris Graeci circa commercium nauticum Ducisque Veneti responsa, a. d. 1319. Edemus, si aderit facultas, volumine hujus Collectionis quarto.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen.

Hec infrascripta sunt provis*[iones]* . . . omnibus Venetis et subjectis et deditis protectioni et defensioni comunis Veneciarum, de dampnis et derobationibus et injuriis factis eisdem *[ab hominibus]* . . . Paleologi[1]) et sui Imperii, durante treugua et existente inter ipsum et comune Veneciarum, vise et approbate et late per nobiles viros, dominos Gi*[bertum Dandolum, Marinum Gr]*adonicum et Laurentium Segretum[2]), officiales et judices electos per illustrem dominum . . . Ducem[3]) suosque consiliarios et comune Veneciarum super videndis predictis dampnis *[et satisfactionibus]*[4]) diffiniendis, currente

[1]) I. e. Michaelis Palæologi Imp., qui regnavit a. D. 1261—1282.

[2]) Nomina horum judicum sub finem nostri diplomatis incorrupta leguntur, unde lacunam explevimus.

[3]) Sc. Jacobum Contarenum, electum a. D. 1275., coll. Andr. Danduli chron. (Moratori ss. rer. Itall. XII, 389).

[4]) Sic lacunam explevimus, suadente usu diplomatis creberrimo.

anno Domini a nativitate ipsius millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, indictione sexta, mense Martii. Qui quidem domini judices et officiales, visis petitionibus, juribus et testibus ab eis[1]), depredatis et injurias passis productis coram eis, et sacramentis etiam super his receptis, et habita super his omnibus diligenti deliberatione; et cum jus etiam velit et videatur conveniens, quod in casibus depredationum credi debeat spoliato et injuriam passo et adhiberi fides dicto suo, prius Christi nomine invocato, comuniter et concorditer dixerunt, pronuntiaverunt et sententiaverunt, secundum infrascriptum modum, prout juraverant, fideliter adimplere.

[A] I In primis siquidem dixerunt dicti domini judices, quod, cum hoc sit et repertum fuerit, quod quidam puer Johannes Venerii, qui alio nomine dicitur Pandefactus, habitator Acon[2]), fuerit derobatus et spoliatus in portu Braone per Prepignanum cum tribus galeis et una vacheta[3]) de LXIV utribus mellis, valentibus yperpera CXXX, et hoc fuisse tempore Bajulatus domini Marci Bembi, et fuisse vera et probata per sacramentum ipsius et dicti domini Marci Bembi recepti in testem super hoc facto; ac pronuntiaverunt et sententiaverunt, predictum puerum Pandefactum pro dicto dampno esse restituendum, et eidem debere restitui pro satisfactione ipsius dampni centum XXX yperpera juxta formam sue petitionis.

II Item cum hoc sit, quod Petrus Ruffus, Guilielmus Mafato, Johannes Degaus, Hemanuel de Judeo de Crete, Marchus Paulinus, Leon de Corone et socii eorum fuerint derobati de tantis bonis ipsorum, que valuerunt yperpera CCCXXV, in culfo inter

---

[1]) ab eis, sc. a iudicibus, ut mox coram eis. Scilicet visebantur petitiones, iura, testes; producebantur ipsi deprædati; recipiebantur sacramenta.

[2]) I. e. *Acconis* a. *Ptolemaidis* Palæatinensis, paulo post cum tota terra sancta Christianis ereptæ.

[3]) Scriptio vocis in codice est dubia. Significatur minus navigium (bacheta, vacheta cett.). Vide Du Cangium s. v. barca. Adde Nos ad nr. XIII hujus capitis, ubi de simili forma barcheta agetur.

Scopulum et Scati de Salonico[1]) sub Bajulatu dicti domini Marci Bembi per Nicholaum, nepotem Johannis Zenzarason, et hec fuerint probata et affirmata per sacramenta omnium predictorum; dixerunt predicti judices idcirco et sententiaverunt, predictis omnibus in comuni debere restitui CCCXXV yperpera pro emendatione dicti dampni.

Item cum repertum fuerit, Johannem Encium de confinio sancti Moysi[2]) fuisse derobatum et spoliatum per Bulgarinum, habitatorem Rode[3]), in loco dicto Cambiamantello prope Caristi[4]), de multis suis rebus et bonis; item et in alia parte eundem fuisse robatum de multis suis rebus et bonis, que recuperaverat de quodam naufragio, per homines de Chio; item in alia parte ipsum fuisse robatum de multis aliis suis rebus in loco vocato Eximigla[5]) per Nichetam Leonem, habitatorem Anie[6]), et Gregorium Aura ejus socium, comites unius ligni

[1]) Dici decebat io *culfo de Salonico* inter *Scopulum* (Scopelum) et *Scati* (Sciathom); quanqoam utraqoe insula oon est sita in ipso sinu Saloniceosi, sed ei solummodo prætenditur (Thessalonica, Prolegg. pag. C sq.), cum sit proxima litori Magneaiæ Thessalicæ. Ergo *de Salonico* quibusdam idem esse videbitor, quod venientem de *Salonico*. Ita culfus fretum significabit ioter Scopelum et Sciathom; quo etiam oune pro latibulo piratas uti constat, coll. Pouquevillio in Voyage de la Grèce, éd. II, T. III, p. 408. De utraque insola vide quoque Bondelmootii librum Inaularum Archipelagi pag. 130 ibiqoe Sinnerum pag. 251.

[2]) S. Mosia ecclesiam Venetam omnes norunt. Jam formula de confioio, satis trita in hoc diplomate, oihil aliud significabit quam ecclesiasticum parochiam, coi vir quidam in ipsa Vcoetiarum urbe assignalus erat. Cfr. diploma a. 1222. or. CCLXIII. tom. II, p. 234.

[3]) *Rode* (Rodæ), alibi in nostro libello *Rothe* cett., i. e. *Rhodi* insulæ.

[4]) *Caristi*, i. e. *Carystum*, Euboeæ meridionalis urbem notissimam. Et locus *Camb.*, paulo post plus aemel memoratus, est promuntorium Carysto e meridie proximum, ac. *Cap Mantel*, *Mantelo* cett., coll. Tabula Lapiei Turcica, fol. XI.

[5]) An *Examigla* (Hexamilio)? Est Hexamiliom Chersonesi Thracicæ urbs satis nota, de qua v. Nos ad Diploma de Partitiooe Regni Græci (pag. 467 primi volumiois). Adde nr. XIX hujus capitis. *Eximilia* in golfo Corinthiaco io mappa Andreæ Benincasæ (Lelewel géogr. du moyco âge, Atlas) hucce quidem non pertinet.

[6]) I. e. *Anæa*, in hoc diplomate multoties memoratæ, ubi sedes piratarum Græcorum. Fuit Anæa Cariæ urbs maritima, minime obscura, Samo insulæ

armati in Ania; et hec omnia fuisse tempore Bajulatus domini Marei Bembi, et legitime approbata et firmata fuisse per sacramentum ipsius Johannis et testes productos super hec, scilicet dictum dominum Marcum Bembum, Bajulum Nigropontis olim, et dominos Andream Barocium et Nicholaum Migiani, que *[qui?]* predictis fidem omnimodo prebuerunt; idcirco dixerunt dicti judices, pro satisfactione istorum trium dampnorum dicto Johanni debere restitui CXXX yperpera.

IV Item cum repertum fuerit, Antonium Amici, fidelem Venetum, fuisse captum et derobatum cum una sua condura[1]) per homines de Rode, et detentum fuisse diu in carceribus, et eo dimisso de carceribus et restitutis eidem multis suis rebus et bonis, fuisse sibi tantum retentum de suis bonis, quod valuerit XXVII yperpera; et hoc tempore Baiulatus de Nigroponte dicti domini Marci Bembi; et hec fuisse probata et ostensa per sacramentum et testimonium Raphaelis Detho, civis Veneti, ejus Antonii naucleri; idcirco dicti judices dixere, pro dicto dampno eidem Antonio debere restitui XXVII yperpera.

V Item cum hoc sit, cum domina Bona, relicta Sergii de Andre[2]), quondam fratris Mathei de Andre, Veneta, veniret Nigropontem per culfum Nigropontis prope locum de Caualinis in quodam ligno Bartholomei Benedicti, die XI exeunte mense Jan. currente MCCLXXIII, Johannes de Capite, homo domini Imperatoris, et comitus[3]) cujusdam ligni siue[4]) galiote, que

opposita, coll. Wesselingio ad Hieroclem (Const. Porphyrogeniti opp. ed. Bonn. T. III, p. 439 sq.). Anæam memorat etiam Pactum Venceto-Græcum anni 1265 (p. 71 hujus voluminis).

[1]) Vox condura, nec apud DuCangium, nec alibi inventa, idem erit, quod minus quoddam navigium.

[2]) *Andre*, i. e. Andro insula satis nota infra Euboeam (Negropontem) e meridie. Locus de Cavallinis recurrit infra nr. VI. Est insula *Gavaliani* Euboeæ austr. versus occidentem, in confinio litoris Attici.

[3]) Comitus, i. e. comes, comito Italorum, inspector, ut videtur, navigii, coll. DuCangio et Boerio dizion. del dial. Venez. s. v. Còmito: „ufiziale che comanda alla ciurma delle galee". Plus semel occurrit in hoc diplomate.

armata erant de hominibus domini Imperatoris, cepit eam et alios, qui cum ipsa erant, et tenuit ipsam detentam et incarceratam, et abstulit eidem domine Bone pro sua redemptione yperpera quadraginta, et aliter de manibus eius Johannis exire non potuit; insuper etiam et in alia parte abstulit eidem domine Bone ipse Johannes in pannis et aliis arnesiis[1]), quod ualuit yperpera LXXXX et ultra; quod totum cum inventum, manifestum et probatum legitime fuerit per sacramentum eiusdem domine et per Bartholomeum Benedicti et Jacobum Capellum, habitatores Candide[2]), testes introductos pro huius negocio coram Bajulo et consiliariis Nigropontis, qui iurauerunt, predicta omnia vera esse . . . . . .; idcirco dicti iudices dixere, pro emendatione dicti dampni eidem domine debere restitui CCCCLXXXX yperpera, secundum quod per eam extiterat postulatum.

VI Item cum repertum fuerit, Zacarotum Faxolum de Clugia extitisse derobatum per Michaelem Pelliparium in culfo de Nigroponte prope de Caualinis et socios eiusdem domini de denariis et eorum rebus et bonis simul in dicto loco et per dictum Michaelem; et hec tempore Bajulatus domini Marci Bembo *[[fuisse; quia omnia per sacramentum ipsorum uera esse probata fuere]*, idcirco dicti iudices dixere, domino Zacarotho pro suo dampno debere restitui yperpera LXXII, et dictis sociis ejus yperpera X pro emendatione suorum dampnorum.

VII Item cum repererint dicti iudices, Petrum Gradonicum Venetum fuisse captum in portu de Nigroponti[3]) . . . . . .

---

[1]) sive, usu medii ævi, idem quod et. Distinguitur enim inter lignum et galiotam (navem bellicam), coll. sequ. erant. Ita in sequentibus galiota κατ' ἐξοχήν pluraliter memorata videbitur, pro ligno et galiota, sive galiota eum suis hominibus.

[1]) De v. arnesium v. DuCangium. Nostro loco et alibi in hoc diplomate vix aliud erit quam vestis domestica. Paulo inferius habemus voeem arnesia, feminine.

[2]) I. e. *Candidæ* s. *Caneæ*, metropolis Cretensis, usu medii ævi valde trito.

[3]) *Portus* Nigropontis ipsam Euboeæ metropolin Nigropontem significat, i. e. Chaleidem, non insulam. Alibi *culfus* (sinus) Nigropontis memo-

. . . . . et eidem fuisse acceptum inter id, quod solvit pro redemptione sua, et mercationes et alias suas res tantum, quod valuit yperpera C et ultra, ut proprio sacramento firmavit . . . . . .; idcirco dixere, pro suo dampno eidem debere restitui yperpera C.

VIII Item cum invenerint, Johannem Firmum Venetum fuisse derobatum per Prepignanum in portu *[de Ni]g[roponte]* . . . . . quod ualuit yperpera XL et ultra, et hec suo sacramento firmasse, cum satis manifestum et notorium fuerit ipsis judicibus; idcirco dixere, eidem Johanni debere restitui pro suo dampno yperpera XL.

IX Item cum invenerint etiam, Jacobum Beccarium, burgensem Nigropontis, fuisse robatum de una sua barca cum frumento et rebus quibusdam per Ansaldum cursarium in loco, qui dicitur Lotalandi[1]), tempore Bajulatus domini Nicholai Miliani, et hoc suo sacramento firmasse, cum satis patuerit dictis judicibus; idcirco ipsi dixere, eidem Jacobo debere restitui pro suo dampno yperpera XX.

X Item cum manifestum etiam fuerit dictis judicibus, Petrum Ferrum, burgensem Nigropontis, fuisse robatum tempore dicti Bajulatus domini Marci Bembi in aquis Accon per Andream Malvasium, comitem unius galee armate in Malvasiam, et per Mamoram, ejus socium, de tantis rebus suis, que valuerint yperpera L, prout proprio sacramento firmavit; idcirco ipsi dixere, eidem *[Petro]* debere restitui pro suo dampno yperpera L.

XI Item Johanni Bello, burgensi Nigropontis, derobato per dictum Andream Malvasium tempore predicto et loco vocato

---

ratur, ubi sermo de insula. Adde sequentia (nr. VIII) et cap. B (nr. VIII).

[1]) *Lotalandi*, i. e. *lo Talandi*. Ease quibusdam videbitur locus Talandi litoris Euboeæ borealis, coll. Tabula Lapiei Turcica, fol. XI. Ex adverso vero jacet urbs hodierna Locrorum Opuntiorum Talanda, item maritima, satis nota. De posteriore urbe videatur Pouquevillius l. c. T. IV, p. 120 sqq.

Enmigla[1]), in aquis Accon, de multis suis rebus; dixere, debere restitui pro suo dampno sacramento firmato yperpera XXV.

Item Marino Cagalo, burgensi Veneto, derobato in culfo xii
de Nigroponte sub regimine domini Nicholai Miglani[2]), juranti, sic esse, dixere dicti judices, debere restitui pro suo dampno yperpera X.

Item cum repererint dicti judices, Petrum Benedictum, xiii
burgensem Nigropontis, fuisse derobatum per Duces de Taxo[3]) apud Taxum de multis suis rebus; et in alia parte, in loco, dicto Colone[4]), insimul cum Lucha Pantani per Andream Gaforum de tanto, quod valuerit yperpera IX.; item etiam in alia parte, apud Armiro[5]), per Johannem Zenzarason cum una galiota et una barcheta[6]) de tanto, quod valuerit yperpera LXXX; et hec omnia suo sacramento firmasse, cum hec vera et manifesta eis fuerint; idcirco dixere dicti judices, eidem Petro pro tribus dictis dampnis debere restitui yperpera LXXXXVIII.

Item cum repererint dicti judices, Marinum Raguseum, xiv
burgensem Nigropontis, fuisse derobatum Allorepos (sic) per Rolandum, militem de Salonichi, de una sua barcha et rebus,

---

Hadschi Chalfa in Rumelia et Bosnia p. 109. Eligenda urbs posterior, sc. potior, cum insula cognomine, coll. nr. XX hujus capitis.

[1]) Paulo superius habuimus locum *Hexamilium* satis notum; unde ibi pares de situ ejus. Noster locus *Enmigla* Palæstinensi oræ, aquis Accon, assignandus est, situ licet obscuro.

[2]) Nomen viri varie scribitur, coll. antecedentibus et sequentibus (IX. XIV. XVI).

[3]) I. e. Thaso insula. *Taxus* diei solet medio ævo, coll. Bondelmontio l. c. p. 127. 248. Isti Duces fuisse videntur Græci Imperii homines. Regnum Latinorum Thessalonicense spectat annos 1204—1261.

[4]) Quid sit locus *Colone*, ambiguum esse videmus. Erit Atticæ terræ promuntorium *Colonnes* (columnarum), Sunium. De quo vide Meletium in Geogr. ed. II, T. 2, p. 355. Attigimus hoc nomen in Partitione Regni Græci (pag. 469 primi voluminis). Habet eo ipso loco *Colone* mappa A. Beninceasæ l. l.

[5]) I. e. *Armirum*, *Armyrum*, *Halmyrum*, in sinu Thessaliæ Pagasetico (Volo). Vide Nos in Partitione Regni Græci (p. 501 primi voluminis).

[6]) barcheda (barcheta) esse videtur minor barca, navis oneraria, „*legno da commercio*“ (Venezia e le sue Lagune I, 2, 195).

que valuere yperpera LXXV.; item et in alia parte per Zafones[1]), qui sunt in insula[2]), in loco, qui dicitur Clausura, de tanto, quod valuit yperpera VII et dimidium; et hec omnia fuisse sub regimine domini Nicholai Miliani, que omnia suo saeramento firmaverat; eum hec omnia manifesta fuerint ipsis judicibus, ideireo ipsi dixere, dictum Marinum pro dictis duobus dampnis esse restituendum in yperperis LXXXII et dimidium.

XV Item Ognebene Zuppario, burgensi Nigropontis, derobato in bareha Martinelli, filii G..iani, patroni ipsius, per Raymondinum, filium Salemi, sub Bajulatu domini Marei Bembi, de quibusdam suis rebus, affirmanti suo saeramento, sie esse, dixere ipsi judices debere restitui pro emendatione sui dampni yperpera X.

XVI Item eum dicti judices repererint, Domiuicum Venerium, burgensem Nigropontis, fuisse derobatum a Lepantalee[3]) per homines domini Imperatoris prope pontam Bradi tempore domini Nicholai Miglani de tanto, quod valuerint yperpera XXX; et etiam in alia parte in eulfo de Nigroponte de tanto, quod valuerit yperpera V; item et in alia parte per homines de Salouichi in loco, dicto Limonopelao[4]), de quadam sua bareha eum rebus, que valuere yperpera LXXV; et hec omnia vera et manifesta fore et suo saeramento firmasse, et hec ultima fuisse tempore Andree Danduli, ideireo ipsi dixere, eidem Dominico debere . . .

XVII Item Philippo, habitatori Nigropontis, derobato per homines de . . . . . saeramento firmaverat, dixere dicti judices, debere restitui pro mendo dicta yperpera LXXXII.

---

[1]) Qui fuere apud Venetos idem, quod sagittarii atque apparitores, coll. DuCang. s. v.

[2]) *Euboea*, ut videtur.

[3]) I. e. *alle Pantalee*. Cfr. supra p. 53. Ponta Bradi promuntorium ibi loci erit quærendum.

[4]) An *Limnopelago*, ut Græce dicitur λιμνοθάλασσα? Erit insula maris Aegæi, Scyro e borea, veterum Solimnia, alias *Limene*, *Limene pelagisi*. Cfr. Lelewel l. l. in append. p. 11.

Item Natali Corario Veneto cum ablata fuissent V yper- XVIII
pera et dimidium de nave . . . . . exercitu Imperatoris, dixere dicti judices, hoc affirmato per sacramentum, debere restitui dicta yperpera V et dimidium.

Item cum invenerint dicti judices, Antonium Pelegrinum XIX
Venetum, euntem cum una p . . . carii, burgensis Nigropontis, fuisse derobatum per quendam Barnabam, hominem domini Imperatoris, sub Bailatu domini Marci Bembo de tanto, quod valuerit yperpera VII; item et in alia parte de tanto, quod valuerit yperpera XIIII, per Nichetam de Rode, hominem domini Imperatoris, in loco, qui dicitur Eximigla [1]), de ligno Johannis Henci sancti Moysi, in quo erat Johannes de Variniis de confinio sancte Marie nove; et hec dicto tempore fuisse, et affirmata et probata fuisse per sacramentum predictorum; idcirco dixere dicti domini, dicto Antonio debere restitui pro dictis dampnis yperpera XXI.

Item Johanni de Faxanella, burgensi Nigropontis, dero- XX
bato per Johannem Lombardum de ponta Litaldi [2]) prope Talandum in culfo de Nigroponte cum una vacheta, et de Lefitalee (sic) cum una vacheta, de tanto, quod valuit yperpera V, et affirmanti hoc suo juramento; dixere ipsi judices, eidem Johanni pro dicto dampno debere restitui yperpera V.

Item Jacobo Beccario, burgensi Nigropontis, derobato in XXI
culfo de Nigroponte per Ansaldum, hominem domini Imperatoris, de tanto, quod valuit yperpera X, ut juramento firmaverat, dixere, eidem debere restitui dicta X yperpera.

Item Homodeo Raynerii de Negroponte, Johanni Aurio XXII
et Angelo Panthere, fratri dicti Homodei, derobatis per Johannem Zenzaraxonem et Nicholaum, filium Salemi, homines domini

---

[1]) Vide supra p. 161.

[2]) *Litaldi* ms. Locus *Lithadi* in Euboea boreali occurrit ex adverso urbis Talanda, de qua supra actum est. Cfr. etiam p. 53. Quod sequitur de *Lefitalee*, revocat ad *Lefitelleo* Benincasæ, hodie *Ftelio*. Leake l. l. IV, 341.

Imperatoris, venientibus de Larmiro[1]) cum una barcha de tanto, quod valuerit yperpera LXIII, que omnia eorum sacramento firmaverant; dixere dicti judices, debere restitui dominis predictis tribus pro emendatione sui dampni yperpera LXIII.

XXIII Item Georgio Draeondopolo, habitatori et burgensi Corfuni[2]), Veneto, derobato per Andriolum Januensem, hominem domini Imperatoris, de quibusdam rebus et denariis et parte unius sui barche, quam mittebat in Apuliam ad earigandum[3]) de loco, vocato ad Sivotam[4]), et usque ad Notulum conducendo, que fecerat valere yperpera XXII, affirmanti suo sacramento, hec vera fuisse, currente MCCLXXII, mense Jan. die VII exeunte; dixere dicti judices, debere restitui dicto Georgio pro emendatione sui dampni yperpera XXII.

XXIV Item cum hoc sit, quod, cum Adelelinus de Lacu esset in Salonichi mercator, et venisset in dictam terram quidam cursarius, nomine Joannes Sensaraxon, domini Imperatoris, et diceret coram domino de Saloniehi, quod quidam, qui custodiebat culfum, Bartholomeus Siletus nomine, dampnificaverat eum, et acceperat sibi quandam quantitatem yperperorum, et quod volebat, quod fieret sibi solutio per homines Venetos, accessit ad domum dicti Adelelini, et interfecit puerum suum et accepit omnes suas arnesias, et ipse Adelelinus arripuit fugam cum yperperis CXXXV, et ipse Joannes insecutus eum derobavit eum, et accepit sibi dicta yperpera; quod totum notum fuit et scitum per homines de Stalimene[5]), quod ceperunt eum Joannem et socios, et duxerunt cum una barcha coram

---

[1]) I. e. *l'Armiro*, sc. Armyro, Halmyro.

[2]) *Corcyræ.*

[3]) I. e. caricandum.

[4]) *Sybota*, litoris Epirotici locus et insula satis nota, ex adverso Corcyræ. Videatur Leake, travels in northern Greece III, pag. 3.

[5]) I. e. de Lemno. *Stalimene* est εἰς τὴν Λῆμνον, cujus corruptelæ alia exempla trita esse constat. De hac insula v. Bondelmontium l. c. p. 125. 246. Nostra forma sæpius in hoc diplomate recurrit.

domino Imperatore et Bajulo Venecciarum, coram quibus querebat ipse Adelelinus satisfactionem de dictis yperperis; qui confitebantur, sic esse vera, ut ipse Adelelinus dicebat; et capti et detenti fuere dicta occasione, et postmodum dimissi per dominum Imperatorem, nulla facta satisfactione dicto Adelelino. Et hec fuere tempore domini Thomasini Beligni, Bajuli Constantinopolis. Et cum hec videantur esse nequissima, talia facta fuisse in civitatibus, et ubi potentia domini Imperatoris tota est; et ductis malefactoribus coram ipso, [*n*]ullam fuisse factam racionem, nec satisfactionem, et manifesta fuerint et affirmata dictis judicibus sacramento domini Adelelini; ideirco ipsi judices dixere, debere restitui dicto Adelelino pro emendatione dicti dampni yperpera CXXXV.

Item cum repererint, Thomam Maurum fuisse derobatum xxv
eum una sua marcelliana in portu Septem Pozaĩ[1]) per Saladinum et Suffianum, homines domini Imperatoris, cum V lignis et cum his, qui cum eo erant, *[de]* multis suis rebus et bonis et maxime valentibus yperpera XX; et hec fuisse — forte sunt V anni vel VI — jurantes predicta vera esse; ideireo dixere dicti judices, eidem Thomæ debere restitui pro suo dampno yperpera XX.

Item cum invenerint dicti judices, Leonardum Bonum, xxvi
cum foret ad Septem Pozos cum uno ligno caricato de furmento[2]) et aliis rebus, caussa eundi ad castrum Coronis, fuisse inventum et derobatum per predictos Suffianum et Saladinum cum galiotis V de multis suis rebus et bonis; item et in alia parte de multis suis rebus per Ansaldum ad Pantalenea[3]);

---

[1]) *Septem Pozal* ms. Paulo inferius occurrit *Septem Pozos* (Septem puteos). Loci situs incognitus. Andr. Dandulus chron. p. 371 (ad annum 1262) Septem potios memorat, prope Malvssiam, ut videtur. — Marcellisns, „navviglio mercantile" (Mutinelli l. l. p. 242).

[2]) furmentum hic ut alibi habet ms. pro frum.

[3]) Locus dubiæ scriptionis paulo inferius plus semel recurrit. Cfr. p. 166.

item et in alia parte de multis aliis suis rebus et victualibus per Andream Gaforum; et hec fuisse examinata coram domino Duce et affirmata juramento ipsius Leonardi, notaria et manifesta dictis judicibus; ideireo dixere, eidem debere restitui pro dictis tribus dampnis yperpera CLXXII.

XXVII Item Joanni Bello de sancto Angelo, derobato in quodam ligno ipsius et Joannis Ilencii et Marcii de Anselmo in culfo Corranti[1]) de multis suis rebus et bonis per Nichetam de Rode, hominem domini Imperatoris, qui erat cum una galiota de LXXII remis, et per Albanum, qui iverat ad Ania cum una vacheta de remis XX, et etiam capto personaliter per predictos; et hec fuisse sub Bajulatu domini Marci Bembo, et examinata et probata fuisse coram domino Duce et notaria satis ipsis; dixere dicti judices, eidem Johanni Bello pro suo dampno debere restitui yperpera L.

XXVIII Item cum hoc sit, quod, cum quidam fidelis Venetus, discretus vir, nomine Thoma, Archidiaconus Mothoni, transiret per partes Cristiane[2]) una cum domino Episcopo Mothonensi et multis aliis, inventus fuit per quendam egregium virum, Savastograforam[3]) nomine, et gentem, qui habebat exercitum, uidelicet domini Imperatoris, dum vellet ire Clarentiam[4]), et captus per ipsos una cum Episcopo et his, qui secum fuerant; et cum duceretur ab ipsis, dicens, se esse Venetum, pro sui defensione et adiutorio, fuit ab ipsis, dicto verbo illo, quod erat Venetus, nequiter interfectus; quod non est modicum scelus et iniuria

---

[1]) l. e. *Corinthi.*

[2]) Significatur *Christiana* insula, prope oram Cretæ meridionalem. Videatur Tabula Lapiei Turcica fol. XV. Adde Meletii geographiam ed. II, T. 3, p. 35.

[3]) l. e. *Sebastoeratorem*, quæ est viri Græci dignitas s. titulus aulicus. Venetis hoc pro ipso hominis nomine proprio et gentilitio valuisse videmus, quod tamen nos latet.

[4]) *Clarentiam*, urbem Moreæ cum promuntorio satis notam, coll. Tabula Franco-Gallorum Moreotica, fol. I. Adde Pouquevillium l. c. T. 5, p. 364 sq. Urbis nomen sæpius in hoc diplomate recurrit.

minima comuni Veneciarum, set maxima iniquitas, scelus nefandissimum et horribile facinus, sic homines Venetos interfici nequiter sub spe pacis et treugue, cum fore cogitent se securos; et ultra id derobatus et spoliatus multis suis rebus, denariis et equis, de quibus omnibus veritas et notio plena facta fuit domino Duci et comuni Veneciarum per dominos Marchum Bembum, Matheum Geno et Leonardum Michaelis, capellanos Coroni, et per litteras eorundem et per puerum eiusdem Archidiaconi, qui captus fuerat cum eis, filium Petri Garimelli, productum in testem pro hoc facto, per Nicholaum Singnolum, fratrem ipsius Archidiaconi olim, qui predicta omnia vera esse ipsorum sacramento firmarunt; que quidem accepta ipsi Archidiacono mortuo valuerant ultra yperpera CCCCL; que omnia quesita etiam fuerant a dicto domino pro Theoratoni (?), qui tunc erat capitaneus pro domino Imperatore in Morea, per discretum virum Phylippum Raynaldi, tunc Cancellarium dictorum castellanorum, missum cum litteris ipsorum ob predicta, ut ipsorum litteris extitit satis notum, quas litteras et raciones et nuncium contempsit in totum: idcirco, cum predicta omnia dictis iudicibus plenissime manifesta et probata fuerint, dixere ipsi domini iudices, eidem domino Nichole, fratri olim dicti Archidiaconi, debere restitui pro dicto dampno derobationis yperpera CCCCL.

Item cum hoc sit, quod, cum nobilis vir Petrus Navaglerius Venetus veniret a Mare Maiori [1]) cum una sua tareta, ubi fecerat caricum de frumento, versus Constantinopolim, cum esset per medium Largiro (?), quoddam lignum armatum venerit ad eum et dictam taretam, et detinuerit ipsum; et postmodum dominus Imperator fecerit detinere dictam taretam [2]) cum fru- XXIX

[1]) Mare Majus hoc loco et alibi in hoc diplomate est Pontus Euxinus, unde frumentum hodiedum in usum hominum meridionalium etc. evehitur.

[2]) Est tarela, tarida cett. navis onerariæ species, coll. DuCangio a. vv. tarida, tarides, tareta. Vox in scriptoribus medii ævi et in hoc diplomate satis trita. Venezia e le sue Lagune I, 2, 194.

mento, et ducere ad Blachernam, et accipi ipsi Petro contra ipsius voluntatem dictum frumentum et specialiter modium et quartam ad yperperum, eum curreret per terram modius unus minus quarta ad yperperum, quod frumentum fuit . . . . . magna; et eum dampnificaverit ipsum dictus dominus Imperator de ipso frumento in mensura et in minoritate, praeterquam quod curreret per terram . . . yperpera CCCC; et cum detinuerit dictam taretam et marinarios bene per duos . . . ita, quod marinarii sui compleverunt; et dampnificatus ex hoc fuerit dictus Petrus bene in CC yperpera et ultra, non valentibus nec proficientibus precibus domini Marchi Bembo, Baiuli tunc Constantinopolis, et etiam domini Andree Danduli, Baiuli, et aliorum mercatorum, quin predicta iniuria et dampnum fierent domino Petro; et cum hec omnia nota fuerint et manifesta et probata coram dictis iudicibus per sacramenta comissionis habentis pro dicto Petro tunc productorum super hoc, visa et scita veritate per ipsos iudices; idcirco dixere ipsi iudices, eidem Petro deberc restitui pro emendatione dampni dicti frumenti yperpera CCCC, et pro dampno tarete et marinariorum yperpera C.

XXX Item cum dictus dominus Petrus Navaglerius alia vice fuerit derobatus per homines Sami, qui sunt homines Imperatoris, apud Samum, de tanto, quod valuerit yperpera CLXXX, et super hoc ipsi homines de Samo receperint literas a domino Imperatore, ut satisfacerent, nec satisfecerint; et hec omnia probata fuerint et examinata Venetiis coram domino Duce, et veritas plene nota; idcirco dicti judices, eum predicta omnia ipsis vera et manifesta fuerint comprobata, dixerc, eidem domino Petro debere restitui pro emendatione dicti dampni yperpera CLXXX.

XXXI Item cum repererint dicti judices, Andream Orium Venetum de confinio sancti Vitali, euntem Neapolin in portu Desidera (sic), ad quem applicuerit, fuisse derobatum per Lagni (?),

comitum unius ligni domini Imperatoris, de tanto, quod valuerit yperpera LXXV; et ea yperpera habuisse Charleum Ifigorum, stantem ad castrum de Lonusistra, juratum, predicta omnia vera esse; idcirco cognita veritate dixere, dicto Andree debere restitui pro dicto damno yperpera LXXV vel heredi ejus.

Item Johanni Pandeferro et Johanni Firmo, derobatis per homines domini Imperatoris de tanto, quod valuit yperpera C, ut sacramento eorum firmarunt; dixere dicti judices, debere restitui pro eorum dampno comuniter ipsis duobus yperpera C. XXXII

Item Matheo Signolo, burgensi de Nigroponte, derobato in portu de Fermeniis per homines domini Imperatoris de una platina macinis[1]) honerata, que conducta fuerat Ceam[2]) et de Andre ad Salonichi, et ibi rupta, et macine vendite fuerant, et hec de quodam mense Novembris fuerant, juranti, hec omnia vera esse; dixere dicti judices, cognita veritate, eidem Matheo debere restitui pro suo dampno yperpera CLXXV. XXXIII

Item Antonio de Amizo[3]), derobato et capto in mari a Criviciota, homine domini Imperatoris, de multis suis mercationibus et arnesiis et ligni devastatione, quod miserat in Turchia, honerato lignamine[4]); scita de hoc et cognita veritate, dixere dicti judices dicto Antonio debere restitui pro suo dampno yperpera CCCLXX. XXXIV

[Prorsus lacerata. Sed conspicitur in media linea prima: mercandi causa. Et ad finem ejusdem lineæ: XXV dicentem.] XXXV

Item cum invenirent dicti judices, Francischum Schifatum Venetum (magna lacuna), Meneghellum et Portolanum, XXXVI

---

[1]) *Fermenia* s. Thermia, veterum Kythnos, sub Ceo insula. — Estne platina species navigii latioris? coll. piatta, pisttone, Venezia e le sue Lagune I. 2, 209. 211. — Et macina est lapis molaris.

[2]) *Ceum* insulam, ut aliis locis hujus diplomatis et alibi.

[3]) De eo vide num. IV hujus capitis.

[4]) Ligni, i. e. navigii; lignamen i. q. materies, trabes. Turchis nil est nisi Asia minor, quam Turcæ jam tum, exceptis litoribus, fere totam tenebant.

homines domini Imperatoris, quorum erat capitaneus Savasto Phylacre in portu, vocato Preanomo, de tantis moltolinis et caseo et aliis (magna lacuna) Baiuli Nigropontis; et vera et manifesta et probata per dictum Francischum et Vigelmum de Niola, Donatum Lambertum et dompnum Premafeum, presbyterum sancti Moysi, testes (magna lacuna) debere restitui eidem Francischo pro suo dampno yperpera CCCXV.

XXXVII Item cum invenerint etiam dicti judices, Rafaelem Traianautem, existente treugua tempore domini Andree *[Danduli]* Nigropontis, tunc de quodam mense Octubris die X exeunte fuisse captum et derobatum per Calogianum[1]), Ducam de la Patra, tunc capitaneum pro domino Imperatore, et comestabiles lignorum exercitus Imperatoris, qui simul erant, de tanto, quod valuerit yperpera CCCCC in mercationibus solum; item et in alia parte fuisse comerclatum[2]) de XVII yperperis a Lupatho[3]) per comerclarios, quod non debebat fieri Venetis; item et in alia parte fuisse derobatum de tanto, quod valuerit yperpera XXXII, per Despotum, fratrem domini Imperatoris, cum veniret a Constantinopoli versus Duracium[4]), et captum et detentum in carceribus per IV menses cum uno equo computato, quem acceperat sibi; et hec omnia examinata, vera, manifesta et probata fuisse per dictum ipsum Raphaelem et dictum dominum Andree Danduli, Baiuli, Marini de Mugla[5]), consiliarii ejus,

---

[1]) I. e. *Caloioannem*, Prætorem (Ducem) veterum Patrarum Peloponnesi et Præfectum classis Imperatoriæ, cum subprætoribus cett.

[2]) comerclatum a. commercioatum, i. e. defraudatum per comerclarios (commercioarios Imperatorios), i. e. vectigalium exactores. Illo sensu passiva forma comerclari in hoc diplomate plus semel occurrit.

[3]) In voce *Lupatho* locus latere videtur, ubi Venetus defraudatus fuit. An fuit *Lapathus* (Lapad) diplomatis, quod agit de Partitione Regni Græci? Cfr. I, p. 470. Fuit certe insula vel urbs quædam litoralis. An *a lo Patmo*?

[4]) I. e. *Dyrrhachium*.

[5]) I. e. *Muggia* prope Venetias.

et ser[1]) Marini Danduli et Stephani Boni et Leonardi Zancane, testium introductorum pro ipso, jurantium, predicta omnia vera esse; ideirco dixere ipsi judices, eidem Raphaeli pro dictis dampnis restituenda fore yperpera DXLIX.

Item cum repereriut dicti judices, Jordanem Pelliparium, XXXVIII cum irent[2]) in quadragesima nuper preterita — fuit unus annus — de Patras ad Lepantum ad mercatum, fuisse derobatum, cum esset longe forte a Patras per duo milliaria, per XIII homines domini Imperatoris, qui ibi erant cum armis, archis[3]) et sagittis, de tanto de suo in mercationibus, quod valuerit yperpera LXXV, et etiam pannis et vestibus propriis denudatum, et demum portatum in carceribus, et detentum in magnis traversagiis[4]) in castro vocato Licolourato[5]), et custoditum per Georgium Calocuriti et Loscuro, qui tunc erant ibi pro domino Imperatore; et hec fuisse examinata Veneciis, et vera inventa; ideirco dixere, eidem Jordani pro suo dampno debere restitui yperpera LXXV.

Item cum Petrus Scortegacane, eundo penes Scopulum XXXIX cum suis rebus et mercadendiis, fuerit derobatus per Locumanum, qui erat in Scopulo[6]) predicto pro domino Imperatore, et homines, qui cum eo erant, domini Imperatoris, de tanto, quod valuerit yperpera C, et examinata coram domino Duce Venetiarum, manifesta et vera fuisse constiterit dictis dominis;

---

[1]) I. e. sir, messire cett., quocum comparandum κῦρ Græcorum.

[2]) Sic ms., ut alibi. Significat talis pluralis virum aliquem cum comitatu. Alibi est nil nisi numerus excellentiæ, quod eodem fere redit. Et *Lepantum* est pro *Naupactum* ævi antiqui.

[3]) I. e. arcubus. Simile comitus pro comes cett.

[4]) Idemne quod traversariis, i. e. trabibus, quibus incarceratorum pedes constringebantur? Aliis idem erit, quod vexationibus (Drangsalen), quod probabile ex adjecta voce magnis.

[5]) I. e. *li Colourato*. Est articulus medii ævi creberrimus, nominibus locorum propriis præpositus.

[6]) Eratne tum temporis Scopelus insula denuo in Græci Imperatoris potestate?

ideireo ipsi domini judices dixere, debere dicto Petro restitui pro suo dampno yperpera C.

XL Item cum notum fuerit dictis judicibus, Laurentium Ghetum, civem Venetum, volentem ire Clarentiam — jam sunt duo anni transacti et dimidium — cum una galea, que erat Thomasii de Brancaleon de Accon, qui erat burgensis[1]), derobatum fuisse per tres galeas domini Imperatoris, quarum fuerant capitanei Petrus de Cea et Scopeletus et Alemannus, de tanto, quod valuerit yperpera CC; et hec fuisse tempore domini Marini Justiniani, Baiuli Constantinopolitani; et postmodum captum et in carceribus detentum fuisse per dies XIV et totidem noctes ad Blachernam; et hec examinata Venetiis coram domino Duce, vera et probata fuisse; ideireo dixere ipsi judices, eidem Laurentio vel heredibus ejus et comissariis habentibus jus in hec debere restitui pro emendatione dicti dampni yperpera CC.

XLI Item dixere dicti judices, Jacobo Marcello, derobato in portu Vituli de tanto sale, quod constiterit yperpera XXXVI, per Johannem Favatam de Vitulo, de quibus erant XXIV dictorum yperperorum Francisci Sesenuuli Veneti; cognita veritate per dictum dicti Jacobi et Francisci predicti jurantes *(jurantium?)*, sic vera esse, debere eidem Jacobo restitui pro dicto dampno yperpera XXXVI; de quibus esse debeant XXIV suprascripti Franeischi.

XLII Item cum invenerint dicti domini judices, Meglorinum Farrum Venetum derobatum fuisse in vigilia sancte Marie de Augusto currentis MCCLXX, venientem a Branditio[2]) cum una barcha Johannis de Branditio carieata victualibus, que omnia sua erant, inter Caniglanos et Spinarzam[3]) per Francopolum,

[1]) I. e. burgensis in urbe Accon. Et burgensis, quo plus semel utuntur nostra diplomata, est incola urbis cujusdam, licet jure non pleno; de quo vide DuCangium in Glossario.

[2]) *Brundusio*, Apuliæ urbe satis nota.

[3]) I. e. *Spirnazam*, Epiri (Albaniæ hodiernæ) fluvio, prope Dyrrhachium e meridie, veterum Panyasin, ut volunt. De Spirnaza consule Meletii geogra-

hominem domini Imperatoris, et illos, qui cum eo erant cum duobus lignis armatis, una cum suis sociis, et ei acceptum fuisse tantum, quod valuit yperpera CCXL et plus, sine injuriis et expensis factis in eis et per eos dicta occasione; et hec examinata Venetiis et inventa et probata et vera fuisse per dicta dicti domini Meglorini et Symeonis Pizammigli et Petri de Bonacurso, Marchi Longi, Johannis Longi et Francischi Grilionis, testium introductorum super hec, et jurantium, predicta omnia vera esse; idcirco dixere ipsi domini, eidem Meglorino pro suo dampno debere restitui yperpera CCXL, sicut per ipsum extitit postulatum.

Item Marcho Bono, servienti[1]) nobilis viri domini Alber- XLIII
tini Maureceni, capto et derobato in una galea nobilis viri Andree Dandre (sic) per galeas domini Imperatoris, quas miserat in Romaniam dictus dominus Albertinus pro suis factis, de tanto, quod valuit yperpera L; cum hec examinata fuerint Venetiis et inventa, dixere ipsi judices, debere pro emendatione sui dampni restitui yperpera L.

Item cum invenerint dicti judices, Petrum Venerium, fide- XLIV
lem Venetum, commorantem cum uno suo ligno mercationibus honerato Thesalonichi, quod lignum exhoneratum trahi fecerat intra murum; quod lignum etiam quidam malefactores furtive, nesciente dicto Petro, abstulerant, et conduxerant extra Salonichi cum ipso nobilem virum Johannem Sanuto et alios captos per gentem domini Imperatoris; et ipsa occasione captum et in carceribus positum per eos, qui dominabantur in Salonichi pro domino Imperatore, et detentum per sex menses, et spoliatum ac derobatum fuisse dictis suis mercationibus, que fuerant magni

---

phiam ed. II, T. 2, p. 252. Adde Tabulam Lapiei Turcicam, fol. VII. Aliam Spirnazam in Messenia habemus infra. Vox *Canigl.* fuerit *Canina* prope Vallonam, de quibus Nos alibi. Ibidemque pro *Francopolum* scribi debebat *Francopulum* (Φραγχόπουλον).

[1]) I. e. institore, quasi commissario.

valoris, et in his dampnificatum fuisse cum expensis carceris, stando in ipsis et aliis expensis ipsarum (sic) carcerum occasione in CCL yperpera et ultra, sine injuria et dampno; cum hec vera, aperta et manifesta extiterint dictis judicibus, ideireo dixere, debere eidem Petro restitui pro suo dampno yperpera CCL.

XLV Item Johanni Petenario venienti de culfo Almiro [1]), capto et derobato per nepotem Johannis Zenzarason de multis suis rebus, dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera L, de hoc cognita veritate.

XLVI Item Constantino de Crete et Nicholao de Ladoloe, derobatis a Nichola nepote dicti Johannis et a Juliano fratre Armelini et ab Alberto de Parzonio de omnibus suis rebus, dixere ipsi judices, debere restitui yperpera XX.

XLVII Item Georgio Delphino, habitatori Satine [2]), derobato cum una sua barca, dum veniret de Satine et iret Nigropontem in culfo de Nigroponte ad Maracona, per armiraglum Johannem Scopoletum et Nicholaum de Armigla et Bartholinum, homines domini Imperatoris, cum quatuor galeis de tanto de suis rebus et bonis, quod valuit yperpera L; cognita super hec et habita veritas (sic), dixere iidem judices, restitui debere pro sui (sic) dampno dicta yperpera L.

XLVIII Item Bartholomeo Sanso Veneto, venienti de Nicxia in Crete [3]) cum una sua cozularia [4]), capto et derobato a Georgio

---

[1]) I. e. in sinu *Almiri* (Armiri, Halmyri) sive sinus *Volo* (Βῶλος) in Magnesia Thessaliæ. Armiri mentione nil frequentius in hoc diplomate. De ea vide præter alios Hadschi Chalfam in Rum. et Bosnia p. 103., ubi Turcice sinus dicitur *Golo*.

[2]) *Satine*, *Setine*, *Setines* est Athenæ; velut *Stancho*, i. q. Cos; *Stalimene* i. q. Lemnus; *Stives*, *Shives*, *Astivas* i. q. Thebæ; *Standian* (Dia), *Stuscorfus* (Corcyra). Vide p. 186.

[3]) I. e. de insula *Naxo* (Nixia cett.) in insulam Cretam.

[4]) Alibi cuzolaria, navigii species minus, ut tot alia, nota. Cfr. Venezia etc I, 2, 210, s. v. *Ganzaruolo*.

cum armirante[1]) de Ania, comitibus duorum lignorum, et Johanne de Locavo et filio Andree de Lenanfo[2]), de multis suis rebus et bonis valentibus D libras, minus sex et tertia; et cognita veritate per dictum ipsius et Johannis Rubei ipsius testis, jurantium, predicta omnia vera esse; dixere dicti judices, esse restituenda pro suo dampno D libras, minus sex et tercia.

Item Johanni Gancharolo[3]), derobato tunc in dicto ligno XLIX per predictos, dixere (sic), habita cognitione plena de facto, debere restitui, dixere dicti judices (sic), pro emendatione sui dampni, quod tunc habuit, yperpera V.

Item Zenzanome de Candia, derobato tunc per supra- L scriptos cursarios de multis suis rebus, de predictis veritate plena cognita, dixere dicti judices, pro sui emendatione dampni restituenda fore yperpera CX.

Item cum repererint dicti judices, nobilem virum Petrum LI Grisonum Venetum, dum esset in Constantinopoli, et duxisset bene modios DC frumenti de partibus Varai Constantinopolitani[4]), currente MCCLXXVI, indictione IIII, die sexto decimo intrante Augusti, per Marinum Bilongum, et tunc venderetur frumentum ab yperperis CLX usque CLXX, et Imperator vellet pro se facere accipi pro CXXXIII yperperis solum; et ipse Petrus noluerit sibi dare pro tam parvo precio, fuisse prohibitum vendere ipsum frumentum, et clausas sibi fuisse ac bullatas

---

[1]) armirante, almirante, admiralio cett.

[2]) I. e. *lo Nanfo*, insula veterum Anaphe, alibi *Namphio*, coll. Bondelmontio l. c. p. 99. 198.

[3]) Alibi in hoc diplomate Zanzarolo.

[4]) Locus male scriptus. Significari videtur locus, unde frumentum advectum fuit Constantinopolim. Namque formula in partibus, de partibus, ad partes cett. inservit circumscriptioni terræ alicuius, ut ait in partes Turchiæ, Chazariæ cett. idem quod in Turchiam cett.; velut veteribus e. g. fines Friaiorum idem fuit, quod ipsa Friaia cett. Ergo legi poterit de partibus *Varnæ* Constantinopolim. Frumentum Constantinopolis nanciscitur e Ponto Euxino, ubi Varna urbs, Odessa cett. cett. In mappa Fern. Duradi (cod. Hisp. Monac. 80) *Baria* scriptum.

stationes[1]), in quibus erat ipsum frumentum, mandato dicti Imperatoris, et stetisse sic bene *[unum]* mensem et dimidium, eundo ad curiam una cum domino Petro Badoario, Baiulo Constantinopolitano, et rogando dominum Imperatorem, ut permitteret . . . . . vendere vel saltim accipere dignaretur pro eo precio, quo currebat per terram, et nichil pro*fuerit* . . . desbolatis[2]) et apertis stationibus, non potuisse vendidisse ipsum frumentum ob proclamationem factam per terram ex parte dicti domini Imperatoris, ne aliquis auderet emere frumentum ab aliquo Vencto, cujuscunque foret condictionis; et sic bene permansisse per menses tres; demum forte per tres dies ante discessum domini Petri de Constantinopoli, cum maxima quantitas frumenti venisset Constantinopolim, et oporteret discedere, habita vix licentia de vendendo, vendito eo frumento necessario ad racionem CXVI yperperorum, fuisse defraudatum et dampnificatum in maxima quantitate pecunie ob moram et prohibitionem domini Imperatoris; de hoc scita et plene cognita veritate a domino Duce et dictis judicibus, ideirco dixere ipsi, eidem Petro fore pro suo dampno restituenda yperpera CXXV.

LII Item cum invenerint etiam dicti judices, nobilem virum Johannem Barocium fuisse derobatum tempore nobilis viri domini Nicholai Quirini, Bajuli Nigropontis, dum veniret de Andre Nigropontem cum una sua barca honerata frumento et ordeo et aliis mercationibus in loco vocato ad Pantalenas[3]), per Demonozaneum de Auia cum I vacheta *[et]* per Loscurum de Cea cum I alia vacheta, qui armaverant in Ania homines domini Imperatoris, que valuit cum dicto carico CXXX yperpera; item

---

[1]) I. e. ædea publicas, ubi mercatores merces suas venum exponunt. Latæ stationes bullabantur, i. e. signo Imperatorio claudebantur.

[2]) Sic ms. I. e. disbollatis (debullatis). Stationes (horrea) debullabantur, i. e. bullâ (signaculo) liberabantur, i. e. aperiebantur et possessoribus sua reddebantur.

[3]) Vide supra p. 166.

in alia parte tempore dicti Bajuli quondam mense Novembr., cum iret cum duabus suis barchis ad Armiro cum mercimoniis, quas a Nigroponte emerat a quibusdam mercatoribus, eundem fuisse derobatum in aquis Armirii per Pardum, nepotem Rolandi, habitatoris Thesalonichi, cum I vacheta armata in Salonichi per dictum Imperatorem, de dictis barchis et mercimoniis, videlicet draparia[1]), oleo, gomeriis[2]) et aliis suis arnesiis, que valuerint yperpera CCCXXX; et hec omnia manifesta et probata fuisse per dictum dicti Johannis, asserentis proprio sacramento, omnia predicta vera esse, et per litteras dicti Baiuli et inquisitionem factam per ipsum super dictis factis dicti Johannis domino Duci et comuni Venetiarum et dictis judicibus; idcirco cognita veritate dixere ipsi domini judices, supradicto Johanni Barozo pro emendatione suorum duorum dampnorum restituenda fore yperpera CCCCLX.

Item cum cognoverint etiam dicti judices, Leonardum Caxolum, fratrem Johannis Caxoli, de contrata S. Vitalis, de mense Marcii currente MCCLXXV, cum esset ad Cedrigum[3]) cum uno galiono coperto[4]), fuisse derobatum per Paulum Savasto, hominem domini Imperatoris et capitancum dicti loci Cedrigi, de dicto ligno suo et carico, somariis scilicet, lino et aliis mercimoniis et coredis[5]) ipsius ligni, valentibus yperpera CLXXX et ultra; et hec omnia examinata coram domino Duce per dictum Johannis predicti fratris Leonardi suprascripti et Marcum Lombardum testem introductum, pro ipso iurantem, omnia sic vera esse fuisse probata et inventa; idcirco dixere ipsi judices, eidem Leonardo restituenda fore pro suo dampno yperpera CLXXX. Lm

---

[1]) I. e. pannis. Vox varie scribitur.

[2]) I. e. sarcinis lanæ.

[3]) I. e. *Cerigum* prope Laconicam e meridie, olim Cythera.

[4]) I. e. cooperto, subtus clauso; cui opponitur vox diacopertus (apertus). — De Savasto v. p. 182.

[5]) I. e. corredis, apparatibus ad navigium pertinentibus, supellectile nautica.

LIV Item Benedicto Frasche de S. Angelo, derobato per homines domini Imperatoris, tempore Baiulatus domini Victoris Delphini in Nigroponte, de tanto, quod valuerit LVII yperpera, quod scriptum etiam fuerat tempore nobili (sic) viri domini Nicholai Quirini, Baiuli Nigropontis, quesitum alias per ambaxatores Vencciarum domino Imperatori; cum hec inventa, probata et affirmata fuerint sacramento, dixere dicti judices, pro emendacione sui dampni restituenda fore yperpera LVII.

LV Item cum hoc sit, quod, cum Martinus de Laurenzaga, civis Venetus, existens in partibus Romanie, in la Spinariza[1]) de mense Januarii currente MCCLXXVI, indictione IIII, naulizasset unum suum lignum Stano Savasto[2]), capitaneo Belgradi[3]) et Spinarize pro domino Imperatore, ut portaret victualia in culfo . . . ad castrum Blachie per CCC yperpera; et super ipso posuisset dominus capitaneus suos nuncios, et dixisset eidem Martino . . ., et iret in Curfu, si necesse foret; et quod non timeret de aliquo, quia erant in treugua dominus Imperator . . . Rege Karolo[4]); et quod acceperit illi de Curfu X pro I, si facerent sibi aliquod (sic) injuriam . . . . tunc erat ibi . . . . dimisisse, dictus capitaneus . . . mandato in carceribus ad Belgradum et detentus ibi nequiter . . . fuerit per gentem et nuncios dicti Stani, et ventilato coram Marino Caxolo, consule Venetorum, contra ipsum, et viso iure ipsius et dictorum nun-

---

[1]) l. c. *Spirnaza*, de quo loco vide p. 176.

[2]) l. e. *Sebasto*. Sermo est de homine Græco, Græci Imperatoris ministro et magistratu; id quod nomen Sebasti denotat. Nomen ipsum viri Slavice sonat.

[3]) l. e. urbis Epiri (Albaniæ) *Arnaut-Bieligrad* (Berat), in mediterraneis sitæ. De ea videatur: Hadschi-Chalfa l. c. p. 134. Adde Tabulam Lapiei Tureicam, fol. VII. — Blachiæ castrum, ibidem fere quærendum, in mappis geographicis recentiorum ut tot alia nondum deprehendimus; forsan interiit cum aliis.

[4]) l. c. Carolo, Rege Siciliæ, de Andegavensi gente Franco-Gallorum sive Anjou (a. D. 1266 sqq.).

ciorum Stani non ... Mengaduche[1]) et ... etiam, que omnia sua bona omnino sibi deberent in totum restitui. Et ipso absoluto in totum, cum reddiret ad dictum Stanum cum dicta sententia, ut eidem ..., cum sibi non placeret, iterato captus mandato eius, ductus fuerit ad dictum Belgradum et detentus in carceribus per dies XLV. Et dimissis in fine post hos dies ad preces et instanciam dicti ... missis, dicta occasione dampnificatus extiterit ipse Martinus in yperperis CCCC per dictum Stanum, que acceperit eidem. Et etiam in alia parte in XXXVIII yperperis et ultra de dicta sua draparia ... precio, quod vendere poterat aliis contra suam voluntatem ipse Stanus sine aliis dampnis et iniuriis, que dicta occasione receperit ipse Martinus. Visis omnibus suis iuribus et scripturis, et dicta sententia et peticione eius ac dicto approbato per sacramentum, et testibus productis super dicto facto per commissionem habentes ab ipso Martino, Mafeo Sourranzo videlicet, Jacobo Mustolino et Janino Mengolo, iurantibus et asserentibus, predicta omnia vera esse a dictis iudicibus; cum hec omnia examinata probata esse et vera inventa fuerint per dictos iudices; ideireo dixere iidem domini iudices, eidem Martino vel suis heredibus vel commissariis vel aliis habentibus in hoc ius ab ipso pro satisfacione dictorum dampnorum restitui debere yperpera CCCCXXXVIII.

Item cum hoc sit etiam, quod dicti judices repererint, [B] 1 quod, cum Buffonus Paulinus fecisset quoddam caricum salis in Nigroponte, et ivisset Constantinopolim causa vendendi ipsum, et esset ibi et vellet vendere, dominus Imperator hoc scito fecerat poni custodes suos super taretam ipsius, ubi erat dictum sal, et prohibuerat ipsum vendere, immo etiam precipi fecerat et stridari[2]) per terram, quod aliquis non auderet emere de

---

[1]) l. e. *Megaducæ*.

[2]) Vox Italica, i. e. per præconem summonere, ciere. Occurrit in Statutis Venetis a. D. 1242. Sic DuCangius.

dicto sale in pena averis[1]) et persone; et ista occasione salis iverint nobiles viri, dominus Marinus Vallaresso, Marcus Justiniani et Angelus Marcello, ambaxatores comunis Venetiarum, una cum domino Joanne Geno, tunc Baiulo Constantinopolis, ad dominum Imperatorem, et rogaverint ipsum de dicto sale, ut permitteret vendere, vel in terram ponere ipsum, et fecerint, quidquid boni potuerint in hoc, et nichil profuerit ipsi Buffono; et sic stando ipse Buffonus, et detinente cum Imperatore in verbis bene per tres menses, ascendentibus expensis marinariorum et dampno ejus non modico cotidie, concordaverit se idem Buffonus cum officialibus domini Imperatoris de ponendo dictum salem in terram cum ista condicione, quod ad tempus novum deberet trahere ipsum salem extra terram vel vendere, si audcret, et posuerit ipsum salem, data prius certa quantitate pecunie dictis officialibus, scilicet yperpera XL; cum non potuerit postmodum habuisse licentiam de dicto sale vendendo vel extrahendo de terra, et ob hoc multas expensas et dampna incurrerit et substinuerit dictus Buffonus pro dicto sale, que ascenderent in D yperperis vel ultra; et hec omnia vera, manifesta et nota extiterint dictis judicibus per dictum dominum Marinum Valaresso et Andream Dandolum, testes productos super hoc, jurantes et asserentes, predicta vera fuisse de dicto sale; ideirco dixere dicti judices restitui debere dicto Buffono pro satisfactione dampni et expensarum dicti salis yperpera D.

II Item dixere dicti judices, Constantino Calafato, derobato per Johanem del Cavo, habitatorem Anie, de suis pannis de griso[2]) et de stanforte[3]), juranti, sic esse, restitui debere pro satisfacione sui dampni yperpera XVII.

---

[1]) Est sverium, averum, svere et averia i. q. facultstes, quæ sunt in bonis, res præsertim mobiles, velut pecuniæ. Sic fere DuCangius.

[2]) I. e. pellibus omnis generis.

[3]) I. e. panni specie, qui in burgo Stenfordia texebatur. Du Cang.

Item Dominico Rodulfo Brasin, derobato per Johanem de III
Locavo et Bulgarinum, habitatores Anie, cum duobus lignis in curso in insula sancte Reni [1]), dum vellet ire in Nicoxiam [2]), de una sua vacheta cum omnibus suis rebus et mercadandiis, que ibi erant, que valuere yperpera LXVIIII et ultra, iuranti sic esse; cum hec nota et vera extiterint, dixere dicti judices, esse restituenda dicto Dominico pro suo dampno yperpera LXVIIII.

Item Benedicto Pigozo, derobato, dum veniret de Nigro- IV
ponto in Crete, in quadam valle una nocte per dictum Johanem del Cavo de suis rebus et danariis, iuranti, sic esse, dixere ipsi judices, restitui debere pro suo dampno yperpera XIII.

Item Marino Sarto, derobato in insulam Salū [sic] [3]) per V
homines dicti loci Salū, homines domini Imperatoris et ducham eorum, nomine Nicholam Claudum, cum esset in quadam navi Petri Navaglarii sive ligno, de quo erat patronus Johannes Rubeus, de tantis suis rebus, que valuere yperpera XIIII, iuranti, sic esse verum, suo sacramento; dixere dicti judices, facto eius viso, quod factum fuerat tempore domini Marci Michaelis, Baiuli Constantinopolis, restitui debere pro suo dampno yperpera XIIII.

Item cum repercrint dicti judices, Pascalem Paulum, VI
filium olim Angeli Pauli, et Petrum de Vicentia, ambos Venetos de confinio sancti Gervasii, fuisse derobatos in Mari Maiori [4]) in loco vocato Pavaropoli per gentem domini Imperatoris, que erat in galeis ipsius, currente anno domini MCCLXXIIII de

---

[1]) *Sanctae Irenae?* An de sancto aliquo quærendum? Certe *sancti Herini* (sic) insula occurrit apud Andream Dandulum (Muratori ss. rer. Itall. XII, 334) cum insulis Naxo, Paro et Melo, item Andro, coll. Tom. II, 3. Retinenda nunc videtur lectio tradita. Erit *S. Cirino, S. Rim* s. *Ri, Santorin* (vetus Θήρα).

[2]) *Nicosiam Cypri.*

[3]) *Salaminem?* Quamquam ea insula medio ævo *Culuri*, ut hodie, dicebatur.

[4]) I. e. *Ponto Euxino.* Pavaropolis latet.

mense Septembris, de uno ipsorum duorum sandalo et aliis eorum rebus, mercadandiis et arnesiis, que valuere yperpera CCXXV; que etiam scribi fecerant coram domino Johanni Geno, Baiulo Constantinopolis, et iuramento firmaverant, vera esse; cuius sandalli et rerum duc partes erant dicti Paschalis, et tercia dicti Petri, ut patebat expresse scripto misso per dictum Baiulum Venecciis. Item et in alia parte ultra dictam societatem dictum Pascalem esse derobatum de uno sclavo suo, Yvano[1]) nomine, et aliis multis rebus, valentibus yperpera XXV, per predictos homines de dictis galeis et dicto loco et tempore, que propria sua erant; et hec omnia vera, manifesta et probata extiterint dictis iudicibus per sacramenta ipsorum et dicta et testes productos per ipsos Jacomum Urdisonis de Murano et Jacomum Pauli et Formanum de sancto Gervasio, jurantes et suo sacramento dicentes, omnia vera esse et vidisse . . . dictum sandallum in portu Constantinopolis, et quesitum per dictum Baiulum a domino Imperatore cum carico et rebus, nec habitum[2]); ideirco dixere ipsi domini judices, eisdem Pascali et Petro comuniter, Pascali scilicet pro duabus partibus, et Petro pro tercia, restitui debere pro suo dampno yperpera CCXXV, et dicto Pascali per se solum pro alio dampno yperpera XXV.

VII Item Donato Belono, habitatori in Candida, derobato per Johannem Senzaraxon, cum esset Satine[3]) ad portum Pellestello, de multis suis rebus et bonis tempore dicti Baiuli Constantinopolis de mense Augusti, asserenti coram ipso, omnia vera esse, dixere dicti judices, de hoc satis plene cognita veritate, restitui debere pro satisfacione dampni sui yperpera XXX.

---

[1]) I. e. servo suo, nomine Joanne. Fuerit hoc mancipium e Dalmatia oriundum, ubi stirps Serbica etiamnunc prævalet.

[2]) I. e. receptum, recuperatum.

[3]) Vide notam p. 178. Significantur Athenæ. Illud barbarum *Pellestello* erit Πολύστυλον, i. e. promuntorium *multarum Columnarum;* de qua denominatione adi Meletium supra p. 165 citatum.

Item Johanni Fusculo Veneto, habitatori in Cipro in Limisso[1]), derobato in quodam ligno in partibus Cipri iuxta caput de Grego a Bulgarino, Johanne Dalcavo et a Saladino Mazazari, hominibus domini Imperatoris, currente MCCLXXIIII de mense Novembris, de tantis suis mercadandiis et rebus, que valuere yperpera CXXV et ultra; ut manifestum et verum esse videbatur per litteras domini Petri Geno, dicto Baiulo Constantinopolis, et sacramento ac dicto eiusdem Johannis, dixere dicti judices, de hoc satis habita plena fide et veritate cognita, restitui debere pro satisfacione sui dampni yperpera CXXV. VIII

Item Blasio Filacaristio de confinio sancti Bassi, derobato in culfo de Nigroponte[2]) per dictum Johannem del Cavo suprascripto MCCLXXV, mense Januarii die X intrante de multis suis mercadandiis et rebus, que valuere yperpera C et ultra; hoc scito et probato, verum esse, per litteras Baiuli Nigropontis missas Constantinopolim et dictum eius Blasii iurantis, sic esse, dixere dicti domini judices, cognita veritate, restitui debere pro satisfactione dampni yperpera C. IX

Item Georgio de Loglo pro VI yperperis, acceptis sibi a casale Artay occasione comercli pro exenogodoiario et paris et politis[3]) et eius, fratrem et ma ... et Georgium Gramaticum et socios commerclarios de mense Februarii currente MCCLXXV indictione tercia, et nihil proficiendo sibi proxioma Imperatoris, quem ostendit eis; dixere dicti judices, de hoc cognita veritate, restitui debere pro sua dampni satisfacione yperpera VI. X

Item Nicolao Confessori, socio Johannis de Romania, acceptis sibi XII yperperis et ultra in Mileo[4]), quem habebat a XI

---

[1]) I. e. *Limasol* aliorum ævi medii scriptorum, coll. Wilken. Kreuzzüge IV, 198. 204. — *Cap de Greco* insulæ promuntorium euronotum versus.

[2]) Vide supra p. 163. Melet. geogr. ed. 2, T. 3, p. 230.

[3]) Videntur latere expensa quaedam. Ergo coniicimus: *xenodochario* et *paratis* et *poletis*.

[4]) *Millo*, *Melo* insula.

commerclariis de Pontaracla[1]), hominibus domini Imperatoris, occasione comercli, suprascripto millesimo[2]), mense Augusti, asserenti coram dicto Baiulo Constantinopolis, hec omnia vera esse, ut eius scripto apparet; dixere dicti judices, restitui debere pro sui dampni satisfacione yperpera XII.

XII Item eum notum et manifestum fuerit dictis dominis, Marinum Gardiagam Venetum derobatum fuisse per Pardum, generum Rolandi, militis de Salonich, Lusi de Larmiro[3]) de tantis de suis rebus, que valuerant yperpera CXLII et dimidium et ultra, et hoc fuisse tempore domini Petri Michaelis, Consulis Venetorum in Salonich, coram quo testificans hec suo sacramento vera esse firmavit; et insuper . . . unum, suum patrem, occisum fuisse, quod fuit iniquissimum et orribile scelus, sine alio dampno multo, quod dicta occasione passus fuit; et per litteras etiam missas a dicto Consule, domino Petro Badoario, Baiulo Constantinopolis, et per testes productos coram eis, dominum Petrum Michaelem predictum videlicet, et Engolfum Massolum, per procuratores comunis commissa*[rios?]* dicti Marini, pro ipso iurantes et asserentes, omnia predicta vera esse; idcirco dixere ipsi domini judices, plene scita et cognita veritate, restitui debere eidem Marino et dictis commissariis eiusdem pro ipso pro emendacione dicti dampni yperpera CXLII et dimidium.

XIII Item Menego Bono Veneto, derobato per homines domini Imperatoris de VIII retibus valentibus yperpera VIII tempore

[1]) I. e. *Pontoheraclia*, Bithyniæ borealis urbe, in litore Ponti Euxini, a Byzantinis sic dicta ad distinguendum ab alia Heraclea, sc. Thraciæ meridionalis, ad Propontidem (Marmoram). Vide Meletium in Geogr. ed. 2. T. III, p. 118. In charta A. Beninecasæ *Penderachia*, Duradi *Pontanasia*. Hodie *Bender Eregli*.

[2]) Locus corruptus vel mancus, ut apparet. Haud dubie est annus, qui modo ferebatur, MCCLXXV.

[3]) I. e. *l'Armiro*, Armyro, Halmyro Thessaliæ.

dicti domini Baiuli Constantinopolis, mense Novembris, iuranti coram ipso Baiulo, vera hec esse, et offenso etiam personaliter per eosdem homines, ut suo scripto patebat; dixere ipsi iudices, de hoc plene cognita veritate, restitui debere pro satisfacione yperpera dicta VIII.

Item cum cognoverint dicti judices, Nicholaum Scorte- XIV
gacanem Venetum, existentem Constantinopoli tempore dicti domini Petri Badoarii, Baiuli Constantinopolis, cum quadam sua tareta caricata frumento, quam duxerat a Mari Maiori [1]), vendita quadam quantitate ipsius furmenti VII yperpera, minus quarta, per modium quo[*d*]libet, vendidisse domino Imperatori contra voluntatem ipsi*[us]* Nicholai, cum non permitteret eidem vendere suum frumentum, ut inceperat et currebat per terram, sed fecisset claudi et custodiri domum, in qua stabat idem Nicholaus, et expelli ipsum de ipsa, usque in CCCCLVIII modia; et ipsum dominum Imperatorem promississe et dixisse dominis Andree Dandolo, domino Thome Dandolo, domino Baiulo predicto et Nicholao de Canali, qui iverant pro ipso Nicholao, cum non posset ire, cum esset infirmus, ad ipsum dominum Imperatorem occasione dicti frumenti et eorum, que fiebant ipsi Nicholao, se daturum et facturum dare dicto Nicholao pro quolibet centenario frumenti yperpera CLX; et ipsum dominum Imperatorem non fecisse sibi Nicholao solvere, quantum promiserat pro dicto frumento, sed retinuisse yperpera CCLXVII de precio ipsius frumenti; et in hoc dampnificasse ipsum sine expensis et alio dampno. De his omnibus scita plene ac inventa et cognita veritate per dictum ipsius Nicholai et Francisci Grigioni et Nicholai de Canali predicti, testium introductorum super hoc per ipsum Nicholaum, jurantium, omnia vera esse, et suo sacramento affirmantium, et per litteras etiam dicti Baiuli

[1]) I. e. *Ponto Euxino.*

missas comuni Venetiarum occasione predicta et aliis multis; idcirco dixere dicti domini judices, sic visa et cognita veritate, eidem Nicholao restitui debere pro emendacione sui dampni ac satisfacione yperpera CCLXVII.

xv Item Johanni Venerio de sancto Samuele, dampnificato tempore dicti Baiuli Constantinopolis in quadam quantitate frumenti per dominum Imperatorem, eo, quod non permiserit ipsum Johannem vendere ipsum frumentum in yperperis C; cognita veritate de hoc per dictos judices per dictum eius Johannis . . . Baiuli missas et factas ob hoc; dixere ipsi, restitui debere ipsi Johanni pro satisfacione sui dampni dicti frumenti yperpera C dicta.

. . . . . pro pignore nauli . . . . . .

naulum erat . . . . . .

[c] i Item Johanni Dalplato Veneto, accepto sibi tanto sale violenter de quodam suo . . . . . pro domino Imperatore, quod valuerit yperpera X, et in alia parte acceptis sibi IIII yperperis minus kar. V . . . per commerclum ale . . . per Costantinum Yvaropolum ibidem . . . Pasichie per commerclarios, qui erant ibi; cognita et scita veritate per scripturam dicti Baiuli Constantinopolis missam pro hoc facto, continentem dictum ipsius Johannis et Nicholai Belli et Blasii de . . . . . , vera esse; dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera XIIII minus kar. V.

ii Item cum invenerint dicti judices hoc videlicet, quod, cum Johannes Bembo, habitator Nigropontis, de voluntate . . . . . rescataverint[1]) homines XXXII de . . . quimenta, captos et detentos a Menga Ducha de Stalimine[2]), de quorum rescatatione habere debebat certam quantitatem yperperorum per

---

[1]) I. e. redemerint.

[2]) I. e. *Megaduca Lemni.*

pactum inter ipsum et dictos homines factum, et partem dictorum yperperorum solverint, et partem retinuerint, nec soluerint; et ipsa occasione, ut exigeret ab ipsis dicta yperpera non soluta, ivissent[1]) Constantinopolim cum litteris domini Nicholai Quirini, Baiuli Nigropontis, ad Baiulum Constantinopolis, dominum Petrum Badoarium predictum, et peteret coram domino Imperatore, ipse dominus Imperator fecerit eum detineri et accipi sibi unam suam barcham cum quadam quantitate salis; ex quibus duobus factis dampnificatus extiterit idem Johannes ultra yperpera CLXXV; et hec probata et inventa et manifesta fuerint dictis judicibus per scripturam domini Baiuli Constantinopolis, continentem dictum eius iurantis, sic esse vera et suo sacramento firmantis; idcirco ipsi dixere, satis habita plena fide de predictis, eidem Johanni restitui debere pro suo dampno yperpera CLXXV.

III Item cum repererint dicti judices, Zorzinum de Crete derobatum fuisse per Raymondinum, nepotem Johannis Senzaraxon, de tanto inter denarios et res, que valuerint yperpera CCLX, et hoc verum et probatum fuisse per dictum ipsius Zorzini et Johannis Maiñ (?) de Crete et Marini de Fuschari de dicto loco, testium productorum per ipsum coram Baiulo Nigropontis . . . erat, iurantium et asserentium eorum sacramento, omnia esse vera predicta per litteras dicti Baiuli et nobilium virorum, Maynardi Benenca et Thome Contareno, Consulum Venetorum in Salonich, et per scripta dicti Baiuli Constantinopolis; idcirco, visa et cognita veritate de predictis, dixere ipsi iudices, eidem Zorzino restitui debere pro suo dampno yperpera CCLX.

IV Item Petro Grisono Veneto, dampnificato in quadam arbore[2]) sue tarete, quam habuit dictus Imperator, in XV yper-

[1]) I. e. ivisset.
[2]) I. e. malo navigii.

peris et ultra, facta fide dicto Baiulo Constantinopolis per Johannem Malcentum pro dicto Petro de his, et scita et cognita veritate de hoc per scripturam dicti Baiuli Constantinopolis; dixere dicti judices, eidem Petro restitui debere pro dicto suo dampno yperpera XV antedicta.

V Item cum invenerint dicti judices, Albertum Stellam, burgensem Nigropontis, derobatum fuisse de mense Augusti in die sancte Marie currente MCCLXXV, venientem cum una sua barcha, in qua erant Johannes Darpo, Johannes de Constantinopoli et Johanues, cognatus dicti Alberti, et alii marinarii in loco, dicto Cambiamantello[1]), per Demonozannem de Malvasia[2]) cum una vacheta de remis XVIII, de dicta barcha et toto carico, et spoliatum una cum aliis in camisia[3]) per ipsum robatorem, minantem eis, quod crueret oculos, de omnibus vestibus, que omnia valuerant yperpera CCXIIII et plus; et hec omnia nota, manifesta et probata fuerint ipsis dominis per dictum ipsius Alberti et duorum testium productorum coram ipsis super dicto facto, iurantium et asserentium eorum sacramento, omnia esse vera, et per scripturam Baiuli Nigropontis; ideireo dixere ipsi domini, visa et cognita veritate, dicto Alberto restitui debere pro suis dampnis yperpera CCXIIII, secuudum quod per eum extitit postulatum.

VI Item cum invenerint etiam dicti judices, Johannem Darpo, burgensem Nigropontis, venientem cum predictis Alberto Stella et sociis, derobatum et spoliatum fuisse per dictum Demonozannem et predicto loco, tempore et die et in dicta barcha ut dicti Albertus et socii, de tanto, quanto valuerint yperpera LX; et hec omnia probata et inventa fuerint vera esse per scripturam

---

[1]) Vide notam pag. 161.

[2]) *Monembasia*, *Monobasia* Byzantinorum, coll. Thessalonica p. 455 sqq. Adde Pouquevillium in Voyage cett. ed. 2, T. 4, p. 423 sqq.

[3]) Vestimentis, pannis omnis generis, coll. Du Cangio.

Baiuli Nigropontis, continentem dictum eius, iurantis, sic esse, et per testes productos coram ipsis dominis, Menegum Venetum videlicet et Marinum Vitalem, iurantes, sic esse vera; idcirco dixere ipsi domini, habita plena fide de predictis, eidem Johanni restitui debere yperpera LX pro satisfacione sui dampni.

VII Item Johanni de Constantinopoli, burgensi Nigropontis, derobato similiter per dictum Demonozannem et socios una cum predictis Alberto et Johanne ac sociis, et sicut ipsi et dicto loco et tempore; habita plena fide et cognita veritate de tanto, quanto valuerint yperpera XVII, per dictum ipsius Johannis et testium productorum pro ipso, asserentium eorum sacramento et iurantium, vera esse predicta; dixere dicti judices, restitui debere pro satisfacione sui dampni yperpera XVII.

VIII Item cum repererint etiam dicti domini, Albertum Stellam predictum, burgensem Nigropontis, tempore Baiulatus domini Andree Dandoli in Nigroponte, euntem de Nigroponte cum suis mercimoniis et quadam tareta, que fuerit domini Johannis Sanuto, ad Aniam[1]), et postea ad civitatem Belongi ad panager (sic), quod ibidem fiebat, et redeuntem de ipsa terra in loco, dicto Alter Locus (sic), fuisse derobatum per homines Menghcduche[2]) de Lonatuli, scilicet Colognanum Gramaticum et Altimanum et per dictum Mengaducam, nomine Megaduriniti, omnibus suis bonis et rebus, que valuere inter denarios et alias mercationes yperpera CCCLXX, et detentum pretermodum fuisse in carceribus per eosdem in dicto alio loco per menses IIII et dimidium, et extractum pretermodum de ipsis carceribus per dominam Geramartam, sororem domini Imperatoris; et portasse etiam litteras dicti Baiuli post exitum carcerum ad dictum dominum Ducham, ut sibi restitueretur (sic) bona et res suas, et

[1]) De *Anaea* cfr. p. 161. 194. Loca, quæ sequuntur, obscura. *Alter Locus* erit *Alto Loco*, fere Samo e contrario. — Tunc in sqq. scribendum: in dicto Alto Loco. — In *panager* latebit παναγύρι, fiera, i. e. mercatus.

[2]) I. e. *Megaducae de lo Natoli.*

nichil inde habuerit; habita super his omnibus plena fide per scripturam dicti Baiuli, continentem dictum eius Alberti, iurantis, sic omnia esse vera, et per dictum testium introductorum pro ipso, sic coram dominis asserentium, sic esse, proprio iuramento; cum hec omnia probata et manifesta extiterint, dixere idcirco dicti judices, dicto Alberto pro satisfacione dicti sui dampni restituenda fore yperpera CCCLXX, sicut in eius dicto contineri videtur.

IX Item Martino Delaturre, burgensi Nigropontis tempore nobilium virorum Marchi Dandre et Petri Navagiarii, Rectorum Nigropontis, derobato, dum veniret de mense Madii cum una sua barcha et mercationibus suis de Andre[1]), per Johannem Delcavo cum uno ligno armato in Ania de dicta barcha et rebus, que valuerant yperpera L et plus; cognita super hoc veritate per scripturam Baiuli dicti loci et dictum eius, iurantis et affirmantis sic suo sacramento, omnia esse vera, dixere dicti iudices, cum predicta manifesta et probata extiterint, restitui debere pro satisfacione sui dampni yperpera L predicta.

X Item Fulco dè Clugia, burgensi Nigropontis, tempore domini Marchi Bembo, Baiuli Nigropontis, derobato de una sua cozularia cum rebus, vino et mercimoniis interpositis, de mense Madii, quas dederat Andree Panzeta, ut esset navelerius[2]) loco sui, ut iret Melum ad lucrandum, per Vilanum Pisanum cursarium cum uno ligno de remis XXVIII, quam armaverat in Ania, que barca valebat cum rebus et mercimoniis et corcdis yperpera CCC; de his scita et cognita veritate per scripturam Baiuli et dictum ipsius Fulci et Andree, sic iurantium, vera esse, dixere dicti judices, restituenda fore pro dicto suo dampno yperpera CCC.

XI Item dicto Andree Panzeta de Nigroponte, derobato tunc in dicta cozularia de multis suis rebus, cognita veritate per

---

[1]) *Andro* insula. Cfr. p. 162. 197.

[2]) I. e. nauclerus.

dictum et sacramentum eius et scriptum Baiuli, dixere ipsi domini, debere restitui pro suo dampno yperpera X.

Item supradicto Fulco de Clugia, derobato de quibusdam XII suis rebus et mercadandiis, quas mittebat in quadam sua barca, quam dederat Johanni Petenario ad lucrandum ad Dimitriatam tempore Baiulatus domini Nicholai Migiani, redeunte a Dimitriata[1]) dicto Johanne in loco, quod dicitur Cardiche[2]), per filium Salemi et . . . . . cum lignis duobus armatis Salonich de gente domini Imperatoris; et alia vice post p . . . XV dies derobato similiter a dictis cursaris[3]) de uno carico, quod habebat in dicta barcha, et dederat dicto Johanni de mercimoniis et suis rebus in loco, dicto ad Hyronissum[4]); que quidem res et carica duo valuerant in duabus vicibus yperpera CC; cognita super hoc et scita plenissime veritate per scripturam Baiuli et dictum predicti Fulci et testes productos super . . . . iurantium, sic omnia vera fore, dixere dicti judices, restituenda fore pro dicto suo dampno yperpera CC.

Item suprascripto Fulco de Clugia, derobato similiter XIII tempore Baiulatus dicti domini Nicholai de una sua cozularia cum toto carico, quam dederat ad lucrandum Andree Ystriano Grassello et Antonio Beccario, dum essent perducti cum ipsa in loco, dicto Reum[5]), per Nicholaum et Remondinum, filium Salemi, cum uno ligno armato de hominibus domini Imperatoris, que cozularia cum toto carico valuerat yperpera CCLXXXX; cognita super his et scita veritate per scripturas Baiuli et

[1]) *Demetriade*, Thessaliæ urbe satis nota. Vide Vol. I, 266.

[2]) *Cardicia*, *Gardicia*, Thessaliæ urbe inter Zitunium et Armirum sinumque Volo, coll. Thessalonica pag. 493. Adde Vischeri Erinnerungen cett. aus Griechenl. p. 654.

[3]) I. e. cursariis.

[4]) I. e. *Chersonesum*, ut videtur. Quænam vero Chersonesorum? An est promuntorium Cherronisi Nigropontis (Euboeæ) orientalis, e meridie urbis Cumi (Cumæ)? De eo v. Tabulam Lapiei Tureicam, fol. XI.

[5]) *Rhium*? Quod Achaiæ promuntorium, oppositum Antirrhio Aetoliæ (Locridis Ozolarum) promuntorio. De Rhio v. Meletium Geogr. ed. 2, T. 2, p. 384.

dictum ipsius Fulci et testes productos per ipsum, super his, iurantium . . . esse vera, dixere dicti judices restitui debere pro satisfacione sui dampni yperpera CCLXXXX.

XIV Item Gulielmo Corezario Veneto, tempore dicti Baiulatus derobato, cum esset in barcha de Leo Chiiacho (sic), et vellet ire Patriarcham (sic) ad pontam de Litaldo[1]), per Rolandum Cavalerium et Raymondinum cum duabus vachetis, armatis de hominibus Imperatoris, de tantis rebus suis et mercimoniis, que val[u]ere fecerat yperpera CCLXV; cognita veritate de his per scripturam Baiuli et dictum eiusdem Gulielmi et plurium testium receptorum super his, iurantium, omnia vera esse, ab ipsis dominis, dixere ipsi iudices, restitui debere pro sui dampni satisfacione yperpera CCLXV, sicut in ipsius dicto et probationibus continetur.

XV Item cum repererint dicti judices, Johannem Bembo, cum ivisset de terra Nigropontis ad Macrem de Turchia[2]) cum uno ligno — iam fuerint IIII anni transacti et ultra, de quodam mense Februarii — quod erat suum et Bonifacii de Lomuto ... de ... *ligno*, in quo erant Dominicus Trivisanus nauclerius, Petrus Dotho scribanus et Benedictus Archangelus et Johannes Lombardus Canozi et multi alii, et caricasset de frumento et vino, ire et redire cum dicto ligno sic caricato similiter cum predictis omnibus vellet, stando in dicto portu Macre, fuisse captum per Criviciotum, hominem dicti Imperatoris, capitaneum de Rothe[3]), venientem ibi cum una galea et tribus galiotis, et derobatum una cum omnibus, qui cum eo erant, de dicto ligno

---

[1]) I. e. ad promuntorium Euboeae (Nigropontis) *Litalde* (Lithade). De hoc loco vide supra p. 167. Adde Vischerum l. c. pag. 635. 659. 660.

[2]) *Turcia* hujus loci est Asia minor, quae a Turcis Iconiensibus, exceptis litoribus maritimis, jam tum (fine seculi XIII) fere tota occupata erat. *Macra* est Lyciae urbs maritima, Rhodo oppusita, de qua v. Nos ad diploma Cilico-Armenium (p. 380 primi voluminis). Nostra Macra (Macri) de Turchia paulo inferius recurret.

[3]) *Rhodo*. Cfr. p. 161.

et omnibus, qui erant in ipso, et toto carico, et ductum in Rothe et verberatum cum sociis per totam terram, et postea positum in carceribus cum aliis, et stetisse per VIIII menses; et interim dictum Criviciotum fecisse eos fodere fossata, minare panecrias[1]) et alia multa turpia et gravia servitia, que dici vix possunt; et post exitum carcerum ivisse ad Imperatorem, et habuisse litteras ad dictum capitaneum, ut redderentur sibi et sociis omnia eorum bona cum dicto ligno, et eas presentasse capitaneo suprascripto, et nichil profuisse eisdem — et tunc erat dominus Marchus Michael, Baiulus Constantinopolis — et dicta causa ipsum Johannem fuisse dampnificatum in DCCCCLXXXX yperpera cum dampno ligni; que omnia manifesta et probata et nota ipsis dominis per scripturam Baiuli Nigropontis et dictum ipsius Johannis et testium plurium receptorum super hec, iurantium, sic omnia esse vera; ideireo dixerunt ipsi domini, scita et visa veritate de predictis, eidem Johanni Bembo restitui debere pro satisfacione dampni suarum rerum et carighi[2]) yperpera DCLXXXX, et pro dampno ligni cum coredis suis yperpera CCC. XVI

Item Dominico Boudomiro, derobato in dicto ligno per dictum Criviciotum de tanto, quod valuit yperpera LXXXX, una cum dictis sociis; cognita veritate per sacramentum eius et testium productorum, dixere dicti judices, debere restitui pro suo dampno yperpera LXXXX.

Item Galvano Vitali, burgensi Nigropontis, derobato tempore Baiulatus domini Nicholai Miglani, cum iret de Nigroponte in Andram[3]), prope terram per Jacobinum de Laude et Ansaldum cum duabus galiotis armatis de gente domini Imperatoris de quadam sua barcha cum rebus suis multis; item et in alia XVII

[1]) De panceriis nil apud DuCangium, quod huc faciat. Respondere debebit antecedentibus fossatis.

[2]) I. e. carici, oneris navalis.

[3]) Andrum insulam, quæ modo *Andre* scribitur, modo *Andra*, coll. p. 162. 194.

parte, dum veniret de Andre ad Nigropontem cum dicta bareha sua, quam recataverat[1]) a dictis cursariis, et de Melo Nigropontis[2]) per unam bareham de Cea armatam, derobato similiter et portato in roeham de Cea, ubi erat dominus Ramino, de tantis suis mercationibus, que feeerat valere in istis duabus vieibus yperpera XL . . . . . Baiuli, eontinentem dietum eius et filii eius capti eum ipso, iurantium, sie vera fuisse, dixere dieti judiees restitui debere pro . . . . . .

[D] I Item eum repererint dieti judiees, Simonem de Lanfraneho . . . . . opoli, et venientem Toseum[3]) eum uno suo banzono, in quo erant Petrus Benedietus navelerius et Albertus Pisanus et Jacobus de Malfe[4]), et erat earieatus . . . . . soeiis per homines de insula de Taxo eum duabus barehis armatis, eum essent ipsi in loeo dieto Casso[5]), eum ivissent ipse Symon et Jacobus ad salutandum dominationem . . . . . valuerit yperpera XL; item in alia parte post hoc forte per mensem, eum veniret de Sperosa[6]) eum dieto banzono et soeiis predietis, per nepotem Sparamiehali eum una galiota, de se . . . derobatum fuisse eum soeiis de tanto, quod valuerit yperpera XX, et ultra hoc verberatos fuisse per eos, inter arma et coreda ligni; et hec omnia fuisse probata *[et]* inventa, vera esse, per seripturam Baiuli de Nigroponte . . . . . produetorum pro pso facto, iurantium, sie esse; ideireo dixere ipsi judiees, predieto Symoni pro se et soeiis suis restitui debere pro dietis duobus dampnis et satisfaeione ipsorum yperpera LX.

II Item eum invenerint etiam dieti domini, Petrum Cadenazum, burgensem Nigropontis, et Johannem eius filium, eum irent Salonieh eum una eorum eozularia — iam sunt plures V

[1]) Sic ms. Cfr. vocem r e s c a t a r e supra p. 190.
[2]) I. e. *ad Nigropontem.*
[3]) *Toscum* ms. An *Taxum* (Thasum), ut alibi? De Thaso v. p. 165.
[4]) *Amalfi? Melfi?* De utraque probe distinguenda adi Thessalonicam p. 478.
[5]) I. e. *Caso*, Beninensæ *Caxio*, Scarpanto a meridie.
[6]) *Sperosa* s. *Asperosa*, Hebro ab occasu.

anni — in qua erant Rodoanus, sclavus Johannis Ranozi et Ventura sclavus et Aldigerius, caricata de olco, mele(sic), pice et aliis mercimoniis de quodam mense Marcii, fuisse derobatos in loco dicto Loscato[1]) per Nicholaum, filium Salerni[2]) et Rotarium cum una galiota de Johanne Senzaraxon de Salonicho, et captos et portatos de Salonich, et missos in carceribus et dampnificatos de tanto, quod valuerit cum dicto ligno et carico pro ipsis patre et filio yperpera C et pro sociis in VIIII yperperis; item et in alia parte derobatum fuisse dictum Petrum — iam sunt V anni et plus — cum veniret una cum sua barcha caricata de vino de Lateo(sic), in qua erat Michali et Philippus Vassallus et alii, et essent ad scolium de Lecathe[3]) per Nicolaum de Salerno[2]) et . . . cum duabus vachetis armatis in Salonich de gente domini Imperatoris de dicto vino, et eum fuisse portatum cum aliis et barcha ad Lichoniam[4]), ubi vendiderint vinum dicti cursarii, quem vinum valuit XXX yperpera et plus; item et in alia parte fuisse derobatum ipsum Petrum cum dicto filio suo post predicta, cum irent de Nigroponte ad Armiro, in portu Armiro per Leonem Fulcum cum una vacheta armata ad Salonich de gente domini Imperatoris, de tanto oleo, quod valuit yperpera VIIII et plus; item etiam in alia parte tempore domini Nicholai Miglani fuisse derobatum, cum iret cum una sua barcha de Nigroponte ad Pertimo[5]), in qua erant Theodorus et Romanus marinarii, in dicto

[1]) *lo Scato* (Sciatho insula)?

[2]) *Salemi, Salemo,* ut supra?

[3]) *Leucathe?* Leucadia est hodierna insula S. Maura, cum promuntorio cognomine terræ continentis.

[4]) Locus quidam Aetoliæ litoralis spectari videtur, quem etiam in Partitione Regni Græci memoratum putabamus; sed vide iam t. I, p. 471. Catalogus urbium, quarum nomina deperdita sunt (Constantinus Porphyrogenitus etc. nostræ editionis p. 21): Αἰτωλία, τὰ Λεχώνια. I. e. *Aetolia,* ubi locus *Lechonia.* Situs dubius, forsan prope Anatolicum quærendus.

[5]) An veterum *Porthmus,* nunc *Porto Bufalo?* Leake II, 435. — De Andrea Gaforo, ibidem memorato, conf. Hopfii libellum: Urkunden etc. zur Geschichte der Insel Andros. Wien 1856. p. 28, not. 5.

Pertimo per Andream Gaforum, hominem dicti Imperatoris, cum una galea armata de dicta barca, que valuit cum coredis XVI yperpera et plus, ita, quod opportuit ipsum venire per terram ad Nigropontem; quorum omnium factorum scita et cognita veritate per scripturas Baiuli Nigropontis, continentes dicta ipsorum Petri et filii et testium productorum, iurantium, sic omnia esse vera; dixere dicti domini judices, eidem Petro pro se et filio esse restituenda pro suo dampno proprio facto yperpera C et sociis eius yperpera VIIII, et pro omnibus tribus aliis factis ipsi Petro yperpera LV.

III Item Johanni, filio dicti Petri, derobato, cum esset ad Dimitriatham cum I barcha — iam est annus et ultra — per Mengadomesticum et Cumanos[1]), qui erant cum eo, de tantis suis rebus, que valuerant yperpera XII et dimidium; cognita veritate et scita per scripturam Baiuli et dictum istius iurantis, sic esse, dixere dicti domini, restitui debere pro satisfacione sui dampni yperpera XII et dimidium.

IV Item cum repererint dicti domini, Johannem Barberium, cum se dividetur [sic][2]) de Constantinopoli cum I platia Dominici Rasorii, et iret Metolinum[3]), in qua erant ipse Dominicus et Antonius Pelegrinus et Martinus Benfato nauclerius et Boninus Griti et Johannes Franzonus et alii, omnes de Nigroponte, et caricaret ibi de multis victualibus et mercimoniis, longe forte per milliarium I de Cethon[4]) — iam sunt IIII anni transacti —

[1]) I. e. megadomesticum, titulum Byzantinorum aulicum. Omittitur nomen viri proprium, ut alibi in hoc diplomate. Quid vero hoc loco Cumani, si quidem apographum Venetum se recte habet? Erantne Cumani vel tum temporis mercenarii Imperatoris Byzantini?

[2]) Sic. Leg. divideret, i. o. cum abiret, theotisce: als er sich trennte.

[3]) *Metellinum*, *Metelinum*, i. e. Lesbum veterum, coll. Thessalonica p. 516 sq. Turcice *Midilli*, coll. Hadschi Chalfa l. c. p. 196.

[4]) Locus ut tot alia in tanta latinitatis Venetæ barbarie obscurior. Erit *Zetunium*, *Zitunium*, Benincasæ *Logittom* (Turcarum *Isdin*) Thessaliæ occidentalis. De Zitunio cfr. Vischer. l. c. p. 647.

in die Epyphanie fuisse captum una cum predictis, et derobatum, et spoliatum nudum, et alios etiam, et dampnificatos fuisse; ideirco dixere ipsi judices, eidem Johanni pro se et sociis pro ipsorum dampno restitui debere yperpera LXXXX in tantum de dictis rebus, que valuerint yperpera LXXXX, per Barnabam, hominem domini Imperatoris, cum una galiota; et hec omnia vera probata et inventa fuisse per scripturam Baiuli, continentem ipsorum dicta et testium productorum super his, iurantium, sic vera fuisse; ideirco . . .

Item cum invenerint dicti domini, Jacobum Becarium, v burgensem Nigropontis — iam sunt IIII anni et plus — cum veniret de terra Talandi[1]), ubi fuerat cum una barcha caricata de frumento in societate cum Vasilli Alleluia Lombardo, fuisse captum per Ansaldum, comitum domini Imperatoris cum una galiota, et derobatum de dicta barca et carico, et ipsum fuisse dampnificatum in XXVIII yperpera et ultra; et in alia parte per dictum Ansaldum fuisse dampnificatum in XII yperpera et dimidium a Labondoniza[2]), qui acceperat filio ipsius Jacobi vocato Dominicus, dicendo, quod pater eius promiserat sibi dare; de his omnibus scita et cognita veritate per scripturam Baiuli, continentem dicta ipsorum Jacobi et filii iurantium, sic fuisse; ideirco dixere ipsi judices, dicto Jacobo restituenda fore pro satisfacione sui dampni yperpera XL.

Item cum invenerint etiam dicti domini, Michaelem Lova- vi nicum de Nigroponte — jam est annus et ultra — cum ivisset de Nigroponte ad Baldonizam, et caricasset unam barcam de frumento et fabis, et esset adhuc ad ripam, derobatum fuisse

---

[1]) De hac urbe vide p. 164.

[2]) I. e. *la Boudoniza. Bandenica, Baldenicia* Benincasæ. Est urbs sita in transitu e Thessalia in Boeotiam. Pouqueville, Voyage celt. ed. 2, T. I, p. 191 sq. T. IV, p. 89 sq. Hadschi Chalfa l. c. p. 109. Adde Tabulam Lapiei Turcicam, fol. XI. Idem valet de voce *Baldonizam*, quæ deinceps sequetur. Est corrupta ex *Bodonizam*. Paulo inferius occurrit forma *Bulduniza*

per Pollicastrum Delosoe, comitum unius vachete et barche armatarum, et per eos, qui eum eo erant, de magna quantitate earigi frumenti et fabarum et corredorum barche, et de barcha etiam, quam eombuserant in altero die sequenti VIII galee domini Imperatoris; eognita veritate per dictum eius et sacramentum et scripturam Baiuli; ideireo dixere dieti judiees, eidem Miehaeli restitui debere pro sui dampno yperpera XLV.

VII Item Alexio, filio Petri Adam, derobato de quodam mense Aprilis, dum iret de Nigroponte eum quadam bareha honerata de vietualibus et mercibus in portu Limipathegisi[1]), per Bartholomeum Foseolum, Jacobum Quasmulum et Sevasto Piperi et horum comites III galcarum VI galiote[2]) domini Imperatoris, de tanto, quod valuerat yperpera XXXVI: cognita veritate per scripturas et dictum eius eum sacramento, sie omnia vera fuisse; dixere dieti judiees, restitui debere pro suo dampno yperpera XXXVI.

VIII Item eum repererint dieti domini, Salem campsorem, burgensem Nigropontis, tempore Baiulatus domini Andree Baroci, dedisse unam galeam, quam habebat in soeietate eum Ughieione Bono, Gerardo Capello et Marino Trivisano, cum irent Galipolim[3]) ad luerandum ipsi duo .....; et cum ivissent eum ipsa galea ad dietum loeum Galipolim, existente treugua inter dominum Imperatorem et comune Veneeiarum, antequam intrarent terram, quesita fidancia[4]) tamquam Veneti et licentia intrandi a castellano dicti loei et habita ab ipso castellano, et ipsis Gerardo et Marino eum fiducia et secure

---

[1]) Videtur esse insula, dubii tamen sensus silusque. In Bondelmontii libro insularum Archipelagi p. 129. 250 occurrit insula *Limen*, quam eandem esse putant eum *Haloneso* veterum, *Pelagnisi* recentiorum. Jam revoca notam 4, pag. 166.

[2]) I. e. hi piratæ Græci habebant tres galeas et sex galeotas Imperatorias.

[3]) *Gallipolim*, *Callipolin*, urbem Propontidis notissimam. Cfr. I, 468.

[4]) Fidejussione de securitate hominum rerumque, Italis fidanza, Hispanis fianza.

intrantibus dictam terram, eos fuisse captos per dictum castellanum et homines suos et derobatos de dicta galea et sarcinis et corredis, et dictum Salem fuisse dampnificatum de medietate dicte galee cum his, quas habebat, in yperperis CCCC; et hec omnia inventa et probata vera fuisse per dictum et sacramentum dicti Salem et scriptura Baiuli et per testimonium dictorum Gerardi et Marini, iurantium et asserentium, sic fuisse, proprio sacramento . . . . . roboratum; idcirco dixere iidem iudices, eidem Salem pro parte sui dampni restituenda fore yperpera CCCC.

Item cum invenerint dicti domini, Matheum Barberium de IX
Nigroponte — iam sunt plus de tribus annis — cum veniret de Larmiro cum ligno Raynaldi Cathalani, in quo erat ipse Raynaldus et Albertus Seraphynus et quidam Jacobus nomine et Dominicus Zavamen, et esset in loco dicto Altilandum[1]), fuisse captum cum dicto ligno per Meneghellum cum uno ligno, et ductum ad Cavalli[2]), ubi erant Petrus de Balduino cum una galiota et Cusaldus cum una galiota et Portulanus cum una vacheta, qui omnes erant de gente domini Imperatoris et de dicto loco, postea ductum ad Scopulum[3]) et derobatum tunc per predictos omnibus rebus, quas habebat, que valuerant yperpera L et ultra; de his scita plene et cognita veritate per scripturam Baiuli, continentem dictum eiusdem veritatis, sic esse; idcirco dixere ipsi domini judices, dicto Matheo restitui debere pro suo dampno yperpera L.

Item Dominico Zavamen, derobato similiter cum predicto X
Matheo per dictos cursarios in dicto loco et tempore, quo ipso

---

[1]) I. e. *Atalantem* s. *Talandam*, de qua v. p. 164. Adde Vischerum l. c. p. 633.

[2]) An *Cavalam* Macedoniæ, olim Neapolin, ut multis visum? De ea v. Nos uberius agentes in Thessalonica pag. 499. Adde Viam Egnatiam, Commentat. II, pag. 12—17; Meletium Geogr. ed. 2, T. II, p. 465.

[3]) I. e. *Scopelum* insulam, corruptela medii ævi trita, ut non semel in hoc diplomate. Cfr. pag. 204. 205.

Matheus derobatus suis rebus, iuranti, sic fuisse, et scita veritate, dixere domini judices, restitui debere yperpera XII et dimidium.

XI Item Petro Lombardo, derobato in dic sancte Marie de Augusto, dum veniret de Andra[1]) cum una gondola inter Caristum et Cambiamantellum[2]), per . . . . . de Malvasia cum una vacheta, de tanto, quod valuit yperpera XX et ultra; scita veritate per scripturam Baiuli et dictum ipsius iurantis, sic esse, dixere dicti judices, debere restitui pro suo dampno yperpera XX.

XII Item Tholomeo de Clugia, derobato tempore Baiulatus domini Andree Dandolo ad Armiro prope sanctum Nicholaum de Lethatiche[3]) per Johannem . . . . . comitum cum duabus vachetis armatis in Salonich de gente domini Imperatoris, de omnibus, quas habebat in una cozularia; scita veritate et cognita per scripturam Baiuli et dictum eius iurantis, sic esse, dixere dicti iudices, restituenda fore pro suo dampno yperpera XXV.

XIII Item cum repererint dicti judices, Ottolinum de Mediolano, burgensem Nigropontis, derobatum fuisse per Johannem Senzaraxon, hominem domini Imperatoris, prope insulam Scopoli tempore Baiulatus dicti domini Andree Dandoli de multis suis bonis et rebus, quas habebat Angelus de Trumba in una barca; item et in alia parte per dictum Johannem de multis suis rebus, quas habebat in una barca Chavachi, cum iret ad Julicam dicto tempore; item in alia parte per Obicinum, hominem domini Imperatoris, ad Pantalenas[4]) tempore predicti domini Andree, de multis suis rebus, quas habebat in una barcha quidam

---

[1]) *Andro* insula, coll. pag. 162. 194. 197.

[2]) De hoc promuntorio Euboeæ maxime meridionali v. notam 4, p. 161.

[3]) Significatur promuntorium Euboeæ (Nigropontis) maxime boreale, nomine *Lithada* (Tab. Lapiei Turc. fol. XI). Cfr. etiam p. 167. 196.

[4]) Cfr. supra p. 166.

nomine Niger, dum veniret de Andra Nigropontem; item et in alia parte per cursarios de saneto Mandrachi [1]) de multis suis rebus, quas habebat in una barca Dominici Venerii, super Scopolum, tempore dicti domini Andree Dandoli; item et in alia parte ad Spigam eumdem fuisse derobatum de multis suis rebus, quas habebat Petrus Mucius, qui evaserant de quodam naufragio; item et in alia parte ad insulam de Cossa Andra [2]) tempore Baiulatus domini Marci Bembo per Johannem de Cassandra de multis aliis suis rebus, quas habebat Tehodorinus; item et in alia parte per Mengadelongari ad Dimitriatam [3]) de multis suis rebus, quas habebat Henricus de Zanaxino; item et in alia parte per Johannem de Lacardica [4]) tempore domini Nicholai Miglani Baiuli de multis suis rebus, que ablata fuere Theodoro de Lolongo [5]); item et in alia parte eumdem Ottolinum fuisse derobatum de aliis suis rebus per Johannem de Cea ad Columpnas [6]) tempore domini Victoris Delphini, Baiuli Nigropontis, que ablata fuerant Albertino in barca Berardi; cognita,

---

[1]) *Samothrace* insula. De ea egimus ad Diploma de Partitione Regni Græci (p. 478 primi voluminis). Adde Bondelmontium l. c. p. 126, ubi dicitur *Mandrachi*. Turcice *Semadrek*, *Semendrek* (Hadschi Chalfa l. c. p. 196). De *Spiga*, urbe Propontidi adposita, vid. II, 116.

[2]) *Cassandra?* Parvam insulam Cassandram deprehendimus in sinu Cassandreotico a. Toronæo (Hagios Mamas), coll. Tabula Lapici Turcica, fol. XI. Paulo post habemus rectam Cassandræ (immo Cassandriæ) scriptionem. De isthmo *Cassandreae* v. Leake l. l. III, 152.

[3]) Demetriadem Thessaliæ prope sinum Volo, ut alibi in hoc diplomate.

[4]) I. e. *de la Cardica* (Gardicia), coll. nota 2, p. 195.

[5]) *de lo Longo?* Est *Lungus* unum e promuntoriis Macedonicis, sc. Toronaicum. Hadschi Chalfa l. c. p. 82. Melet. Geogr. T. II. p. 462. Haud parva autem pars harum causarum et actionum versatur in piratis Thessalicis et Macedonicis.

[6]) I. e. promuntorium Atticæ *Sunium*, de quo v. notam 4, p. 165. Meletius Geogr. ed. 2, T. II, p. 355: Μετὰ τοῦτον (portum Laurii) ἔπεται τὸ Σούνιον ἄκρον, τὸ διασημότατον καὶ νοτιώτατον ἁπάσης τῆς Ἀχαΐας ἤτοι τῆς Ἑλλάδος· τὸ ὁποῖον καὶ Ἱερὸν ὀνομάζεται καὶ Κάβο Κολῶνε, ἀπὸ τῶν κολωνῶν ἤτοι τῶν στηλῶν τοῦ ἱεροῦ τῆς Σουνιάδος Ἀθηνᾶς, τοῦ κατασκευασθέντος ἐπάνω αὐτοῦ τοῦ ἀκρωτηρίου· οὗτινος αἱ στῆλαι μέχρι τοῦ νῦν ὁρῶνται.

seita et inventa veritate omnium predictorum dampnorum, et ipsis dampnis visis et examinatis diligenter, et fide habita per scripturas Baiuli Nigropontis et dicta ipsius, iurantis, predicta omnia vera esse: ideireo dixere ipsi iudices, eidem Ottolino restitui debere pro omnibus dictis dampnis yperpera CLVII.

XIV Item cum reperta (leg. *repertum*) sit etiam per dictos judices, Petrum de Ystria, eum recomandasset quamdam suam galeam Antonio Lixi nauclerio et Valentino Civranum (sic) in Rielea[1]), ut ire deberent cum ipsa Constantinopolim, et euntes per fortunam venirent cum ipsa ad portam[2]) de Latritina prope casale Bondari, et fracta ibi dicta galea, et evasis pro maiori parte multis rebus, que erant ibi, et acceptis postmodum violenter ipsis rebus per gentes de partibus illis, quas evaserant marinarii, dampnificatum fuisse in yperperis CLX et ultra; item et in alia parte eum derobatum fuisse de quibusdam suis rebus, quas habebat in bareha Berrardi Rosso per unam vachetam de Cea; item et in alia parte de aliis suis rebus, quas habebat in bareha Fulchi de Clugia ad ripam Rei[3]) — iam est unus annus et plus — per Nicholaum et Raymondinum, filios Salerni[4]); item et in alia parte fuisse derobatum de multis aliis suis rebus, quas habebat in bareha Symeonis Lambardo, per Petrum de Balduino cum galeis domini Imperatoris in culfo Nigropontis — iam est annus et plus — et in his tribus locis et vicibus dampnificatum fuisse .....; visis scripturis et examinatis omnium predictorum dampnorum et dictis super his dicti Petri et testium producturum per ipsum coram Baiulo Nigropontis, iurantium, et eorum sacramento..... Petro pro dictis IIII dampnis diligenter consideratis restituenda fore yperpera dicta CC.

---

[1]) *Heraclea Propontidis*, ut videtur.

[2]) portum?

[3]) *Rhii*, promuntorii Achaiæ, cui oppositum Antirrhium, Aetoliæ (Locridis) promuntorium? Cfr. not. 5, p. 195.

[4]) Cfr. p. 199.

Item cum invenerint etiam dicti judices, suprascriptum [E] 1
Petrum de Ystria derobatum . . . . . de hominibus domini Imperatoris in culfo Nigropontis de multis suis rebus, que fuerant in barcha Jacobi Beccary; item etiam in . . . rebus, quas habebat Johannes Piza pro ipso Petro; item etiam in alia parte inter Parium et Nicxiam[1]) per Beginum, qui armaverat Anie de una sua gondula . . . de Clugia, et ipsum Petrum dampnificatum fuisse in XX yperperis et ultra in istis tribus viaticis[2]): visa et cognita veritate per scripturam et dictum eius iurantis, sic omnia vera . . .; restitui debere pro dictis suis dampnis yperpera XX.

Item cum repertum fuerit etiam per eosdem dominos, u
Rizardum Englose tempore Baiulatus domini Andree Danduli . . . . . una marcelliana Stephani Boni et Defionisto, et iret Nigropontem subter Betham de lo Fermenie, derobatum fuisse per Johanem Delocavo cum una galiota de remis LXXX et Andream Gaforum cum una vachcta de remis XXVI de tanta mercadandia et rebus, quas habebat ibi, que valuerint yperpera CVII et plus; item etiam in alia parte tempore dicti Baiulatus, cum iret Stromulam subter Montem Sanctum[3]) et esset in quadam cozularia Phylippi Galli. fuisse derobatum per Barnabam et Mafeum de la Gripiota et Stramaglium, qui stabat ad sanctum Mandrachi[4]) cum tribus galeis et una galiota, de tanto inter yperpera aurea et pannos et mercadandiam, que valuerint yperpera C et plus: cognita et scita pleue veritate per dictum eius et trium testium introductorum per ipsum, iurantium et asscreutium ipsorum sacramento, omnia sic fuisse:

---

[1]) I. e. inter Parum et Naxum insulas. De Pario, Hellesponti urbe, vix cogitandum.

[2]) I. e. itineribus, itinerationibus.

[3]) *Stromula: Lastromola* Beninecasæ, Strymonis ostia. — Ἅγιον ὄρος, *Athos.*

[4]) *Samothracen* insulam, coll. nota 1, pag. 205.

idcirco dixere ipsi judices, eidem Rizardo pro satisfactione dictorum suorum dampnorum restitui debere yperpera CCVII.

III Item cum invenerint etiam dicti domini, Marinum Viglonum, burgensem Nigropontis, de quodam mense Februario — iam sunt plures tribus annis — cum iret ad Macrem de Turchia[1]) cum una condura Antonii Damizo una cum ipso Antonio, Marino Signolo, Raphaele Dotbo, Petro Mozo et pluribus aliis, que erat caricata de furmento et vino, cum esset in portu diete Maere, veniente Crivicioto de Rothe[2]) ibi cum una galea et tribus lignis et una barcha, et salutato eo cum sociis tamquam amicis per ipsum Marinum et socios, et receptis bene ipsis per ipsum Crivicioti et gentem suam, et datis ipsis de suis rebus, ipso presenti die de sero fuisse assalitum[3]) cum sociis suis et ligno; et etiam aliam cozulariam Bonifatii de Lomuto, burgensis Nigropontis, et sociorum per ipsum Criviciotum et gentem eius; et vulneratos et interfectos esse ex utraque parte; et demum fuisse captum una cum sociis et dicto suo ligno et alio dicti Bonifacii cum omnibus, qui ibi erant, et eos omnes captos ductos fuisse Rotham per dictum Criviciotum et socios per aquam in vituperium Venetorum cum tumbis et caramellis[4]), et postmodum verberatos per totam terram, et ducta ligna in portu, ductos fuisse ad carceres et detentos per VII menses in maximo vituperio, ubi oportebat eos ducere pancerias[5]), fodere fossata et lapides portare ad muros; sed tandem dimissis eis de carceribus mandato domini Imperatoris, ubi creditur eis restituta fuisse multa de suis rebus et dicto Marino, restitutis

---

[1]) Vide notam 2, p. 196. De condura vid. p. 162.

[2]) *Rhodo*. Cfr. p. 161.

[3]) I. e. hostiliter petitum.

[4]) I. e. tympanis et fistulis accinentibus, sc. illudendi gratia. Certe *caramellare* est τζαμπουνίζειν s. τζαμπουρνίζειν, *zampognare, cornamusare*. Cfr. Somavera s. his voce. et DuCang. in gloss. Græco.

[5]) Vide notam 1, p. 197. Panceriæ fuerint canales maiores, oppositæ fossis, an cuniculi?

sibi quibusdam, tantum fuisse retentum de suis rebus, in quo dampnificatus fuerit in yperperis XXXI et plus; cognita de predictis et scita veritate per scripturam Baiuli de Nigroponte et dictum ipsius Marini, iurantis et affirmantis, sic omnia vera esse; ideirco dixere dicti domini judices, dicto Marino pro suo dampno restitui debere yperpera XXXI.

Item cum inventum fuerit etiam per eosdem dominos, IV
Michaelem Anconitanum, burgensem Nigropontis — iam sunt VI anni et plures — cum esset ad Sperosam [1]), et Marcus Carlosam et unum lignum de Scopulo cum currissent illum locum, et cepissent quam plures de hominibus ipsius loci, fuisse captum per Madianum, Ducham de Sperosa, simul cum Petro Anconitano et Petro Caro et aliis Venetis, qui erant ibi, minantem eis, quod faceret eos occidi pro eo, quod illi cucurrerant terram; respondentibus dicto Michaeli et aliis, quod ullam culpam habebant, quia erant Veneti, et illi, qui currerant terram, erant Lombardi: in fine tamen post hec dicto Madiano querente a dicto Michaele mutuo pro redimendis suis captivis a dictis cursariis C yperpera, et prestitis sibi propter timorem persone, de quibus promiserat sibi dare furmentum; et postea iterum in sequenti die quesitis per dictum Madianum occasione predicta aliis C yperperis mutuo ab ipso Michaeli, et ob timorem sibi prestitis L solum, tenendo ipsum Michaelem dictus Madianus per mensem in verbis de dandis sibi et restituendis dictis yperperis vel frumento; et solutis et redditis eidem Michaeli per ipsum Madianum de dictis CL yperperis LXX solum in denario et frumento, tenuisse ipsi Michaeli dictum Madianum LXXX yperpera, que plus habere non potuit, et in his eundem Michaelem dampnificatum fuisse; cognita de predictis veritate ac scita per scripturam Baiuli Nigropontis, continentem dictum ipsius et testium introductorum per ipsum, iurantium et sacramento

[1]) De *Sperosa* vide pag. 198. Adde pag. 212.

affirmantium, predicta omnia sic fuisse: idcirco dixere dicti judices, eidem Michaeli debere restitui et dari pro satisfacione dampni et restitutione dictorum yperperorum yperpera LXXX.

v Item cum invenerint etiam dicti judices, dictum Michaelem Anconitanum — iam sunt VI anni et ultra — cum dedisset unam suam cozulariam Benevenuto, filio suo naturali, et Petro Acheli et marinariis quibusdam, de quorum nominibus non recordabatur, cum suis rebus et mercadandiis, et essent subter Montem Sanctum; et quidam de dicto loco fuisse*nt* capti per quosdam Lombardos et reddempti per istos de cozularia, auditis novis per illos de Salonich, quod homines de Monte Sancto capti erant, non intellecto, quo modo factum fuisse*t*; venientibus illis de Salonich ibi et capientibus, et ductis Salonich dictis omnibus de dicta cozularia et derobatis omnibus rebus et dimissis post scito facto per ipsos ad petitionem consulis Venetorum, et restitutis pro maiori parte rebus ad petitionem cuiusdam . . . . . ., qui fuerat Nigropontem, et exiverat de carceribus, Moree[1]) dampnificatum fuisse in yperperis XXX et ultra; item et in alia parte fuisse dampnificatum ipsum Michaelem de yperperis V et pluribus per Rolandum de Salonich, qui erat cum una galiota ad Potamum[2]), de suis rebus, quas habebat in sua barca Conzilugni et alii marinarii; cognita et scita veritate de predictis dampnis per dictum ipsius iurantis, sic esse, et scripturam Baiuli: idcirco dixere dicti domini judices, eidem Michaeli restitui debere pro emendatione dictorum dampnorum yperpera XXXV.

vi Item Aymerico Grassello Veneto, derobato in portu ad Formenetas tempore domini Andree Dandoli, Baiuli Nigropontis, in quadam nocte s. Martini, dum essent in una marcelliana

---

[1]) I. e. *in Peloponneso*.

[2]) Veterum Ποταμὸς orae Atticae orient. (Forbiger. l. c. III. 955); an *Potamo* Beninensae, fluvius Peloponnesi?

Stephani Boni et Philippi Tionisto, de tanto vino et cera et aliis rebus, que valuerint yperpera XXVII, per Andream Gaforum et Johanem de Locavo, homines domini Imperatoris cum undecim lignis, que armaverant Constantinopoli et Anie; cognita et scita veritate de predictis per scripturam Baiuli, continentis (l. *continentem*) dictum eius iurantis, sic esse, et per dicta testium productorum per ipsum coram dictis dominis, iurantium, sic fuisse; dixere ipsi domini judices, restitui debere pro suo dampno yperpera XXVII.

Item cum repererint dicti domini, Georgium Sardum, VII burgensem Nigropontis, dum veniret de Constantinopoli cum una sua barca et uxore sua et cum Andrea sclavo et Marco Marcono et Saliteno et duobus . . . de Napoli, et qui habebant litteras securitatis a Jacobo Suriano, qui gerebat vices Baiulatus pro domino Marcho Michaele in Constantinopoli, cum esset ad Lampsacum, captum ibi fuisse per Episcopum dicti loci et Cotiarium [1]) et homines ipsius loci, et derobatum de dicta barca et omnibus rebus, quas habebat, et spoliatum una cum uxore et ceteris, et acceptum fuisse sibi tantum, quod valuerit cum barca yperpera LXXX: cognita et scita veritate de his per scripturam Baiuli et dicta ipsius et testis producti per ipsum super hoc, iurantium et sacramento asserentium, sic fuisse; ideirco dixere dicti judices, eidem Georgio restituenda fore pro suo dampno yperpera LXXX.

Item Nichole Lupo et Antonio, eius nepoti, derobatis de VIII quodam mense Augusti, dum veniret de Caristo Nigropontem cum barca una de Capari Veneto, ad Pantalenas [2]) per

---

[1]) De Episcopo sensu ecclesiastico vix cogitandum, sed de magistratu seculari; quod idem in nomen Cot. cadere videtur. An est κοιτωνάρτος?

[2]) Nomen proprium in hoc diplomate plus semel obvium. Sunt insulæ Petaliæ prope Carystum urbem. De his v. Meletium Geogr. ed. 2, T. III, p. 9. Adde Tabulam Lapiei Turcicam, fol. XI. Adde notas p. 53. 166. — Mox s. Mandrachi idem est quod Samothrace. Cfr. p. 205.



Digitized by Google

Georgium de sancto Mandrachi cum duabus vachetis armatis de hominibus domini Imperatoris de tantis rebus et mercadandiis, que fuerant Vineiverre Pelliparii, que valuerant yperpera L: iurantibus sic fuisse, dixere, restitui debere pro suo dampno yperpera L.

IX Item Marco Rubeo de sancto Gervasio de Veneciis, derobato, dum veniret de Andre[1]) Nigropontem — iam sunt tres anni elapsi et plus — in loco dicto Barovele per Ansaldum et Johanuem de Pero Balbo cum galiotis domini Imperatoris et una vacheta, de tanta seta et caseo, que valuere yperpera XXX: de hoc scita veritate per dictum eius et testium iurantium, sic fuisse, dixere dicti domini, restituenda fore pro emendatione dicti dampni yperpera XXX.

X Item Florio Mazaferro, derobato tempore domini Andree Dandoli, Baiuli Nigropontis, cum esset ad Sperosa, per homines dicti loci de suis timonibus et vellis[2]) de tanto, quod valuerit yperpera XXXV et plus, pro eo, quod quidam Lombardi currerant ipsam terram, tempore, quando fuit etiam Michael Anconitanus et . . . socii derobati dicta occasione, iuranti, sic fuisse vera; de hoc cognita veritate, dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera XXXV.

XI Item Marino Dotho, derobato — iam sunt duo anni transacti et ultra — dum veniret de Crete de mense Octubris, per Zanetum, nepotem domini Butarelli, cum duabus galeis domini Imperatoris, inter Ceam et Macrenisso[3]), de tanto, quod valuit yperpera XXV et plus: de hoc scita veritate . . . sie fuisse, dixere dicti judices restitui debere pro suo dampno yperpera XXV.

---

[1]) *Andro.* Cfr. p. 162.

[2]) I. e. gubernaculis et velis. De seqq. cfr. p. 209, IV.

[3]) I. e. *Helenæ* insulam, prope oram orientalem Atticæ meridionalis, Μακρονῆσι. Vide Meletium Geogr. ed. 2, T. III, p. 27.

Item Marino Paradiso, derobato — iam est annus elapsus XII
et ultra — dum iret de Nigroponte ad Latam[1]) per medium
Buldunizam[2]), per Righetum et Charthopolum et Gimerium de
Loreo[3]) cum duabus barchis de Grecis, de tanto, quod valuerit
yperpera XI: cognita veritate per dictum eius iurantis, sic esse;
dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yper-
pera XI.

Item Johanni de Frasanella, derobato — iam est annus XIII
elapsus et plus — de quodam mense Novembris, cum iret de
Nigroponte et esset allo Lipisso[4]), per Nicholaum, filium
Salerni *[Salemi?]*, cum una barca de tantis suis rebus, que
valuerint yperpera XVIIII et plus: cognita veritate per dictum
eius iurantis, sic fuisse; dixere dicti judices, restituenda fore
pro emendatione sui dampni yperpera XVIIII.

Item Martino Chegabo, derobato tempore domini Nicholai XIV
Miglani, Baiuli Nigropontis, dum esset in portu Talandi[5]), per
Casaldum Januensem cum duabus galeis et duabus vachetis de
tanto furmento, quem habebat ibi in quadam barcha, qui valuit
yperpera XIII et plus: cognita de predictis et scita etiam veritate
per dictum ipsius Martini, iurantis et asserentis, omnia sic fuisse;
dixere dicti domini, restitui debere pro suo dampno yper-
pera XIII.

[1]) Ad Latam recurri infra p. 221. Contractum videtur ex Lithadam vel Talantam.

[2]) Idem esse videtur, quod *Bodoniza* et *Baldoniza*, de qua urbe v. pag. 201. Incertum vero, quid sit per medium? Quum ire per medium sit *trajicere*, *passer au travers*, coll. Henschel. ad DuCang., erit per medium, per mezzo = dirimpetto Italorum, i. e. ex adverso.

[3]) I. e. *de l'Oreo*. Est Oreos Euboeae borealis urbs nota.

[4]) *Allo Lipisso*, Italice, i. e. *ad Lipissum*, Lepsiam, Lipsum insulam; apud Bondelmontium l. c. p. 106 (coll. p. 206) corrupte *Dihim*. Aliis *Lipso*, Negropontis urbs, placebit.

[5]) I. e. in freto inter Nigropontem (Euboeam) borealem et terram Locrorum Opuntinorum continentem, ubi prope oram est urbs *Talanda*, de qua vide pag. 164. Hodiedum Canalis Talanti, coll. Tabula Lapici Turcica, fol. XI.

XV Item magistro Gerardo Marangono, derobato et dampnificato de quadam sua barcha et uno grippo[1]) et suis retibus, quas dederat — iam est annus et ultra — Theodoro de Corono et Nichole de Crete, marinariis suis, ut irent ad piscandum, dum essent ad Argalium, per Grecos illius contrate, quam barcam combuserunt, et alia omnia acceperunt predictis, que valuerant yperpera L et ultra; scita veritate per dictum eius iurantis, sic esse, dixere ipsi domini, restitui debere pro suo dampno yperpera L.

XVI Item Theodoro Signolo derobato — iam sunt quatuor anni et ultra — dum veniret de Larmiro[2]) cum una barca, et esset per medium Loreo ad Cambiamantellum[3]), per Johannem Senzaraxon cum quatuor lignis domini Imperatoris, de tanto inter yperpera aurea et mercadandias, quod valuit yperpera LXXXVII et plus: cognita et scita veritate per scripturam et dictum eius iurantis, omnia sic fuisse; dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera LXXXVII.

XVII Item Michaeli Brugnaco, derobato in mense Decembri preterito — fuit unus annus et ultra — et dampnificato de quadam sua barca, quam dederat ad naulum Angelo Marin et Stephano Dotholo et Johanni Petenario, ut irent ad lucrandum usque Aliconiam, quam, cum issent, et reverterentur Nigropontem, acceperunt eis homines de Lofitelco[4]), scilicet Zanellus et eius filius cum suis coredis; et in alia parte . . . . . ad Limoñ de thethis[5]), quas sibi combuxit, in tanto, quod valuerit yperpera

---

[1]) Navigio minori, celoce. Italice grippo.

[2]) l. e. *l'Armiro*, *Armyro*.

[3]) Medio loco inter Oreum (l'Oreo) et promuntorium Camb.? Vide notam 2, p. 213; 4. p. 161.

[4]) l. c. *lo Fiteleo*. Supra pag. 176 habuimus *portum Vituli*. Adde, quod paulo inferius occurrit, sc. *Fetali*. Est Pteleum veterum urbs ad sinum Volo (Pagaseticum), hodie *Ftelio*, coll. Leake travels in Northern Gr. T. IV. p. 341. Adde notam nostram 2, p. 167. — Aliconiam, i. e. ad Liconiam. Cfr. p. 217, not. 2.

[5]) An ad *Limenen* (cfr. supra p. 166) *de thecis*?

XVIII: cognita veritate de his per dictum eius iurantis, omnia sic fuisse . . . . . .

Item cum repererint dicti judices, Johannem Barozum . . . [F] I
. . . mercadandiarum et aliarum rerum et arnesiarum et corredorum ligni sui: de his scita veritate per scripturas factas exinde; ideirco dixere dicti . . . . . pro satisfacione ipsius yperpera XLVIII.

Item Marco Fermo Veneto, habitatori Athenarum, dero- II
bato — iam sunt quatuor anni et ultra — . . . . . Laprona, et vellet venire Nigropontem, per Perpignanum cum tribus galeis domini Imperatoris, de tanto melle, qui valuerit yperpera XL: scita veritate per dictum eius iurantis. sic fuisse . . . pro suo dampno yperpera XL.

Item Phylippo de Lapathia[1]), derobato de mense Marcii III
— iam est annus et ultra — dum veniret cum una sua barca de Levithica[2]), cum esset ad pontam de Ythache, per Margarotum de Cea cum uno ligno, quem armaverat in Malvasia, de tantis suis rebus, que valuerint yperpera LXIII: visa et cognita veritate per dictum eius iurantis, sic fuisse; dixere dicti judices, restitui debere pro satisfacione sui dampni yperpera LXIII.

Item Petro Calbo, derobato — iam sunt quinque anni et IV
plus — dum veniret de Constantinopoli cum uno suo ligno, et passus fuisset naufragium in loco dicto Latrisilium in pertinentiis sancti Johannis Todeos per Ducham dicti sancti Johannis de tantis suis rebus evasis de naufragio predicto, que valuerint yperpera XL et ultra: scita veritate per dictum eius iurantis, sic fuisse, dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera XL.

---

[1]) Similem nominis geographici formam habuimus in Partitione Regni Græci (p. 470 primi voluminis). Adde notam nostram 3, p. 174.

[2]) l. e. insula *Levita*, veterum *Lebintho*, coll. Bondelmontio de insulis p. 101. 199. Adde notam nostram 1, p. 229.

v Item Petro Benedicto, habitatori Nigropontis, derobato tempore treugue et domini Petri Geno, Baiuli Nigropontis, cum iret de Nigroponte ad Armiro cum barcha unius, vocati Clementus, in loco vocato Fetali[1]), per Johannem Senzaraxon cum una galiota de tanto inter denarios et mercadandia, quod valueri[n]t yperpera LXXVIII et plus; scita veritate per dictum eius iurantis, sic esse, dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera LXXVIII.

vi Item Dominico Beccario et Cosme Poncio de Nigroponte, derobato (sic) tempore dicti Baiulatus cum duabus eorum cozulariis, quarum erant patroni, dum essent ad Agnomama[2]) ad mercatum, et ivissent infra terram ad emendum frumentum, per quatuor Grecos de dicta terra de tanto inter denarios et alia, que valuerint yperpera LXVII et de vellis ipsorum, quas habuit Rolandus Cavalerius, que valuere yperpera XXXII, et captis etiam per ipsos et ductis in carceribus ad Thesalonicam[3]): visa et cognita veritate per scripturas Baiuli de predictis missas comuni Veneciarum, et facta ratione dampni utriusque ipsorum; dixere dicti domini judices, restitui debere pro suis dampnis yperpera LXXXXVIIII, videlicet Dominico XLVI yperpera, et Cosme predicto LIII yperpera.

vii Item Leoni Benenca de Nigroponte, derobato de mense Octubris currente MCCLXXVI, cum esset ad Chino[4]) et spectaret ibi unam suam barcam, que debebat venire de Nigroponte, per Pardum de Salonich de tantis suis rebus de dicta barca,

---

[1]) I. e. *Fetali*. Vide notam 4, p. 214.

[2]) Scribi debebat *Agio Mama* (Ἅγιος Μάμας), i. e. veterum Torone cum sinu cognomine, coll. Melet. geogr. ed. 2, T. II, p. 462 sq.: Ἅγιος Μάμας, κώμη τανῦν ὀνομαστοτέρα τῶν ἄλλων, ἀπὸ τῆς ὁποίας ὀνομάζεται τανῦν ὁ Τορωναϊκὸς κόλπος. Adde Tabulam Lapici Turcicam, fol. XI. Adde notam nostram T. I, p. 496.

[3]) Sic ms. uno *s* more scriptorum quorundam medii ævi, coll. Thessalonica, pag. 21.

[4]) An *Chiro?* De qua insula parva adi Bondelmontium l. c. p. 98. 197.

quam ducebat Georgius de Creta, inter denarios et alia arnesia et coreda barche, que valuerint yperpera LXXVIII; et scita veritate per dictum eius et testis producti super hoc, iurantium, vera esse: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera LXXVIII.

VIII Item Jacobo Beccario, derobato hinc in dicto loco et tempore per dictum Pardum de tanto, quod valuerit yperpera XVIII et plus in denario tantum, dum intraret portum predicti loci, iuranti sic esse: dixere dicti iudices, restitui debere pro dicto dampno yperpera XVIII.

IX Item Bartholomeo Sanxo Veneto, derobato de mense Aprilis uno — iam est annus et ultra — dum iret ad Staream, et esset per medium Scopulum [1]), per Johannem Senzaraxonem de tanto inter yperpera in denario et sue cozularie coreda et alia, que valuerint yperpera CC: scita et cognita veritate per scripturam, continentem dictum eius et testium super hoc receptorum coram dictis dominis, iurantium, sic fuisse; dixere ipsi domini judices, restituenda pro suo dampno yperpera CC.

X Item cum hoc sit, quod, cum Nicholinus, filius Clementis, et Phylippus aurifex irent cum una barca ad Liconiam [2]), in qua barca erant Bonus sclavus, Symonetus Hermacoras et Bartholomeus, et essent ad scollos [3]) Pisanorum in mense Septembris — iam est annus elapsus et ultra — fuerant capti per Pardum, nepotem sere [4]) Rolandi Cavalerii, et derobati, Phylippus videlicet de tanto, quod valuerit inter denarios et alia yperpera L, et Nicholinus et alii socii de tanto, quod valuerit CXXX yper-

---

[1]) I. e. Scopelo ex adverso.

[2]) Significari videtur *Lechonia*, Aetoliæ locus, coll. pag. 199. Aliis præplacebit locus Lechonia (Λεχώνια) ad sinum Thessaliæ Pagaseticum, veterum Joleus, coll. Melet. geogr. l. c. T. II. p. 451. 454. Respicitur enim mare Thessalo-Macedonicum. Cfr. etiam T. I. p. 499.

[3]) I. e. scolios, scopulos. i. e. *promuntorium*, aut etiam *portus*.

[4]) I. e. sir, κύρ, domini.—In Velica quaeras locum *Cap Verliq* (Kissavo).

pera inter denarios et alia, et postea fuerunt missi Nicholetus in terram ad Velicam et Phylippus in terram ad Stonlandolam, et alii portati fuerunt Thesalonicam: quorum omnium et singulorum scita et cognita veritate per scripturam, dicta eorum continentem, iurantium, sic omnia vera fuisse: dixere dicti iudices, restitui debere ipsis omnibus pro suis dampnis, ut amiserunt et predictum est, yperpera CLXXX.

XI Item Bartholomeo de Arnaldo — iam sunt duo anni et plus — derobato et dampnificato, dum iret Constantinopolim cum una galea Petri de Ystria, et fuisset passus naufragium una cum sociis, et essent in loco, qui dicitur Gritina, per homines casalis sive rusticos, qui dicuntur Leodari — et est Mengalogoteti[1]) — de tanto de suis rebus evasis de naufragio, que valuerint yperpera LXXV: iuranti et asserenti, sic fuisse, dixere ipsi iudices, restitui debere pro predicto dampno yperpera LXXV.

XII Item Johanni Capucio, derobato per Raymondinum, filium Salemi, dum veniret Jacobinus puer suus cum una barca de Nigroponte, quam Raymondinus armaverat in Salonico, de tantis de rebus suis et sociorum de ipsa barca, que valuerint yperpera XXXV et plus: iuranti, sic fuisse, dixere dicti iudices, restitui debere pro se et aliis sociis de ipsa barca pro ipsorum dampno yperpera XXXV.

XIII Item Bartholomeo Spinello, derobato, dum veniret ad Bondenizam[2]) cum una sua cozularia honerata de furmento et fabis, in loco, dicto Paioveo, per Bartholomeum filium Salemi cum una vacheta de Salonicho, de tanto inter cozulariam et caricum, quod valuerit yperpera LXXV et plus: iuranti et asserenti, sic fuisse, dixere dicti judices, restitui debere pro ipso dampno yperpera LXXV.

---

[1]) I. e. leuderii — et est μεγαλογοδέτου. — Gritina forsan (scala) Kalerina. Leake III, 425.

[2]) *Bodonizam*, de qua v. supra pag. 201.

Item cum hoc sit, quod, cum die lune XVI intrante mense XIV
Decembris currente MCCLXXV essent Johannes Vulpis, Benedictus Frascha, Matheus de Jaorbo, Bonifacius de sancta Maria et Angelus Marinus cum cozularia Leonis Benenca ad insulam Andre ad scolios Delgnuri, caricata de suis mercimoniis causa veniendi Nigropontem, venit ibi Bulgarinus de Ania[1]) cum una galiota, et petiit ab eis, unde esset lignum, et ipsi responderunt: *Veneti sumus omnes de Nigroponte*, ipse Bulgarinus respondit: *tales quero, quia Venetos volo et quero;* et sic tunc cum his, qui cum ipso erant, ipse Bulgarinus cepit eos omnes, et litteras securitatis, quas habebant, accepit et sfolavit[2]) suis pedibus, et tullit eis omnes merces et alia, que habebant, et misit eos in terram solummodo in personis, et dampnificavit eos sic, quod fuit dampnum dicti Johannis yperpera XV, dicti Benedicti yperpera XIIII, dicti Mathei yperpera XL et dampnum dicti Bonifacii yperpera XXX et dicti Angeli yperpera XXVIII; et fuit dampnum dicti Leonis de cozularia et coredis et aliis suis rebus yperpera C, et domini Petri de Mediolano et Manfredini eius cognati de duobus equis et una mula, que erant in ipsa cozularia, yperpera IIII: de quibus omnibus et singulis scita et cognita veritate per scripturam Baiuli Nigropontis, continentem dicta omnium predictorum, iurantium et asserentium, vera esse; dixere dicti domini judices, restitui debere pro predictis omnibus pro suis dampnis predictas quantitates suorum dampnorum, que videntur in summa ascendere in yperperis CCXXXI.

Item Georgio de Crete, derobato die IIII intrante Marcio XV
MCCLXXVI, dum veniret cum una sua barca de Sagora[3]),

---

[1]) Ania est Anæa Cariæ, de qua v. Nos p. 161.

[2]) Idemne quod sfogliavit, i. e. dilaceravit?

[3]) I. e. *Zagora*, urbe et promuntorio Magnesiæ Thessalicæ, coll. Melet. l. c. T. II, p. 452. Tab. Lapiei Turc. fol. XI.

caricata de mercimoniis et victualibus, cum foret ad pontam Delitalde[1]), veniendo Nigropontem, per Grecos de Lorco[2]) cum una vacheta de tanto, quod valuerit yperpera X et grossorum VIII et dimidium: scita veritate per dictum ipsius iurantis, sic fuisse; dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera X et grossorum VIII et dimidium.

XVI Item Georgio Raguseo, derobato, cum esset cum uno ligno Johannis Magienzocho in culfo de Macre[3]), per Johannem Delocavo cum una vacheta armata, de tanto inter linum et datullos[4]), quod constituerat yperpera XXV: cognita veritate per dictum eius et duorum testium productorum super hoc, iurantium, sic fuisse; dixere iidem domini judices, restituenda fore pro suo dampno yperpera XXV.

XVII Item Marco Raymondo, derobato de mense Marcii currente MCCLXXVI, cum fuisset caricari de furmento et ordio Neapolim[5]), ut iret Monosiam[6]) . . . per Corsum, cognatum Regini, habitatorem Anic, cum una vacheta de remis XL, quam ibi armaverat de gente domini Imperatoris, de tanto inter barcam et caricum et arnesia, quod valuerit yperpera CXX et ultra: iuranti, sic fuisse, cognita veritate dixere dicti judices, debere restitui pro suo dampno yperpera CXX.

XVIII Item Nicholao de Loscopolo, derobato suprascripto millesimo de mense Januarii, dum veniret de Crete cum una plativa, et esset per medium Monasiam in mari, per Paulum de Monossia cum uno ligno armato ibi de remis LXIIII, comitum ibi, de tanto, quod valuerit yperpera XXV et plus: scita veritate per

---

[1]) I. e. *de Litalde*, *Lithadi*, qui est locus Euboeæ borealis, prope Oreum. Vide supra p. 167.

[2]) I. e. *de l'Oreo*. Cfr. p. 213.

[3]) De *Macra*, Lyciæ urbe, v. p. 196.

[4]) Dactylos, palmæ fructus.

[5]) *Naupliam?*

[6]) *Malvasiam*, *Monobasiam*, *Monembasiam*. Cfr. p. 192.

dictum eius et iuramentum, dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera XXV.

Item Marcho Michaeli de Buriano da mar[1]), derobato XIX suprascripto millesimo de mense Julii, dum veniret de Constantinopoli cum una barca, cum esset per medium Loreum, per Johannem Senzaraxon cum uno ligno de remis LII, quod armaverat in Salonico, de tanto, quod valuerit yperpera XL inter barcam et alia arnesia et vestimenta: scita veritate per ipsum et testes super hoc iurantes, sic esse; dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera XL.

Item Jacobo Trivixano de confinio sancti Stephani de XX Muriano[2]), suprascripto millesimo de mense Julii derobato, dum veniret de la Lata, et esset ali Canali cum una barca, per dictum Johannem Senzaraxon cum ligno de remis LII de Thesalonica, de tanto, quod valuerit sol. XII denariorum grossorum, iuranti et asserenti, sic fuisse: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno solidos denariorum grossorum XII.

Item Ade Scuriti, derobato suprascripto millesimo de XXI mense Augusti, dum iret a Nigroponte in Aniam cum una barca, in qua erant marinarii plures, honerata de merzariis et diversis rebus, dum esset ad Cambiamantellum, per Costantium Bordovem et duos suos patres et Demonozanem et Pizarellum, omnes de Cia[3]), cum tribus barchis de tanto, quod valuerit inter deuarios grossorum et merzarias et res et terciam partem barche, quod valuerit LXXXV yperpera, et etiam spoliato una cum sociis vestimentis propriis: cognita de his et scita veritate per dictum eius et testium super hec receptorum, iurantium, sic

[1]) I. e. *Burano*, insula lagunarum. Cfr. Venezia e le sue lagune II, 2, 507.

[2]) *Murano*, insula amplior prope Venetias. Cfr. Venezia e le sue lagune II, 2, 503. *La Lata* cfr. p. 213, XII; *ali Canali* i. e. in freto Euboico.

[3]) *Ceo* insula. De *Cambiamantello* v. p. 161.

fuisse: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera LXXXV.

XXII Item Johanni Pize, derobato tunc in dicta barca et per predictos curzarios de tanto, quod valuerit yperpera XVII cum parte dicte barche, quam habebat, iuranti, sic fuisse, et affirmato sacramento dicti Ade, dixere dicti domini judices, restitui debere pro suo dampno yperpera XVII.

XXIII Item cum repererint . . . . . Johannem . . . . . Angelum de Symoneto, Petrum Anconitanum, Thomam de Fermo, Nicholaum de Brundusio et Johannem Semiteculum, omnes socios, derobatos fuisse suprascripto millesimo in *vigilia* . . . . . Nigropontem, per Pardum cum uno ligno ser Rolandi de Salonico et Johannem Cosquinam, comitum ipsius ligni, et socios, de tanto . . . . . usque ad camisias[1]): scita et cognita de predictis veritate per dicta ipsorum omnium et sacramenta, iurantium, sic fuisse, dixere . . . . . .

[G] I Item suprascripto Johanni, filio Angeli de Symoneto, derobato post aliam derobationem for . . . . . iuranti, sic esse; dixere dicti judices, restitui debere pro dampno yperpera XXV.

II Item Dominico Bondemiro et Georgio de Crete, derobato de mense Novembris currente millesimo . . . . . Johannes de Bussello, tertius socius, et duo pueri de Caristo, marinarii Nigropontis, cum essent ad Talandi[2]), per Petrum Sarracenum de sancto Mandrachi[3]) cum uno ligno de remis XLII de omnibus . . . . . iurantibus, sic fuisse: dixere dicti judices, restitui debere pro ipsorum dampno yperpera XXXIII.

III Item Nicholao Surriano derobato — iam sunt duo anni et plus — dum esset ad Bondoniciam[4]) cum una barcha

[1]) Usque ad indusia.
[2]) Ad urbem *Talanta*, de qua v. p. 164.
[3]) *Samothrace* insula. Cfr. p. 205. 211.
[4]) I. e. *Bodonizam*, de qua v. p. 218.

honerata de frumento et fabis, per Petrum de Balduino et Savasto Zuraghi cum galeis VIII domini Imperatoris, de tanto de dicto frumento et fabis et aliis rebus, quod valuerant yperpera XLIII: scita veritate per ipsum et testem introductum, iurantes, sic fuisse; dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera XLIII.

Item Johanni Lovanico, derobato de mense Junii currente IV
MCCLXXVI, dum esset ad Gaudicam[1]) cum una cozularia, in qua erat Antonius de Lucha[2]) et alii plures, per Johanuem Senzaraxonem cum sua galiota, de tanto furmento et olco, quanto valuit cum denariis et vestibus similiter acceptis yperpera LXX et plus: scita veritate per dictum eius iurantis, sic fuisse, dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera LXX.

Item Antonio de Lucha, derobato tunc in dicto ligno et V
per dictum Johannem de tanto, quanto valuit yperpera XVIIII: scita veritate per sacramentum et dictum dicti Johannis Lovanico, dixere dicti judices, reddi debere pro suo dampno yperpera XVIIII.

Item cum hoc sit, quod, cum Marinus Vilionus et Petrus VI
Lanza et Johannes Lipimanus socii essent simul in una cozularia de mense Augusti currente MCCLXXV simul cum Marcho Trivisano, Johanne Truzano et Angelo Bonzii et aliis, et ivissent de Nigroponte ad locum quemdam, qui dicitur Agio Mama[3]); et cum essent ibi, ivissent postmodum ad accipiendum perstomam et cambiandum ducatos suos duo ex his, scilicet Marinus Vilionus et Johannes Lipimanus: illi de Salonicho ceperunt eos et acceperunt ipsis suos denarios, quos habebant, et posuerunt eos in carcerem, et dampnificaverunt ipsos tres, scilicet Mari-

---

[1]) *Gardiciam?* De ea v. p. 195.
[2]) *Lucca?*
[3]) De hoc loco v. notam 2, p. 216.

num, Petrum et Johannem Lipi[1]), cum ipsorum parte cozularie et denariis et rebus, quas acceperunt, de tanto, quod valuit yperpera CXXII et plus; inter quos robatores fuit Rolandus Cavalerius de Salonico cum ligno suo, et Greci, qui cum eo erant, et quidam nomine Corpolatus[2]) fuit, qui fecit eos poni in carcerem: de quibus omnibus scita et cognita veritate per scripturam Baiuli Nigropontis et sacramenta plurium ipsorum, iurantium, sic fuisse; idcirco dixere dicti judices, dictis Marino, Petro et Johanni Lipimano pro suis dampnis comuniter restitui debere yperpera CXXII.

VII Item Marcho, filio Margarite, que dicitur filia Burgurite, derobato de mense Madii nuper preteriti die X . . . . . per Johannem Delcavo, Saladiuum et Moschetum, homines et cursarios domini Imperatoris cum tribus lignis armatis, et capto et marturiato[3]) et ligato in camisia et spoliato de tanto inter arma et alia sua bona, que valuerint libras CCC denariorum . . . . . veritate per scripturam missam et litteras super ipso facto et sacramentum factum; dixere dicti judices, restitui debere CCC libras Venetas.

VIII Item cum reperierint dicti judices, Marchum Trivisanum Venetum, morantem in Nigroponte, cum iret in una cozularia — iam sunt duo anni elapsi et ultra — de Nigroponte ad Salonicum una cum Marino Viglono, Petro Lancea, Johanne Truzano, Johanne Lipimano et Angelo Bencio sociis, et essent ad Yomaniam[4]), fuisse captum per Rolandum Cavalerium et socios, qui cum eo erant, homines domini Imperatoris in dicta terra, simul cum sociis, et fuisse derobatum omnibus suis

---

[1]) Idem, ut par est, qui initio hujus paragraphi dicitur Johannes Lipimanus.

[2]) I. e. Κουροπαλάτης, quæ fuit aulica Græcorum dignitas; quod nomen Italus pro voce gentilitia sumsit. Cfr. Reiskium ad Const. Porphyr. II, 266 ed. Bonn.

[3]) I. e. martyrizato, vexato, torto, ut videtur.

[4]) *Aiomamam?* Cfr. p. 216, not. 2.

bonis, et ductum in carceribus ad Salonichum, compositum per Corpolatum, tunc dominum Saloniehi, et detentum per V menses, et ipsa occasione dampnificatum fuisse inter ea, quc sibi accepta fuerant, in yperperis et aliis arnesiis, et partem suam eozularie, et expensas factas occasione carceris in yperperis multis; item et in alia parte eumdem derobatum et dampnificatum esse de quodam mense Augusti — iam sunt duo anni et plus — dum iret eum una sua eozularia de Nigroponte in Cretc cum frumento et ordeo, cum esset in loco vocato le Cavalline[1]), per unum lignum de XVIII remis, quod erat armatum in Ania per gentem domini Imperatoris eum voluntate Castrasille, de multis suis rebus et bonis, ita, quod inter ista duo dampna tantum fuerit, quod ascenderet in yperperis LXXXX et ultra: scita et cognita veritate de predictis per scripturam eius, iurantis, sic omnia vera fuisse; idcirco dixere ipsi judices, debere eidem Marcho restitui pro suo dampno yperpera LXXXX.

Item cum inventum fuerit per dictos judices, hoc videli- IX cet, quod, cum Johannes Michael de confinio sancti Moysi de mense Aprilis, die decimo exeunte, de anno proximo preterito, secessisset de terra Napoli, terra Moree, cum una sua tareta Catalanesca, caricata sale, cum fidancia sibi data ab hominibus Monovasie, et iret per mare versus portum Monovasie simul eum Marino de Utari[2]), habitatore in Romania, eius nauclerio Botacio, qui fuit Januensis, et Vendramino Mauro sancti Gervasii et aliis pluribus suis marinariis, venerunt ad ipsum duo ligna armata de hominibus domini Imperatoris, quorum lignorum erant comiti Johannes de lo Cavo, qui armaverat in Monosia, et Moschetus, qui armaverat in Ania, et aliud lignum erat in conserva[3]) ipsorum duorum lignorum, cujus erat comitus

[1]) De hoc loco v. p. 162, n. 2.

[2]) An *Scutario?*

[3]) Gallice conserve. Sunt foederatæ naves, quæ eundem cursum tenentes sibi mutuam opem promittunt.

Saladino; sed non venit tunc ad ipsum. Et tunc intravit ipse Johannes Michael portum Monovasie, quod est ante terram; et dum esset ibi, dicta duo ligna ceperunt ipsum cum consilio illorum de Monovasia, cum quibus satis consulerant, antequam hoc faecerent, et voluntate, ut credit; et derobaverunt ipsum in dicto portu, videntibus predictis de Monovasia, et abstulerunt inter denarios de una sua casella[1]) et mercadandias et alias suas res et arnesia tantum, quod valuerit DCCLXII yperpera. De quibus omnibus scita et cognita veritate per dictum ipsius Johannis coram domino Duce et testium productorum super dicto facto, iurantium et asserentium, sic omnia vera fuisse; ideireo dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno eidem Johanni Michaeli yperpera DCCLXII.

x Item cum repertum fuerit et per dictos judices, Dessam Michaelis de Jadra de mense Madii, de anno proxime preterito, cum ipse cum uno suo banzono caricato de furmento, de quo erat ipse patronus, veniret Veneciis simul cum infrascriptis personis et marinariis dicti banzoni, quorum dampna et facta subsequenter per ordinem ponentur, qui omnes sunt Jadratini, et essent in portu Vallone[2]), fuisse derobatum per tria ligna armata de hominibus domini Imperatoris, quorum lignorum erat comitus Johannes de Lo Cavo de Ania unius, alterius Saladino, eius cognatus, comitus, tercii Mosehetus, eius gener, comitus; et captum et ductum cum aliis omnibus ad Butrinto[3]), et acceptа omnia sua bona et res; hoc fuisse per tres dies in exitu Madii predicti, et dampnificatum de tanto, quod valuerit libras V et V solidos denariorum grossorum et plus: ideireo de predictis scita et cognita veritate per dictum eius et sociorum

[1]) Idemne quod capsella, capsula, Italorum cassetta, an casula?

[2]) *Aulonis*, urbis maritimæ Epiri, infra Dyrrachium e meridie, de qua præter alios adeundus Meletius Geogr. ed. 2, T. II, p. 253.

[3]) *Buthrotum* Epiri.

omnium, iurantium et asserentium omnium, sic vera fuisse; dixere predieti domini judices, eidem Desse restitui debere pro satisfacione sui dampni libras V et V solidos denariorum grossorum Venetorum.

Item Theodoro, filio ipsius Desse, et Fumato, eius cognato, derobatis tunc in dicto banzono per dictos cursarios de suis armis, rebus et bonis: dixere dieti judices, restitui debere pro suo dampno libras IIII grossorum, minus solidi IIII de grossis. XI

Item Leonardo, fratri dieti Desse, derobato tunc in dicto ligno per dictos cursarios, iuranti, sic esse, de suis rebus et bonis[1]): dixere dieti judices, restitui debere pro suo dampno XXX solidos denariorum grossorum. XII

Item Zorzi, nauclerio dicti banzoni, derobato tunc in ipso . . . . . de suis rebus et bonis, iuranti, sic esse: dixere dicti domini debere restitui pro suo dampno VIIII solidos grossorum. XIII

Item Johanni de Frueerino, panesio dicti banzoni, derobato tunc in ipso per predictos cursarios de suis rebus et bonis, viso et examinato suo dampno, qui iuravit sic esse; dixere restitui debere pro suo dampno solidos XI de grossis. XIV

Item Johanni Longo, marinario dieti ligni, derobato . . . . . multis suis rebus, iuranti, sic fore; dixere ipsi domini, restituendi (sic) fore pro suo dampno solidos VI grossorum. XV

Item Domaldo, patronus unius medietatis dicti ligni, derobato tunc ut predieti per dictos cursarios de suis rebus et bonis, iuranti, sic fuisse; dixere dicti domini, restitui debere pro suo dampno solidos X denariorum grossorum. XVI

Item Jacobo, perderio *[proderio]* dicti ligni, derobato tunc ut alii per dictos cursarios de suis rebus et bonis, iuranti, sic esse; dixere iidem judices, restitui debere pro suo dampno solidos VI denariorum grossorum. XVII

[1]) Justior verborum ordo erat: ...per d. cursarios de suis rebus cett.

XVIII Item Stephano Andree Ormintende, perderio *[proderio]* similiter dicti ligni, derobato tunc de suis rebus et bonis per iam dictos cursarios, iuranti sic esse: dixere ipsi domini judices, restitui debere pro suo dampno solidos IIII, et medium grossorum.

XIX Item Boncino Pisano de Jadra, derobato similiter in dicto ligno de suis rebus et bonis per dictos cursarios, iuranti, sic fuisse: dixere dicti judices, restitui debere solidos III et medium grossorum.

XX Item Salvo, filio Magistri Marcole, derobato tunc etiam ut alii in dicto ligno de suis bonis et rebus, asserenti suo sacramento, sic vera fuisse: dixere dicti domini, reddi debere pro suo dampno solidos X denariorum grossorum.

XXI Item Dominizo de Frinzerino, derobato in dicto ligno ut alii per dictos cursarios de suis bonis et rebus, iuranti, sic fuisse: dixere dicti domini judices, reddi debere pro suo dampno solidos VI denariorum grossorum.

XXII Item Bodoano Zorzi de Vegla, derobato similiter ut predicti in dicto banzono per suprascriptos cursarios tunc de suis rebus et bonis, iuranti, sic vera esse: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno solidos IX denariorum grossorum.

XXIII Item Micha de Gronco, derobato similiter ut alii in dicto ligno per dictos cursarios de suis rebus et bonis, iuranti, sic verum esse: dixere dicti domini judices, reddi debere pro suo dampno solidos V et dimidium denariorum grossorum.

XXIV Item Petro de Bona de Jadra, derobato in dicto ligno similiter ut predicti per iam dictos cursarios de suis bonis . . . . . dicti judices, restitui debere pro suo dampno solidos IIII et dimidium grossorum.

[II] I Item cum repererint dicti judices, nobilem virum *[Gervasium]* . . . circa finem, dum navigaret similiter cum Matheo filio suo et aliis suis marinariis, inferius per ordinem annotatis, cum

uno banzono . . . . . in quodam loco, vocato Livita[1]), inter acursum fuisse captum et derobatum una cum filio et aliis omnibus per Johannem de lo Cavo et alios, qui cum eo erant, cursarios . . . . . tribus galiotis, qui armati fuerant ad Aniam, et dampnificatum fuisse cum filio de tanto inter sarcinam, vela, artimonem[2]), arma, denarios, pannos, victualia et alia arnesia . . .; et hec omnia et singula sua dampna et aliorum marinariorum nota, probata, manifesta et inventa fuerint esse vera per litteras nobilis viri domini Marini Justiniani, comitis Ragusii, et suorum . . . . . eorum omnium, et testium introductorum pro ipsis super his et factis ceterorum marinariorum, iurantium et asserentium eorum sacramento, omnia sic fuisse: idcirco dixere ipsi domini judices, dicto Gervasio pro se et filio restitui debere pro ipsorum dampni satisfacione libras DCC Venetorum parvorum.

II Item Lie(?) de Laveniza, civi Ragusco, nauclerio dicti banzoni, derobato tunc in ipso cum dicto Gervasio et ceteris per dictos cursarios de suis rebus, armis et pannis et aliis; cognita veritate per dictas litteras comitis Ragusci et dictum eius et testium productorum super his, iurantium et asserentium, sic fuisse: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno solidos XXIII denariorum grossorum.

III Item Pasque de Dragona de Ragusio, marinario dicti banzoni, derobato tunc in ipso cum dictis Gervasio et aliis per dictos cursarios de suis rebus, armis, vestibus et bonis; cognita veritate per dictas litteras et dictum eius et testium receptorum super his, iurantium, suo sacramento firmantium, sic fuisse: dixere dicti domini judices, restitui debere pro satisfacione sui dampni solidos XXI grossorum.

---

[1]) I. e. *Levita*, Lebintho insula. Vide notam 2, p. 215.

[2]) I. e. artemonem, i. e. anchoram graviorem. Alibi velum navis breve significare dicitur.

IV Item Gregorio, filio Johannis de Cazainpino de Ragusio, marinario dicti banzoni, derobato similiter tunc cum predictis in dicto ligno per dictos cursarios de omnibus suis rebus, armis et bonis; cognita veritate ac scita per litteras suprascriptas et dicta ipsius et testium, iurantium et eorum sacramento affirmantium, sic fuisse: dixere dicti domini judices, restituendi fore pro satisfacione sui dampni XXX solidos denariorum grossorum.

V Item Gregorio, filio de Dragagne de Ragusio, marinario dicti banzoni, derobato tunc ut alii in ipso per dictos cursarios de omnibus suis rebus et bonis; cognita veritate ac scita per litteras suprascriptas et dicta ipsius et testium productorum, iurantium, sic fuisse: dixere dicti domini judices, restitui debere pro suo dampno solidos .. I grossorum.

VI Item Desse Marini de Ragusio, marinario, derobato tunc cum aliis in ipso ligno per dictos cursarios de omnibus suis rebus; scita veritate, ut de aliis dictum est, iuranti, sic esse: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno solidos XX grossorum.

VII Item Rodoan Genero de Radoi de Ragusio, marinario, derobato tunc cum predictis in dicto ligno per dictos cursarios de omnibus, que ibi habebat; scita veritate, ut de aliis dictum est: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno solidos XV grossorum.

VIII Item Pasque de Bratina de Ragusio, marinario dicti ligni, derobato ut predicti de suis rebus; scita veritate, ut de aliis dictum est: dixere dicti judices, reddi debere pro suo dampno solidos XI denariorum grossorum.

IX Item Zan Gaytano de Ragusio, marinario dicti banzoni, derobato ut alii de omnibus suis rebus; scita veritate, ut de aliis dictum est: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno solidos VIIII grossorum et IIII grossi.

X Item Salvo Raguseo de contratta santi Gervasii de Veneciis, marinario dicti ligni, derobato ut alii de omnibus suis rebus, iuranti et probanti per testes, sic esse: dixere dicti domini judices, restitui debere pro suo dampno solidos X grossorum.

Item Phylippo de Bavo de Clugia, derobato similiter tunc in dicto banzono ut predicti de omnibus, que ibi habebat, iuranti, sic esse: dixere dicti judices, cognita veritate, ut dictum est, restitui debere pro suo dampno solidos XX grossorum. XI

Item Johanni Blanco sancti Stephani de Murano, derobato tempore domini Thomasii Beligni, Baiuli Constantinopolis, per Grecos occasione cuiusdam rixe, mote inter Latinos et Grecos in terra Constantinopolis, intrantes domum, in qua stabat, de tanto de suis rebus et pannis et arnesiis, quod valuit yperpera VI, juranti, sic fuisse: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera VI. XII

Item Marino Baldo de dicta contrata sancti Stephani de Murano, socio dicti Johannis, derobato tunc occasione dicte rixe de suis rebus, valentibus yperpera VII, hoc affirmato per sacramentum: dixere dicti judices, restitui debere pro dicto dampno yperpera VII. XIII

Item Martino Adamo de Corono, derobato, dum iret de Corono ad Valdellas, et esset in portu Qualiarum[1]), per Grecos dicte contrate, intrantes barcham suam violenter, de tanto de sua draparia, quod valuerit yperpera XXX et ultra; facta lamentacione de hoc coram Savasto Gratora[2]), et nulla ratione habita: iuranti, hec vera esse, coram castellanis, ut apparuit per scripturam missam ab ipsis: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera XXX. XIV

Item suprascripto Martino Adamo, derobato et dampnificato in terra de Musistra[3]) de tantis turonensibus, que valuerint yperpera LXXX et ultra, quos habebat Damianus, ipsius cognatus, in quadam statione[4]) Leonis de Maere, per ipsum XV

[1]) *Porto Quaglio*, *P. Quallie* Benincasae (portus Achilleus), prope Tænarium promuntorium (Cap Matapan), coll. Tabula Moreotica, fol. VI.

[2]) I. e. *Sebastocratore*, quod nomen dignitatis his Italis fuit pro nomine proprio et gentilitio.

[3]) An *Misitra* Laconica?

[4]) Statio idem est, quod locus, ubi mercatores merces suas publice venum exponunt.

Leonem, intrantem ipsam stationem et frangentem ipsam violenter de noete; captum postea, dum fugeret, mandato capitanei diete terre et ductum apud Monovasiam, quod hoc non potuit negare, et postmodum detentum personaliter per dominum Monosie[1]), qui erat pro domino Imperatore, et data plezaria[2]) dimissum, nulla sibi facta ratione nec restitutione de dictis yperperis; dicta veritate de his per scripturam castellanorum, coram quibus iuravit, sic esse: dixere ipsi judices, restitui debere pro ipso dampno yperpera LXXX.

XVI Item suprascripto Martino Adamo, derobato *[et]* dampnificato de duobus suis equis, qui constiterant yperpera XXX et ultra, quos emerat ad Cisternam[3]) per Messopotamiti, capitaneum ibi pro domino Imperatore, quos sibi accepit et misit ad Jalleam, dum veniret cum ipso capitaneo ad Zarnatam[4]), non habita solutione precii, neque dictis equis ulterius; scita veritate per scripturam castellanorum, quibus per sacramentum asseruit, sic fuisse: dixere dicti judices, restitui debere pro dicto dampno yperpera XXX.

XVII Item Johanni Conte, habitatori Corono, derobato, dum esset in castro de Belforte in partibus Selavonie tempore treugue, de XVIII yperperis et ultra per . . . . . Generum Savastocratorem, qui ibi erat pro dicto Imperatore, que yperpera dederat in denariis et suis rebus castellano dicti loci in salvo[5]), quod ulterius habere non potuit, licet sibi permitteret reddere: cognita veritate de his per dictum eius, iurantis, esse

---

[1]) I. e. *Monovasiae, Monembasiae, Malvasiae.* Cfr. p. 192. 220.

[2]) Cautione, vadimonio, Italice piezzaria, pieggeria, Gall. plegerie.

[3]) *Portus Cisternarum* in promuntorio Matapan (Tænario) quærendus, coll. Tabula Moreotica, fol. VI.

[4]) Idemne quod *Qualleam* s. *Caillam*, i. e. P. Quaglio? De quo v. supra p. 231. Urbs *Zarnata* Laconicæ assignanda, prope Calamatam, coll. Pouquevill. Voyage ed. 2, T. V, p. 592. Melet. Geogr. ed. 2, T. II, p. 415: Ζαρνάτα, πόλις ταυῦν τῆς Μάννης (l. Μαΐνης). Vide pag. 237.

[5]) I. e. aervanda.

sic, coram castellanis Coroni: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera XVIII.

Item Marcho de Pagnano de Corono, dum esset tempore xviii
treugue cum una barca ad . . . de Mayna[1]), capto per homines ipsius loci et ducto coram . . . . . Imperatoris ibi, et derobato per ipsum et dictos homines de tanta grana[2]), que valuit yperpera XVIII, et detento per unum diem, nec sibi reddita dicta grana; scita veritate per ipsum et dictum Johannem, iurantes coram castellanis, sic esse: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera XVIII.

Item Johanni de Pagnano, habitatori Corono, derobato xix
tempore treugue per Michali Spano, capitaneum in Arduuista[sic][3]), de parte carighi, quam habebat in una barcha caricata de furmento et ordeo, accepta per ipsum, et hominibus, qui erant in ipsa, detentis per IIII dies et postea dimissis: scita veritate per dictum eius, iurantis coram castellanis, sic esse; dixere ipsi judices, restitui debere pro dampno tunc sibi facto et dato yperpera XX.

Item suprascripto Johanni de Pagnano, derobato et dam- xx
pnificato per homines casalis, vocati Poglano, dum mitteret filios suos Marchum et Petrum ibidem ad mercatum, quos ceperunt dicti homines casalis et acceperunt omnia, que habebant, reddita postmodum parte eorum, quam acceperant, de tanto, quod valuerit yperpera L et ultra: asserto coram castellanis, hoc verum fuisse; dixere ipsi judices, restitui debere pro dampno predicto, affirmato per sacramentum, yperpera L.

---

[1]) *Castrum Maynae* prope promuntorium Matapanum quærendum, coll. Tabula Moreotica, fol. VI. Adde Hadschi Chalfam in Rumelia et Bosnia pag. 117.

[2]) Coccum rubeum, granum infectorium.

[3]) An *Andravista?* De Andravista (ni legendum *Andrussa*) Laconicæ pago vide Pouquevill. l. c. T. V, p. 587. De Andrussa adi eundem T. VI, p. 17 sqq. Melet. l. c. T. II, p. 411.

XXI Item Alberto Maraugono et Johanni Conte, derobatis, dum irent de Corono ad Castagnam[1]) cum una barcha caricata de oleo et sale, et essent . . . Belforte, ubi erat capitaneus Macriducha, per homines de Arduuista, descendentes et venientes ad ipsos, et captis et detentis in carceribus cum sociis, de tanto, quod valuerit yperpera LX; affirmato hoc per sacramentum, verum esse, coram castellanis: dixerunt dicti judices, restitui debere pro ipsorum dampno yperpera LX.

XXII Item Magistro Hengeloto, filio Johanni dal Ponte, et Marcho Bono, omnibus habitatoribus Corono, derobatis et dampnificatis, cum misissent unam barcham ipsorum cohopertam, honeratam de sale per Antonium Marcellum de Venetiis, habentem quartam partem in ipsa, ad Spinarizam[2]), per homines dicti loci Spinaricc, et per Johannem de Cossan et Theodorum Nasmulum, qui interfecerunt tunc dictum Antonium, descaricato dicto sale, de tanto, quod valuerit libras IIII grossorum et solidos sex grossorum de ipso sale et aliis: scita et cognita veritate de predictis per scripturam castellanorum, sacramento asserentium, vera esse: dixere dicti judices, restitui debere pro dicto dampno ipsorum libras IIII grossorum et solidos VI de grossis.

XXIII Item dicto Johanni de Ponte, dampnificato tunc pro duobus suis fratribus, qui erant cum dicta barca et sale in XVII solidos grossorum, acceptis ipsis fratribus et de eis derobatis per dictos homines dicte terre Spinarice, et capitaneum ipsorum, tunc, cum fuit interfectus dictus Antonius: cognita veritate ac scita per scripturam castellanorum et dictum dicti Johannis, jurantis, sic esse: dixere dicti judices, reddi et

---

[1]) Pagum *Castegniza* in Maina deprehendimus, coll. Pouquevill. l. c. T. IV, pag. 343.

[2]) Hæc *Spinariza* (Spirnaza) in litore Messeniæ quærenda videtur, coll. Melet. l. c. T. II, p. 406. Alium huius nominis locum in Epiro vidimus, coll. nota 3, p. 176. Lelewel l. l. p. 9 sub *Lapimerra*, p. 10 sub *Penaro*.

restitui debere pro dictis suis fratribus et dampno ipsorum solidos XVII denariorum grossorum.

Item Leonardo Pelizario, habitatori Corono, dampnificato xxiv tunc in dicta barcha de quibusdam . . . . . ut predicti, iuranti, sic esse: dixere dicti judices, restitui debere pro parte sui dampni solidos V denariorum grossorum.

. . . . . .

Item suprascripto Michaele Psimari, derobato, dum esset [J]i ad Vitulum[1]), ubi erat . . . . . earicata de sale et de zarris, per Savatam et alios homines ipsius contrate, descendentes ibidem, de tanto, quod valuerit yperpera VI de suis rebus: cognita veritate . . . . . debere pro dicto suo dampno yperpera VI.

Item Leonardo Zappario, dampnificato, cum mitteret unum ii suum filium de Clarencia ad Coronem . . . . . portum de Jonzis[2]) cum una barcha, et Petrus Balbi, capitaneus in dicto exercitu, comandaverat, cum tota barcha Marinore, qui fuit de Mothono, ut sociaret ipsum cum uno suo ligno, cujus erat comitus . . . . . barcham derobavit de tanto, quod valuerit yperpera V; cognita veritate de his per dictum ipsius Leonardi, iurantis, sic esse, et per scripta castellanorum: et dixerunt ipsi judices, eidem Leonardo pro dicto dampno filii sui restitui debere yperpera V.

Item Martino Spatario, habitatori Corono, dampnificato iii tunc, cum mortuus fuit Antonius Marcello de Veneciis ad Spinarizam, de tanto, quod valuerit yperpera V et plus, quod habebat pro sua parte in barca, que tunc fuit accepta cum sale

---

[1]) Significatur *Ftelio* (Ptelcon) ad sinum Pagaseticum (Volo), de quo loco v. notam nostram 4, p. 214. At est etiam alter locus Benincasae prope Maina, ac. *Vitolo*, veterum Οἴτυλος, portus sinus Messeniaci. Forbiger l. l. III, 989.

[2]) Erit Benincasae *punta Giongo (p. de Jonchs)*, Modoni versus boream. Recurrit infra p. 237, VIII.

et derobata; cognita veritate per dictum ipsius, iurantis, sic esse, per scripturas castellanorum, ut predictum est: dixere dicti domini judices, restitui debere pro suo dampno yperpera V.

IV Item Georgio Stravopodhi et Theodoro Sillicioti de Corono, derobatis — iam est annus elapsus et ultra — de quodam mense Aprilis, dum essent ad pontam de Gallo [1]), per Lanfranchum Chavallari de Salonicho, comitum unius ligni armati in Ania, et per homines dicti ligni, qui venerant, ut cucurrerent (l. *accurr.*) casale, vocatum sanctus Georgius, quod est prope dictam pontam, derobantes totam terram et capientes homines et mulieres, et accipientes predictis de ipsorum avere et rebus tantum, quod valuit CL yperpera et plus: ideirco dixere dicti judices, scita de hoc veritate per dictum ipsorum, iurantium coram castellanis, sic esse, restitui debere pro ipsorum dampno yperpera CL.

V Item Nichole Vusdi de Mothono, derobato — iam sunt VI anni et ultra — dum veniret de Crete ad Mothonum cum una sua barcha, per Andriolum, comitum unius ligni domini Imperatoris, de tanto, quod valuerit inter barcam et caricum LXVIII yperpera et ultra; hoc scito et cognito per dictum ipsius, iurantis, sic esse: dixere dicti domini judices, restitui debere pro suo dampno yperpera LXVIII.

VI Item Menego de Ratico, derobato, dum veniret de Creta in Mothonem, per Nichetam de Lavolta, comitum . . . . . de una barcha ipsius Menegi cum toto carico casei, que valuit yperpera CCXXV et ultra: cognita veritate per scripturam castellanorum et dictum ipsius, proprio sacramento asserentis, sic esse; dixere dicti judices, pro suo . . . restitui debere yperpera CCXXV.

[1]) Promuntorium, e meridie urbis Coron, hodie *Cap Gallo*. Videatur Meletius Geogr. ed. 2, T. II, p. 407. Pouquev. Voyage ed. 2, T. VI, p. 63. Tabula Moreotica, fol. V.

Item Theodoro Lalando et Theodoro Cavalicanda de VII
Mothono, derobatis — iam sunt VI anni elapsi et plus — cum essent ad Zarnatam[1]) cum oleo, per dominum illius loci pro domino Imperatore, de tanto de ipso oleo, quod valuerit yperpera XV: scita veritate per ipsorum dictum, iurantium, sic fuisse; dixere dicti judices, restitui debere pro ipsorum dampno yperpera XV.

Item Theodoro Pallealogo[2]) de Mothono, derobato, dum VIII
essent[3]) in portu Jonzi, per exercitum domini Imperatoris, cuius erant capitanei Mengadrumgari[4]) et Liehari, de tanto furmento, quod habebat ibi, quod valuerit yperpera XIII et plus: cognita veritate de hoc ae scita per dietum ipsius, iurantis, sic esse; dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera XIII.

Item Johanni, homini Adami de Mothono, derobato in IX
portu Qualiarum[5]) per Rolandum Cavalerium de Salonicho de multis suis rebus, juranti, sic esse; dixere dicti judices, pro suo dampno restitui debere yperpera VII.

Item eum hoc sit, quod, cum repererint dicti domini X
judices, nobilem virum Marchum Signolum de sancto Pantaleone, cum esset in Constantinopoli tempore, quo dominus Marinus Vallaressus erat ibi et fuit pro ambaxatore comunis Veneciarum, emisse a quodam Januense mercatore M modia frumenti pro certa quantitate precii, et dedisse iam eidem mercatori pro arris[6]) et initio pagamenti[7]) C yperpéra; et antequam haberet ipsum frumentum, nec recipere posset ab ipso

---

[1]) Adi notam 4, p. 232.
[2]) I. e. Palæologo.
[3]) Sic pro esset. Significatur vir cum comitibus suis, coll. nota 2, p. 175.
[4]) I. e. ὁ μέγας δρουγγάριος. Cfr. Reiskium ad Const. Porphyr. II, 76.
[5]) Vide notam 1, p. 231.
[6]) Arrhis, arrhabonibus, Theotisce Har, Aufgeld.
[7]) Pagamentum, paga i. q. solutio, pagamento Italice, Gallice payement.

mercatore, dominum Imperatorem mandasse et fecisse accipi dictum frumentum, nec voluisse nec permisisse ipsum furmentum dictum Marchum habere, nec voluisse sibi fecisse dare, vel reddidisse ipsum, nec solvisse sibi de ipso, cum suum foret ex pacto facto inter ipsum Marchum et mercatorem Januensem, sicut currebat per terram aliqua occasione; neque etiam precibus vel requisitione domini Baiuli, qui tunc erat, neque dicti domini Marini Valaressi ambaxatoris seu aliorum mercatorum Venetorum, qui omnes pro ipso Marcho Signolo quesiverant et rogaverant ipsum dominum Imperatorem pro ipso frumento. Et ista occasione, que(?) non habuerit ipse Marchus ipsum frumentum, nec vendiderit ut alii, qui habebant, propter precium, in quo ascendit frumentum tunc, ipsum Marchum dampnificatum fuisse in maxima quantitate precii; cum hoc fecisse sibi fuerit gravissimum et iniquum, eo, quod homines Veneti in Constantinopoli et alibi ubicumque per totum Imperium, et maxime, ubi posse habet dominus Imperator, esse debeant salvi, liberi et securi cum mercationibus et sine[1]); que quidem omnia cum cognita, probata et manifesta fuerunt dictis dominis, vera esse, per litteras domini Baiuli, missas comuni Veneciarum, per dictum et petitionem ipsius Marchi et testium productorum super hoc facto, iurantium, omnia vera esse; de his habita plena fide et dampno pensato: ideireo dixere ipsi domini judices, eidem Marcho pro suo dampno restitui debere yperpera CCC.

XI Item Marcho Arnaldouis Veneto, comerelato de mense Novembri currente MCCLXVIIII, tempore domini Marini Justiniani Baiuli . . . in Mesembria[2]) per Protaximenem et Caloianni, so figliastro, et Michili Stratiglam et Costantinum Calaurum[3]) comerelarios, in XVII yperperis, iuranti, sic esse verum:

---

[1]) Sc. mercationibus.

[2]) *Misivri*, ad litus Ponti Euxini Thracicum.

[3]) Nomina Græcorum plus semel corrupta.

dixere dicti judices, pro suo dampno restitui debere yperpera XVII.

Item Leonardo maresealcho Bereta, derobato tem- XII
pore domini Andree Dandoli Berete, Baiuli Nigropontis, per Momogati et Calianum[1]) e Locavalum quemque, che se da Lonofe[2]) cum trihus galeis, que veniebant da Cedrigo[3]) in portu de Leserfene[4]), et capto et dueto per ipsos Alesmirle[5]), de tanto, quod valuerit inter oleum et nueellas et alia arnesia yperpera XXVI et plus: seita veritate per dictum eius; dixere dicti judices, debere restitui pro dicto dampno yperpera XXVI.

Item eum repertum fuerit per dictos judices, Michaelem XIII
de Verona, eum ivisset ad Pontaraelam[6]) eum furmento — iam sunt VI anni elapsi et ultra — fuisse dampnificatum et comerclatum per comerelarios, qui ibi erant pro domino Imperatore, in LXXXX yperperis, solutis per ipsum Michaelem ipsis et . . . . . sibi nollent dare modium ad mensurandum, seilicet yperpero uno per centum quolibet ad intratam[7]), et totidem ad inseitam[8]), que aseenderunt in dietam quantitatem; item et in alia parte fuisse comerelatum, cum esset ad Funixiam[9]) . . . . . per eomerclarios, qui ibi erant pro domino Imperatore, in X yperperis; item et in alia parte, cum esset ad Aniam causa honerandi de vino, fuisse comerelatum per eomerclarios, qui ibi erant — iam sunt tres anni elapsi et plus — pro duobus viaticis in XVIII yperperis: de predictis omnibus et singulis

---

[1]) *Caloioannem*? Sequentia Italice corrupta.

[2]) An *da Nanfo* (Anaphe insula)?

[3]) I. e. *Cerigo* insula, veterum Cythera, coll. nota 3, p. 181.

[4]) I. e. *le Serfene, Serfo, Scripho* insula. De Serfo adi Bondelmontium l. c. p. 83. 177.

[5]) An *a le Simie* (*Syme* veterum)? De ea v. Bondelmont. l. c. p. 74. 166.

[6]) I. e. *Pontoheraeliam* (Ποντοηράκλειαν), de qua urbe v. notam 1, p. 188.

[7]) I. e. introitum, Italis intrata, Hispanis entrada, Gallis entrée.

[8]) Sic ms., corrupte, ut videtur. Lege usceitam, i. e. exitum.

[9]) I. e. *Fenossia* s. *Fenoxia*, prope ostia Sakariae (Sangarii) fluvii, Pontoheracleae ab occasu.

scita et cognita veritate per dictum ipsius et testium quatuor producetorum super his, jurantium et asserentium, sic omnia vera esse; ideireo dixere dicti judices, eidem Michaeli restitui debere pro dictis tribus dampnis yperpera CXVIII.

XIV Item eum hoc sit, quod, eum Stephanus Gondelm . . . . . venisset a Strombula[1]) ad terram Constantinopolis cum uno ligno caricato frumento et ordeo, ad quam iverat ipsa occasione — iam sunt tres anni elapsi et plus — una cum Feo Florentino, domino Andrea Bardis et Marcho Marcello, sociis suis, et essent in portu Constantinopolis, venerunt custodes comercli ibi, et bullate fuerint eis porte ligni, ita, quod non poterant vendere, nec aliud facere de ipso blando[2]); et sic stando nec habendo potestatem navis per multum tempus, nec valendo habere licentiam . . . . . Baiulo de discaricando vel vendendo ipsum furmentum et ordeum; contigit, quod in die carnisprivii propter fortunam lignum sfondravit[3]) se, et pro majori parte fuit totum furmentum et ordeum amissum et destructum; propter quod ipse Stephanus de ligno et furmento et ordeo dampnificatus fuit pro parte sua in L yperperis et plus: de quibus omnibus scita et cognita veritate per dictum ipsius et testium producetorum coram dictis dominis super his, iurantium, sic fuisse; dixere ipsi domini judices, restitui debere ipsi Stephano pro sua parte yperpera L.

XV Item eum repererint dicti domini, Stephanum Bonum Venetum, dum veniret de Malvasia cum uno suo ligno et Fionisti Tonisto tempore domini Marini Justiniani, Baiuli Constantinopolis, et domini Andree Dandoli, Baiuli Nigropontis; et eum ipso etiam essent Marchus Jeremias, et forent ad Formenias[4]) in

---

[1]) An *Strobilo* insula? De ea v. Nos ad Partitionem Regni Græci (p. 477 primi voluminis). Nisi est *Stromula*, coll. not. 3, p. 207.

[2]) Blado, frumento.

[3]) I. e. sfondavit so, vox Italica, submersum est.

[4]) An *Fermenias*? Cfr. supra p. 173, coll. 207, II.

portu, quod dicitur Sclavus, fuisse captum per Andriolum Gaforum et Jannem de lo Cavo cum duobus lignis, qui armaverant in Constantinopoli, cum suo ligno et his, qui cum eo erant, et derobatos fuisse per ipsos cursarios . . . . . habebant; et ipsum Stephanum dampnificatum fuisse tunc de tanto, quod valuerit inter mercadandias et vinum de Malvasia, arma, pannos et alia arnesia yperpera CXLV: que omnia cum probata, cognita et manifesta fuerint vera esse per dictum ipsius Stephani et testium productorum, iurantium, sic fuisse, ipsis dominis; idcirco dixere ipsi judices, restitui debere ipsi Stephano pro suo dampno yperpera CXLV.

Item cum invenerint etiam dicti domini, Raynaldum de xvi Niola, burgensem Nigropontis, tempore dominorum Nicholai Barbadico et Phylippi Aurio, domini Andree Dandoli, dicti Bereta, Baiuli Nigropontis, cum misisset in ligno, quod erat Marchi Zubani, ad Salonichi tantos pannos inter sentelaisios[1]) et terlisios[2]), qui ascenderant in capitali CCIIII yperperorum; et postea fuisse dampnificatum et derobatum de ipsis pannis omnibus per Johannem Senzaraxon et socios, qui cum *[eo]* erant, et missis multis nunciis pro ipsa derobatione et aliis, nichil habitum de his et recuperatum fuisse: et de his cognita (fuerit) veritate per eosdem per dictum et petitionem Vigelini, filii quondam dicti Raynaldi, et testes productos super ipso facto coram dominis ipsis, iurantes et asserentes, predicta sic vera fuisse; idcirco dixere ipsi domini, sic de predictis habita plena fide dicto Vigelmo (sic), filio dicti Raynaldi, pro dicto suo patre restitui debere pro dicto dampno yperpera CCIIII.

---

[1]) Sic ms. Significatur zendale s. zendadum, Italice zendado, tela subaerica vel pannus sericus, Theotisce Zendel. Cfr. Diez a. v. et Mutinelli a. v. *fandadum*.

[2]) Subest trilicium, Hisp. terliz, Gall. treillia, Ital. traliccio, Theot. Drillich.

XVII Item Johanni Truzano de Veneciis, derobato, dum esset in uno ligno ad culfum de Acomania[1]) una cum Marcho Trivisano, Petro Lane, Johanne Lipomano, Marino Viglono et Angelo Bonzi de Veneciis, suis sociis, de mense Augusti currente MCCLXXV, per Rolandum, militem de Salonicho et socios suos, ad quem locum iverat cum sociis ad mercatum, de voluntate segnorie et hominum de Acomania[1]), et capto et spoliato omnibus suis rebus, denariis et bonis, quos habebant, et postea posito in carceribus et detento ibi per V menses simul cum sociis, et per Corpolatum[2]), vicarium pro dicto Imperatore in Salonicho, detento in carceribus, et robato de suis danariis et sociorum, et dampnificato pro parte sua solum inter denarios et res et bona sua et expensas occasione carceris in yperperis LXXXX; et cognita et scita de predictis omnibus veritate per dictum ipsius et sociorum quorumdam . . . sic esse: dixere ipsi domini judices, restitui debere pro suo dampno yperpera LXXXX.

XVIII Item . . . . . .

[K]1 Item cum repertum fuerit etiam per dictos dominos, nobilem . . . . . derobatum de rebus et bonis ipsorum fratrum comunibus, quos habebat penes se idem Marchus, dum iret de Clarencia in Crete super Zanto[3]), per Rolandum . . . . . inter unam maximam quantitatem furmenti, que constiterat ultra yperpera sexcenta et ultra, que habebat secum, et denarios grossorum et centura[4]) una de auro et perlis et zag . . . cum botonibus[5]) . . . . . et alia victualia et setam et arne-

---

[1]) Lege *Agio Mama*, veterum Torone cum sinu. Vide pag. 216.

[2]) I. e. curopalatum; quæ vox titulum Græci Regni aulicum significat. Nomen ipsum viri tacetur. Cfr. pag. 224.

[3]) *Zante*, Zacyntho veterum. Est Clarentia Zacynthe opposita. Cfr. p. 170.

[4]) *Cingulo*, *zona*.

[5]) Italice bottone, Gallice bouton. Sunt botones globuli seu fibulæ sphæricæ ad constringendas vestes, coll. nota 3, p. 255. Mutilatum zag fuerit zagarellis (fimbriis de auro), aut probabilius zogiis, i. e. petris pretiosis. Cfr. p. 247, VIII.

sia de lecto[1]) et drapos[2]) de auro et capsellas et alia multa et L yperpera, que habebat secum Rodulfus serviens ipsorum, et marsarias[3]) minu . . . . . archum, in eundo et redeundo per Romaniam occasione recuperandi predicta, que valuerint yperpera M^le^ et ultra, sine dampnis et inutilitatibus multis, que et quas habuerit et sustinuerunt ipsi pro dicta derobatione . . . . . habuissent de ipso suo frumento et aliis: et de his omnibus facta fuerit plena fides, que vera et manifesta fuerunt comuni Veneciarum et ipsis dominis per dicta ipsorum fratrum et testium productorum super hoc facto, iurantium, sic fuisse: idcirco dixere ipsi domini judices eisdem fratribus pro ipsorum dampno et socii restitui debere yperpera mille.

Item cum inventum etiam fuerit per eosdem dominos, u Petrum Castolum et Andream Vendelinum Venetos ac socios de anno preterito de mense Madii, cum essent ambo ad Spinarizam[4]), et caricassent unam navim de furmento et milio et fabis quorumdam de Jadra, cuius erat patronus Dessa de Jadra; et esset ipsa navis caricata super fosa dicte Spinarize, capta ipsa navi cum omnibus marinariis et patrono per Jannem di Cavo et Salathino et socios, homines domini Imperatoris, cum tribus lignis armatis in Ania, et ducta ad Butrinto, castrum domini Imperatoris, cuius erat capitaneus quidam vocatus Lithoriti, et descaricata pro maiori parte et quasi de toto blando, derobatis dictis patrono et marinariis de omnibus eorum rebus et bonis, dampnificatos fuisse de dicto furmento, milio et fabis in MCCCLXXI libris de eo, quod acceperunt dicti corsarii, licet postea reddita fuerit navis predictis cum aliqua parte dicti

---

[1]) Vestimenta (indumenta) ad lectum induendum servientia.
[2]) I. e. drappos, pannos.
[3]) I. e. marzarias minutas.
[4]) Hoc loco significari videtur illa *Spirnaza* Epiri, de qua egimus p. 176. Id quod suadet juxta memorata Jadra (Zara) et Butrintum (Buthrotum).

blandi[1]), computatis in ipso dampno expensis factis pro recuperanda dicta navi et blando illo pauco, quod habuerit, et occasione diete derobationis; et de his omnibus et singulis facta fuerit plena fides domino Duci et comuni Veneciarum per litteras missas a capitaneo de Curfu et consule Venetorum de Curfu et a consule Venetorum in Spinariza de captione dicte navis domino Pranceatio (sic) Contareno scilicet, et per dicta ipsorum Petri et Andree et dictorum patroni et marinariorum et testium etiam productorum per ipsos super his coram dictis dominis, iurantium et asserentium ipsorum sacramento, omnia vera esse: idcirco dixere ipsi domini judices, dictis Petro et Andree pro ipsorum dampno restitui debere M[l]CCCLXXI libras Venetarum parvarum.

III Item Francisco Grigiono et Petro Somiteculo socüs, dampnificatis in C yperperis, acceptis ipsi Petro in terris de Spiga[2]) et de Pontaraela[3]) pro comercio per comerelarios homines domini Imperatoris tempore domini Marchi Michaelis, Baiuli Constantinopolis, et tempore etiam domini Johannis Geni; cognita veritate per dictum eius, iurantis, sic esse: dixere ipsi judices, restitui debere pro ipsorum dampno yperpera C.

IV Item Jacobo Magno Veneto, dampnificato, dum esset Constantinopoli tempore domini . . . . . Baiuli Constantinopolis, et mississe*t* suam drapariam ad civitatem Mesembrii[4]) per Marinum de Bona de Ragusio bis, et ipsemet ivisset tercio cum draparia sua similiter ad ipsam civitatem Mesembrii in tribus . . . . . acceptis sibi et dicto . . . . . de comercio per comerclarios ipsius terre; item et in alia parte dampnificato

---

[1]) Bladi, frumenti, uti modo supra et alibi.

[2]) Scriptoribus medii ævi Latinis *Spigas* et *Spigast* cett. (ς' Πηγὰς) idem est quod *Pegae*, urbs Mysiæ ad Propontidem. Niceteæ Acominato aliquoties memorata, coll. Wilken. Kreuzzüge IV, 105. Vide supra p. 205.

[3]) *Pontoheraclia*. Cfr. notam 1, p. 188.

[4]) *Mesembriae*, *Mezember* Duradi, Turcice *Misivri*.

tempore predicti domini Marini, dum esset in ipsa terra, de uno suo sandalo[1]) empto ab ipso et aptato et reparato . . . . . suam voluntatem per Rucham, dominum tunc dicte terre Mesembrie pro domino Imperatore, et suos officiales costitutos super furmento, et misso caricato de frumento Constantinopoli pro distractione[2]) ipsius ligni et arnesiis sive corredis acceptis de ipso, et pro naulo dicti ligni et dampno ipsius in yperperis CLX et ultra; scita veritate de his per dictum ipsius Jacobi, asserentis, sic omnia vera fuisse: dixere dicti domini judices, debere pro dictis duobus dampnis, comercli scilicet et ipsius sandalli, restitui yperpera CLXXV.

Item Johanni Ardizonis, derobato et dampnificato tempore Baiulatus domini Thomasini Beligni in Constantinopoli de uno suo equo et de tanto in aspris[3]) et cultris et pannis, qui valuerint inter omnia yperpera XXXVIIII, acceptis uni suo puero sive servienti in nemore de lo Sagari[4]) per soldaderios[5]) domini Imperatoris; item et in alia parte dampnificato de XX yperperis tempore domini Marchi Michaelis, Baiuli in Constantinopoli, quos habere debebat a domino Imperatore pro eo, quod portaverat a Mari Maiori[6]) Constantinopolim, scilicet a Soldadia[7]), pro portatura unum nuncium domini Imperatoris: v

---

[1]) I. e. scapha maiori navigio adjuncta, coll. DuCang. Glossar. Gr. s. v.

[2]) I. e. abalienatione.

[3]) Numis minutioribus argenteis.

[4]) Quinam Regni Græci locus significetur, nos quidem latet. An *Sagar* (Sangarius), Bithyniæ borealis fluvius, cum oppido cognomine ibi posito, ubi in Pontum Euxinum effunditur? De his v. Periplum Ponti Euxini octuplum (Constant. Porphyrog. nostræ edit. p. 41), ubi *Zagar* dicitur. Et *Sagar* (Σάγαρ) iste fluvius dicitur apud Leonem Grammaticum p. 326. ed. Bonn. Sed eligendus locus proxime Constantinopolim. Fortasse subest *s. Zachariae*, cuius templum erat in suburbanis Constantinopoleos.

[5]) I. e. milites.

[6]) *Ponto Euxino*, coll. p. 171. 185. 189 cett.

[7]) *Soldadia* in Chersoneso Tanrica (Crimea) quæri debet inter Chersonem et Caffam. De hoc loco ejusque varia scriptione (Sodaia, Sugdaia cett.) videatur Periplus Ponti Euxini octuplus l. c. p. 39.

cognita veritate et scita de his per dictum ipsius Johannis et testium productorum per ipsum, iurantium et sacramento asserentium, sic fuisse; dixere dicti domini judices, restitui debere pro dictis omnibus dampnis yperpera LVIIII.

VI Item Antonio Squaia, dampnificato per plures vices de comerclo sibi accepto per comerclarios de Mesembria et per illos de Laquilo[1]) et de Pontaracla[2]) et per illos de Cuffu[3]) *[et]* de le Comundie[4]), qui non permittebant caricare suas mercadandias, et de dampno sibi facto de uno suo sandalo et Petra[5]) de Fano caricato de furmento et ordeo pro comerclo, accepto sibi de ipso blando per illos de Mesembria et de ordeo multo sibi accepto per lo Mengatriarcha[6]), capitaneum exercitus domini Imperatoris, qui venerat ad ipsam terram, et propter moram, quam fecerat ibi per VIII dies mandato dicti Mengatriarche cum alio blando contra suam voluntatem, et que omnia dicta dampna ascenderant in yperperis LX et ultra; cognita veritate de his per dictum ipsius, asserentis, sic fuisse: dixere ipsi judices, restitui debere pro dictis omnibus dampnis yperpera LX.

---

[1]) I. e. *l'Aquilo*. Significatur urbs veteris Thraciæ *Anchialus*, Ponto Euxino apposita, nomine diversimode per ævum medium corrupto, scilicet *Achelo*, *Achelous*, *Aioli*, coll. Thessalonica p. 485 sq.

[2]) *Pontoheraclia*, de qua v. antecedentia non uno tantum loco.

[3]) Lege *Caffa*, quæ Crimeæ (Chersonesi Tauricæ) urbs notissima, coll. Meletio Geogr. ed. 2, T. II, p. 54. Καφᾶς Panareto in Chronico Trapezuntino (Eustath. Opusc., pag. 364, 80. 367, 40.). Fuit medio ævo Genuensium, minus Venetorum, emporium præcipuum terræ Tauricæ. — Post *C.* addidimus *et*, sensu flagitante.

[4]) Lege *Comanie* (Comaniæ, Cumaniæ), quam Chersonesi Tauricæ parti orientali assignandam esse videmus, coll. Periplo Ponti Euxini octuplo (Constant. Porphyrog. nostræ editionis pag. 39).

[5]) Lege Petro (Petri), ut paulo post habemus Jacobo de Fano.

[6]) I. e. megatrierarcham, μέγαν τριηράρχην, classis Græcæ præfectum; quod dignitatis nomen ut tot alia Italis pro nomine viri proprio valuisse videmus.

Item Michaeli Goro de confinio sancti Raphaelis, dero- VII
bato et dampnificato una cum Jacobo de Fano et Marcho de Liprosi de confinio sancti Jacobi de Luprio[1]), suis sociis, de uno ipsorum sandallo et rebus et mercadandiis, que in ipso erant, passo hoc anno proximo preterito naufragium in culfo Arce, in loco vocato Gigli, de ipso naufragio evasis et acceptis per homines domini Imperatoris, qui erant ibi, et per dominum Guilielmum Barbam Mengapapie[2]), missis ad ipsum Mengapapiam et scriptis per scribam ipsius ad Zaniam, qui erat ibi in exercitu pro domino Imperatore; de quo sandallo dictus Jacobus habebat unum octavum, et Marchus unum quarterium, et dictus Michael duos quarterios et dimidium; et valentibus dictis mercadandiis et rebus singulariter distinctis et examinatis cum coredis dicti ligni, evasis similiter et acceptis, yperpera CCXXI . . .: cognita veritate de his ac scita per dictum ipsius Michaelis et testium productorum coram ipsis dominis super hoc facto, iurantium et sacramento asserentium, sic fuisse: dixere iidem domini judices, restitui debere pro dicto dampno pro se et dictis suis sociis yperpera CCXXI et dimidium.

Item Marcho, filio quondam Yvani Baduarii de sancto VIII
Baldo, derobato de hoc anno proximo preterito de mense Madii per Jobannem de lo Cavo et Saladinum et Moschetum, comitos trium lignorum, que armaverant ad Ania, et per socios ipsorum in portu vocato Livita in lo Curfu, dum esset in quodam banzono Gervasii Buzignoli de Ragusio, qui etiam derobatus fuerat tunc cum omnibus suis marinariis de omnibus, que habebant, de tanto inter denarios grossorum et arzentum[3]) et zoias[4]) et

---

[1]) *Luprio* una ex sex insulis, in quaa primo distributa erat urbs Venetorum. In seqq. forsan latet: *Acre.. Gibili*, i. e. Dschibeil. De his v. T. II, p. 406. 409.

[2]) I. e. megapapiæ, *μεγάλου παπίκ*; quod nomen dignitatis iterum Italo quasi pro nomine proprio valuisse videmus.

[3]) Argentum, coll. nota 8, p. 252.

[4]) zoïa, Italice, idem quod monilia, gemmæ, annuli aliaque id genus pretiosa. „Zogia, oltrechè per gioia, pietra preziosa.“ Mutinelli.

vestes et arma et arnesia de lecto et de tabula et alia multa arnesia et sua bona, quod longum esset dicere regulariter, visa et distincta in dicto cius, quod valuerit XVIII libras grossorum et XXVI denarios grossorum; cognita veritate ac scita per dictum eius et dicti Gervasii et sociorum et testium productorum per ipsum super hoc facto coram dictis dominis, iurantium, sic fuisse: dixere ipsi judices, restitui debere pro suo dampno libras XVIII et solidos II et denarios II denariorum grossorum.

IX Item Petro Favc, derobato, dum veniendo de Crete vellet ire Nigropontem, per Guilielmum de Malvasia et socium Petrum Caravelle, homines domini Imperatoris cum uno ligno, de multis suis rebus, armis et bonis; visa *[et]*[1]) scita veritate et quantitate dampni per dictum ipsius, asserentis, sic esse: dixere dicti judices, restitui debere pro dicto suo dampno solidos VI grossorum.

X Item Bonifacio Callegario de sancto Samuele, derobato per homines de Malvasia, dum veniret de Crete, et capto etiam per ipsos de armis suis et aliis multis rebus et bonis; cognita veritate et quantitate dampni per dictum ipsius et testis unius producti super hoc, iurantium et asserentium, sic fuisse: dixere ipsi domini judices, restitui debere pro suo dampno LI denarios grossorum.

XI Item Marcho de Mondo, civi et habitatori Candide[2]), derobato, dum veniret de Nigroponte ad Millum[3]) cum una condura, caricata de fabis et aliis rebus ad scolium de lo Chimo per Cosam Latinum cursarium et socios Grecos, homines domini Imperatoris, cum duobus lignis armatis in Ania, de multis suis rebus tempore domini Dominici Michaelis, consiliarii Crete et Rectoris Candide, valentibus yperpera LXXII vel circa; cognita et scita veritate per litteras missas a dicto Rectore domino Duci Venetiarum super hoc et per dictum ipsius Marchi et

---

[1]) Addidimus *et*, sensu flagitante.

[2]) *Candidae*, *Candiae*, metropolis Cretensis. Cfr. p. 163.

[3]) *Melum*, Μῆλον insulam. Cfr. p. 187.

testium productorum super hoc, iurantium, sic fuisse: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera LXXII.

Item cum hoc sit, quod, cum Andreas Rane Venetus XII tempore domini Petri Badoarii, Baiuli Constantinopolis, esset ibi, et emisse[t] certam quantitatem furmenti a domino Uberto Vsdemar, et faceret caricari ipsum furmentum publice in una sua navi; et dominus Imperator mittendo suam gentem super ipsa navi fecerit duci ipsam cum toto furmento ad Blacernam[1]); et hoc scito ipse Andreas venerit cum domino Baiulo et aliis multis mercatoribus ad ipsum dominum Imperatorem ad sciendum, quare faciebat sibi facere de frumento et navi hoc, et ad rogandum, ut dignaretur sibi facere reddi ipsam navim cum furmento; et etiam alia vice et pluribus redierit et cum domino Marino Valaresso, ambaxiatore et nuncio comunis, ad ipsum dominum Imperatorem dicta occasione et ad rogandum, ut reddi faceret vel saltim sibi solvi faceret tantum, quantum currebat per terram; et dominus Imperator aliqua occasione vel aliquorum precibus noluit hoc facere, sed solverit sibi de ipso furmento, sicut placuit, et minus, quam currebat per terram, bene L yperpera pro quolibet centenario, quando vendebatur tunc in terra centenari*um* CLX et CLXX yperperis, et ipse dari fecit solum . . . yperpera per centum; et dicta occasione dampnificatus fuerit in CCC yperperis et plus sine dampno tarete et marinariorum, quam tenuit apud Blacernam per unum mensem et dimidium; scita et cognita veritate de his per litteras dicti domini Petri Baiuli missas pro ipso facto et aliis comuni Venetiarum et per dictum ipsius Andree et dicti Baiuli predicti in testem coram dictis judicibus, affirmatis etiam his per sacramentum, vera esse: idcirco dixere dicti domini judices, restitui debere pro suo dampno yperpera CCC ipsi suprascripto Andree.

---

[1]) Ad palatium Blachernarum, quod paulo post denuo memoratur. Cfr. etiam p. 172, nr. XXIX.

XIII Item domine Donelle, uxori Gilii Gambarini, derobate, dum veniret de Crete, per quoddam lignum domini Imperatoris de multis suis rebus, armis et bonis; scita veritate per dictum uxoris et testis producti per ipsam, iurantis, dictum dampnum sic fuisse, viso etiam dampno et scito per singula: dixere dicti judices, restitui debere pro dampno dicti viri sui yperpera V et dimidium.

XIV Item Rodulfo, qui stat in domibus Vitalis Badoarii in confinio sancti Patergnani, derobato per galiotam domini Rolandi, militis de Salonicho, de tantis suis rebus et bonis et mercadandiis, que valuerint yperpera XXXII et plus; cognita veritate per scripturam ostensam dictis dominis, continentem dampnum ipsius: dixere ipsi judices, restitui debere pro suo dampno yperpera XXXII.

XV Item Jordano affactatori[1]) de confinio sancti Cassiani, derobato Patras . . . . . de tanto inter mercadandiam, pannos, merzariam, res et alia bona sua, que valuerint yperpera LXXV, et capto etiam et detento in carceribus per quatuor menses continue, et liberato postmodum per dominum Con . . . . . , qui ibi erant: cognita et scita veritate de his per dictum ipsius et testium productorum per ipsum, jurantium, sic fuisse, et . . . . . .

[L]I Item cum repertum fuerit etiam per dictos judices, Marinum Gallum de confinio . . . . . cum Petro Calpo, habitatore Nigropontis, socio suo, et vendidisset salinariis[2]) domini Imperatoris, qui erant ibi, duo centenaria salis p . . . . . ipsum, et promisissent ipsi solvere pretium, cum non solverint, fuisse dampnificatum una cum socio in XXXVI yperperis, quod sale evaserant de quadam fortuna . . . . . dampnifi-

---

[1]) I. e. lanio, mactatori; aliis coriario.
[2]) Salis venditoribus.

catum et derobatum pro se et socio de uno rampagono[1]) cum canevo[2]) et grepia per Rolandum Cavalerium de Salonicho, contra voluntatem ipsorum accepto, antequam vendcrent . . . . . et manifesta et probata fuerint per dictum ipsius Marini et testis producti pro hoc facto, iurantium, sic fuisse: idcirco dicti judices, sic veritate cognita, dixerunt, eidem Marino pro se et socio restitui debere pro dictis duobus dampnis yperpera XLIIII.

Item Petro Viniano Sarto de contrata sancti Fantini, II derobato, dum veniret de Crete et vellet ire Nigropontem, per Guilielmum et Petrum Caravellam de Malvasia, socios et comitos duorum lignorum, de tanto, quod valuerit inter denarios, arma, vestes et alia arnesia VII solidos grossorum et III grossos; cognita veritate et scita per dictum eius et testium productorum super hoc, iurantium, sic fuisse: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno VII solidos grossorum et denarios III grossorum.

Item Phylippo Marangono de sancto Vito, derobato — III iam sunt circa duo anni — per Guilielmum de Malvasia et Petrum Cavallerium et Zorzum Pretorem, comitum ipsorum, cum uno ligno, dum iret de Crete ad Nigropontem, de omnibus suis rebus, armis et bonis, que secum habebat; cognita et scita veritate de his per dictum ipsius, et visa quantitate dampni diligenter: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno XII solidos et dimidium denariorum grossorum.

Item cum inventum fuerit etiam per dictos judices, Bar- IV tholomeum Zanase de sancto Hermacora, derobatum fuisse, dum veniret de Lepanto[3]) ad Clarenzam a la ponta[4]) de sancto

---

[1]) Idem esse videtur, quod rampego, rampico (uncus).

[2]) An rudens ex canabi? *Grepiam anchorae* habet Henschel. s. v.

[3]) *Naupacto* veterum.

[4]) Punta Italice, i. e. promuntorium.

Andrea die VIII Madii currente MCCLXXI, per unum lignum de Malvasia, cuius erat comitus quidam vocatus Zuraz et nauclerius eius Rolandinus, et per eos, qui intus ibi . . . . . de omnibus suis mercadandiis, rebus et bonis; et spoliatum etiam post derobationem et dampnificatum fuisse de tanto, quod valuerit inter ceram, coramen[1]), pelles silvestres, setam, merzariam, pannos et drapos da vestire[2]) et arma . . . . . arnesia et bona, yperpera CCLXXXVI et plus; et de his omnibus cum facta fuerit plena fides et veritas cognita per dictum ipsius Bartholomei et testium plurium, productorum per ipsum super hoc facto, iurantium, omnia sic fuisse: ideirco dixere dicti judices, eidem Bartholomeo restitui debere pro suo dampno dicta yperpera CCLXXXVI.

v Item domine Enclerade da cha (i. e. *da ca'*) Patriarcha, ave[3]) domini Pantalonis[4]) Sami, derobate, dum iret de Crete ad Nichisiam[5]) . . . . . anni elapsi vel circa — in Anzopelago[6]) in le aque da sancto Vrino[7]) per Johannem Dalcavo et Bolgarino, homines domini Imperatoris, et socios, de tanto inter aurum et arzentum[8]) et yperpera et vestimenta . . . . . esfrodata[9]) de . . . . . tapetos et carpetas[10]) et cosanos[11])

[1]) I. e. coria, ut lignamen pro lignis.

[2]) Pannos ad vestes faciendas.

[3]) aviæ.

[4]) Pantaleonis.

[5]) Nixiam, Naxum insulam. Aliis *Nicosia* Cypri præplacebit, vix bene.

[6]) I. e. Archipelago. Italis anzi pro ante. Forsan autem scriptum erat *Arzipelago*.

[7]) *Verino* (Herino)? Hujus sancti insulam supra habuimus, licet sede incerta. Vide p. 185.

[8]) argentum, coll. not. 3, p. 247.

[9]) I. e. demersa, coll. nota 3, p. 240. Lectio tamen dubia nobis videtur. Potius enim de raptu cogitandum.

[10]) Carpettæ Venetis dicuntur muliebres quædam tunicæ. „Carpeta, vesta, che le donne del volgo portavono dalla cintola fino ai piedi". Mutinelli.

[11]) Cosa est Provincialibus vestis quædam muliebris. At quid cosani de lo fano? Subestne *de lo Fano*? An sunt cos*ani de lo fano* cussina (pulvinaria) de panno? Cfr. DuCang. s. v. *fanon*.

de lefano et zoias de perlis et arnesia de coquina et alias res, que valuerint yperpera CL: cognita et scita veritate per dictum ipsius et testium productorum, iurantium, hec omnia esse vera, dixere dicti . . . . . restitui debere pro suo dampno yperpera CL.

Item domine Agnesie, sorori de Prebaxano de sancto Zomignano[1]), derobate cum predicta domina Enclerada per dictos cursarios et in dicto loco de omnibus suis rebus et bonis; scita veritate per ipsam et testes, iurantes, sic esse: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno solidos XV grossorum. VI

Item Jacobo Fabro de contrata sancti Salvatoris, derobato per homines de Malvasia et de exercitu domini Imperatoris de tantis suis rebus et bonis inter arma, vestes, mercationes et alia, que valuerint solidos XIIII de grossis minus I grosso; visa et scita veritate per dictum ipsius et testium productorum, iurantium, sic fuisse: dixere dicti domini judices, restitui debere pro suo dampno solidos XIIII de grossis, minus I grosso. VII

Item Danieli de Carbonara de contrata sancte Sophye, derobato et depredato cum dicto Jacobo per dictos homines de Malvasia et exercitu domini Imperatoris de omnibus suis rebus, vestibus et armis et bonis; scita et cognita veritate per dictum eius et testium receptorum super hoc, iurantium, sic vera fuisse, et visa et examinata quantitate dampni: dixere ipsi domini judices, pro suo dampno restitui debere solidos XI de grossis, minus I grosso. VIII

Item Ottonello Muto, derobato una cum predictis Jacobo et Daniele per predictos de Malvasia et exercitu de his, que habebat; scita veritate et viso dampno per dictum eius et testium iurantium, sic esse: dixere dicti judices, dari debere IX

[1]) An qui vulgo *S. Zobenigo?* Cfr. Venezia etc. II, 2, 300.

pro suo dampno solidos V grossorum et IIII grossos et dimidium.

x Item Menego Lambardo de confinio sancte Marie Formose, derobato, cum veniret de Acre in Brendese[1]) cum una galea cum domino Guilielmo Salnazo, dicto domino de Baruch, preliata dicta galea et capta — iam sunt tres anni elapsi et plus — per Prepignanum venientem cum sex galeis domini Imperatoris, de omnibus, que ibi habebat; cognita veritate per dictum eius et testis, iurantis, sic fuisse, et examinato dampno: dixere ipsi judices, restitui debere pro suo dampno libras XXV denariorum parvorum Venetorum.

xi Item dominis Nicholao Dente et Phylippo Bono de confinio sancti Symconis, comerclatis in Ania per comerclarios domini Imperatoris, ubi iverunt pro vino — iam sunt circa tres anni — iurantibus, sic fuisse: dixere dicti judices, debere reddi VIII yperpera, que solucrint pro ipso comerclo.

xii Item cum hoc sit, quod, cum Bartholomeus Zupparius de contrata sancti Fantini — iam sunt octo anni elapsi et plus — tempore dominorum Nicholai Navazosii et Nicholai Miglani, castellanorum Coroni, essent Corono et misissent unam suam barcam in Candiam per Antonium de Corono ad caricandum de mercadandiis loco sui, et cum caricasset de caseo et vino de Crete et ali . . . . . de Candia in Coronem cum ipsa barca et carico in loco vocato Puncta de Spata[2]), ipse Antonius derobatus extiterit de dicta barcha et carico per Nicholam Mathazi, comitum unius ligni armati domini Imperatoris, et socios, qui cum ipso erant, et captus etiam et spoliatus cum aliis marinariis de vestibus et omnibus, que habebant; et ipse Bartholomeus in his, scilicet barca cum coredis et carico, dampnificatus extiterit in valimento yperperorum CCCLX et plus, et per hos

---

[1]) I. e. *De Accone* (Ptolemaide) *Brundusium*.

[2]) Promuntorium Cretae satis notum. Cfr. T. II, p. 470, nr. CCCXXII.

portaverat litteras ex parte dictorum dominorum castellanorum, quibus querimoniam de hoc fecerat ad Savastocratoram[1]), fratrem domini Imperatoris, qui erat ibi de Morea dominus pro ipso domino Imperatore, ut rehabere et recuperare posset predictam barcham et alia amissa, quod dominus Savasto cum*[crator?]* litteras miserit ista de causa illis de Malvasia, et ipse Bartholomeus portaverit, et magnas expensas fecerit semel et pluries in eundo et redeundo pro predictis recuperandis, nec recuperaverit; et de his omnibus cognita et scita fuerit veritas per dictos dominos et per dictum ipsius Bartholomei et Antonii predicti et dicti domini Nicholai Miglani, castellani olim, et aliorum testium introductorum pro his, iurantium, sic fuisse: idcirco dixere ipsi domini judices, eidem Bartholomeo restitui debere pro suo dampno yperpera CCCLX.

Item predicto Antonio de Corono, derobato in dicta barca XIII
dicti Bartholomei dicto loco et tempore et per dictos cursarios, ut predictum est, de tanto de suis rebus et vestibus et parte, quam habebat in carico, et auro filato[2]) et seta et botonibus[3]) de ambro[4]) domini Pauli Corarii, quod valuerint (sic) yperpera XL et solidos XXII grossorum; de his cognita veritate per dictum ipsius Antonii et dicti castellani domini Nicholai et testium productorum per ipsum, iurantium, sic fuisse: dixere dicti judices, restitui debere pro dicto suo dampno et Pauli yperpera XL et solidos XXII grossorum.

Item domino Andrec Barozo de sancto Moyse, derobato XIV
et dampnificato *tempore* Marchi Bembo, Baiuli Nigropontis, cum ivisset de Nigroponte ad insulam Meli, et esset in portu, de una sua vacheta, accepta de ipso portu per duas vachetas

---

[1]) sebastocratorem, σεβαστοκράτορα, ut alibi in hoc diplomate. Eratne *Johannes Palaeologus?* de quo v. DuCang. fam. Byzant. 189.

[2]) Auro in atamina et fila tenuato. Idem valet de argento.

[3]) De his globulis vide notam 5, p. 242.

[4]) Ambra.

armatas domini Imperatoris, cum suis arnesiis et corredis.... valuerit yperpera CXX; scita veritate per dictum ipsius et testium, quos produxit, iurantium, sic fuisse: dixere judices, restitui debere pro suo dampno yperpera CXX.

XV Item Paschali, qui fuit de Brandicio[1]) contrate sancti Gregorii . . . . . , dum veniret de Acre in Cipro pro nauclerio unius ligni . . . per duo ligna cursariorum, quorum lignorum erant comiti Bulgarinus de Rode et Saladinus de Ania, et capto etiam per ipsos et detento per . . . . . navigandi, a quibus aufugerat postea, et veniret Constantinopolim, et dampnificato tunc per ipsos inter arma et bocaranos[2]) et drapos de tanto, quod valuerit XL besantos Saraxinatos[3]), sine dicta ipsius detentione et dampno, quod habuit propter hoc; cognita veritate per dictum eius et testium productorum, iurantium, sic fuisse: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno XL besantos Saraxinatos.

XVI Item Martino Vezario de Jadra, nunc habitatori in Candia Crethensi, derobato de mense Junii proximo preterito de anno proximo elapso, dum veniret de Candia et iret ad Sarphenas[4]) cum quodam suo socio causa mercadandi cum una barcha, per castellanum ipsius loci, dictum Vieruchodania, de ipsa barca et rebus, quas habebat, et dampnificato tunc de tanto, quod valuerit XX solidos grossorum et plus pro sua parte inter denarios, arma et alias res: scita et cognita veritate de his per dictum ipsius, iurantis, sic omnia vera fuisse: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno solidos XX denariorum grossorum.

---

[1]) I. e. *Brundusio*.

[2]) Telæ subtilis species s. byssus, cujus nomen varie scribitur. Gallice bougran, bonquerant. Proprie dicitur bocaranus, boqueranus, item bucaranum, buchiranum.

[3]) Saracenatos. Sunt bysantii Saracenati numi aurei Sultanorum Iconiensium, coll. DuCang. sub v. Byzantius.

[4]) Idem esse videtur, quod *Serphenas* (Serfo, Seriphus ins.), coll. p. 239.

Item Leoni de Yerusalem, burgensi ac fideli Veneto, XVII dampnificato de quadam derobatione facta in uxorem ipsius et filium, dum venirent de partibus Tripolim[1]) in Aeon cum barca una, per Burgarinum cursarium cum uno ligno caricato prope Aeon ad portam Marchisii in hora matutinali tempore domini Johannis Dandoli, Baiuli in Aeon et tota Syria, de rebus omnibus et bonis et vestimentis, quas ibi habebant, valentibus bizanceios CCLXXXX Saraxinatos; cognita et scita veritate de his per litteras dicti Baiuli et scriptura missa domino Duci et comuni Venecciarum, coram quibus sacramento firmantium, sic fuisse: dixere dicti judices, restitui debere pro ipso dampno bizanceios Saraxinatos CCLXXXX.

Item Lazaro Judeo, filio magistri Helye medici, habitatori XVIII in Cania[2]), derobato et dampnificato per unam bareham de Malvasia et homines de Malvasia, qui intus erant, dum esset in insula Cretensi — iam sunt XXI menses et plus — in Aladrigo grando, ubi erat causa luerandi et mercadandi, de tanto inter ceram, setam et furmentum, quod valuerit L solidos grossorum et ultra; quesita de his restitucione in Malvasia et non habita, iuranti etiam per suam legem Mosayeam, hec omnia sic fuisse: dixere dicti judices, sic scita et cognita veritate, et fide habita de predictis, pro suo dampno restitui debere solidos L denariorum grossorum.

Item Johanni Salomonis de Clugia, derobato, dum navi- XIX garet cum barca Raynaldi Catelani de Nigroponte ad Almiro, cum esset in culfo[3]), tempore domini Victoris Delfini, Baiuli Nigropontis, per Reginum de Janua cum uno ligno, quod armaverat in Ania, et zurinam[4]) suam, Latinos et Grecos, de tanto

---

[1]) l. c. de partibus Tripolis Syriæ.

[2]) *Canea*, urbe Cretensi. Cfr. etiam supra p. 105.

[3]) In freto inter Nigropontem insulam et terram Græciæ continentem.

[4]) Leg. zurmam s. ziurmam; ciurma est quasi remigum cohors. Cfr. Diez l. l. p. 103.

de suis rebus, mercibus et draparia, quod valuerit yperpera XVI; cognita veritate de his ac scita per dictum ipsius Johannis et testium produetorum super hoc per ipsum, iurantium, sic fuisse: dixere ipsi domini judices, restitui debere pro suo dampno yperpera XVI.

XX Item Natali Burdo, filio Nicholai Burdi de confinio sancti Nicholai de Mendigolis, derobato, dum iret de Nigr*[oponte, per Stephanum]* Gaforum, fratrem Andrioli Gafori, de tantis de suis rebus et bonis, que valuerint yperpera CXXX et plus, qui dictus Stephanus cum sociis erant homines domini Imperatoris; cognita veritate ac scita per dictum . . . . . ab ipso et scientis veritatem per scripturam et litteras ipsius filii sui, iurantis in eius . . . . . et testium produetorum, iurantium, sic esse: dixere dicti iudices . . . . . .

[M]I Item Marino Signolo de confinio sancti Nicholai, derobato . . . — *iam sunt* tres anni elapsi et plus — una cum Marino Vigioni et Antonio Amici sociis fuissent in una condura, per ligna et homines domini Imperatoris, qui servicbant de . . . . . etiam in carceribus ad Rodam bene per VII menses simul cum sociis, cuius loci castellanus vocabatur Crivicionis, coacto etiam per dictum castellanum et homines fodere fossata . . . . . et tunc, de tanto, quod valuerit yperpera XLVIII, sine dampno et iniuria; cognita et scita veritate per dictum ipsius, iurantis, sic fuisse, et per dictam scripturam et petitiones sociorum ad . . .: restitui debere pro suo dampno yperpera XLVIII.

II Item Johanni Berengo de sancto Hermacola, derobato tempore domini Marini Murisini[1]), Duche Crete, dum veniret de Nigroponte in Crete cum uno ligno caricato de piscis[2]) sicccis et fabis penes Melum, cum esset ad caricandum ultra[3]),

---

[1]) I. e. *Hermagora. — Morosini.*

[2]) I. e. piscibus, coll. seqq.

[3]) Ad alias merces navigio imponendas.

per Johannem de Locavo, comitum unius ligni armati de hominibus domini Imperatoris, et dampnificato de tanto, quod valuerit inter arma et denarios et fabas et dictos pisces pro parte sua XVII yperpera et plus; cognita veritate ac scita per dictum ipsius et testium productorum, iurantium, sic fuisse: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera XVII.

Item Donato Spinello de sancto Barnaba, derobato, dum III
iret de Canea ad Nigropontem, per quedam ligna domini Imperatoris de omnibus suis rebus et bonis; cognita et visa quantitate dampni et scito de veritate facti per dictum ipsius, iurantis, sic fuisse: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera XX.

Item cum hoc sit, quod, cum domini Roglerius, Maurc- IV
cinus et Johannes Ardizonis mitterent unam ipsorum taretam, quam habebant boneratam de furmento, ad Coronem, cum esset a Lapafichea, quam commiserant Jobanni Pizigano, contigit, quod exercitus domini Imperatoris, qui ibi erat, et dominus exercitus Lemenga comestabele[1]) . . . . . Deloebari et Amiragius ipsius exercitus fecerat ipsum detineri et impediri cum toto carico; et quod dictus Jobannes iverit ad ipsos dominos hoc facto, et presentaverit ac ostenderat eis mandatum domini Imperatoris, quomodo debebant ire . . . . . ipse et alii, qui eum eo erant, Coronem cum tota tareta et carico salvi et securi; et nichil eis profecerit, quoniam tenuerunt ipsum cum tareta et aliis ibi per dies XXVIII cum suis verbis, et in mercationibus etiam; eundo dictus dominus Roglerius . . . in Constantinopoli, ad quam iverat dictus Johannes, ad dicendum, que sibi contingerant, habitis litteris a domino Imperatore de relaxanda et dimittenda dicta tareta cum furmento ad dictos Mengaducas[2]) et dominum exercitus, et postmodum . . . . .

[1]) I. e. Le mega (μέγα) comestabile.
[2]) I. e. Megaducaa, immo megaducam (μεγαδούκαν).

litteris apud ipsos de habenda tareta et furmento; revertendo Constantinopolim ad dictum Imperatorem et habitis aliis litteris; revertendo iterum ad ipsos dominos, rehabita tunc ipsa tareta cum furmento post dictum tempus . . . . . ipsi domini Roglerius et Johannes propter moram et dispendium marinariorum et alias expensas factas eundo et redeundo Constantinopolim et ad ipsos dominos exercitus pro recuperanda dicta tareta et pro devastacione . . . . . , quod invenerant rescaldatum, et propter expensas factas in sorando[1]) ipsum, in CC yperperis et ultra, sine alio dampno, quod contigit eis ipsa occasione; de his scita et cognita veritate per dictum ipsorum et testium productorum . . . . . fuisse: dixere idcirco dicti judices, eisdem domino Roglerio et Johanni pro ipsorum dampno restitui debere yperpera CC.

v Item Jacobo Suriano de sancto Vito, dampnificato, dum esset ad . . . . . caricato de sale, et fecisset fieri mercatum et vendidisset domino de Salonicho per Arinoraum da Mare, quem miserat ad Saloniehum ad vendendum ipsum salem, antequam moverent[2]) ipsum salem de loco, in quo erat, pro tanto precio, quanto curreret per terram, et fecisset ipsum salem duci sibi ad Saloniehum, et noluisse eum emere, nec recipere, nec etiam in terram dimittere . . . . . aliqua occasione vel . . . . . ipsum Jacobum ipsum salem in aquam proiecisse, in LXXV yperperis et plus; de his omnibus scita et cognita veritate per dictum ipsins Jacobi et testium productorum per ipsum, sacramento asserentium, hec omnia vera esse: dixere dicti domini judices, restitui et dari debere pro suo dampno yperpera LXXV.

---

[1]) Rescaldatum est *cariosum*, marcidum, Ital. riscaldato. — DuCangio sorare idem est quod separare, disjungere; hicce erit quasi executere, sejungere prava a bonis, quod fit in frumento discutiendo.

[2]) I. e. moveret, ac. vir iste cum suis hominibus.

Item Marcho Lombardo de sancto Jeremia Propheta, VI
derobato et dampnificato, dum esset cum una galione Leviardi Caxoli, et rupisset et seampasset[1]) ipse eum aliis omnes res in insula de Zengo[2]), de tanto de suis rebus, quas habebat ibi et evascrat, aeceptis sibi per castellanum et homines dicti loei, quod valuerit yperpera X; scita et cognita veritate per dictum ipsius, iurantis, sie fuisse: dixere restitui debere pro suo dampno yperpera X.

Item Johanni Barocio, derobato tempore domini Petri VII
Michaelis, Consulis de Salonicho, per Pardum, zenerum[3]) Rolandi militis de Salonieho, de omnibus suis bonis et rebus, de tantis videlicet, quod valuerit inter pannos, mercadandiam diversam, arma, arnesia de letto[4]) et vestimenta et oleum et alias res diversas, et expensas faetas pro querendo his et questionando coram Rectore a dicto Pardo, yperpera CCC et plus; de quibus scita, intelleeta et cognita veritate per scripturam dicti Consulis datam ipsis judicibus, continentem distincte ipsam derobationem et saeramentum eius, iurantis, sic esse: dixere ipsi judices, restitui debere pro suo dampno yperpera CCC.

Item Thomasio Vasallo de sancta Marina, derobato tem- VIII
pore domini Marehi Bembi, Baiuli Nigropontis, per Costantinum Magnati et Bernardum et Albertum Januensem eum duabus vaehetis, quas armaverant in Malvasia, de tantis masinis[5]), quos mittebat eum una platia ad Crete, et quos iam etiam vendiderat, qui valebant solidos XXII grossorum; item et in alia parte derobato tempore dicti Baiulatus, dum exiret ipse eum una platia de portu de Nio[6]), per Opizinum cursarem, qui armaverat

[1]) I. e. cum naufragium passus esset, suas tamen res servasset.
[2]) Insula *Zengg*, *Senga* in tab. Catalana, alias *Segna*, *Sena* Duradi, in mari Dalmatino Regni Austriaci.
[3]) I. e. generum.
[4]) I. e. arn. de lecto, ut paulo superius, coll. nota 1, p. 242.
[5]) I. e. macinis. Cfr. not. 1, p. 173.
[6]) *Jo* insula, coll. Bondelmont. l. c. p. 99. 197.

in Ania, de tanto inter yperpera et botonos de ambro, quod valuerit yperpera VIII; et de his cognita veritate per dictum ipsius Thomasii, jurantis, sic esse, et testium productorum, sacramento asscrentium, sic fuisse: dixere ipsi domini judices, debere restitui pro his duobus dampnis solidos XXII grossorum et yperpera VIII.

IX Item Nascimpaea . . . . . de sancta Maria Formosa, derobato tempore domini Nicholai Miglani, Baiuli Nigropontis, dum iret eum una condura Antonii de Amizo cum ipso Antonio et aliis multis de Nigroponte ad Maerem[1]), et carieasset ipsam de frumento et farina et aliis mercadandiis, et esset ad ipsam Maerem p*er* . . . . . et duo ligna de Rode, quorum erat amiragius Giraehi et nauclerius Costantinus Calonari, e*t* Zufali erat unus, et dicebatur . . . . . capto in avere et in persona, et dampnificato de suis rebus . . . . . ., quod valuerit XXXV yperpera et plus, sine dampno et iniuria, quia ductus fuit et positus ad Roda in earceribus, et detentus per VIII menses, et coactus fodere fossata, menare[2]) . . . et alia gravia et turpia faeere; de his scita et cognita veritate per dictum ipsius et testium productorum, iurantium, sic fuisse vera: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera XXXV.

X Item Laurentio Mengolo et Petro Savonario soeiis, derobatis et dampnificatis per Prandum Pisanum de Salonieho, Righetum de Bonaeursio et Meneghellum de Ania cum tribus lignis domini Imperatoris de una balla[3]) ipsorum vazete[4]), quam mittebat ipse Laurentius de Curfu a Lartam[5]), et hoc anno

[1]) *Macram*, Lyciae urbem maritimam, de qua vide p. 196. Sane et alia est *Maeri*, Thraciae urbs, prope veterum Στρύμη, quam habet tab. Beincasae et Duradi. Adde Viam nostram Egnatiam, Comment. II, p. 50.

[2]) Supple p a n c e r i a s (canales), quod saepius occurrit in hoc diplomate. Et pro m e n a r e Italus scribero debebat m i n a r e.

[3]) Vox Italica. Est sarcinarum globulus.

[4]) I. e. v a c h e t a e.

[5]) I. e. ad *Artam*. Significatur Arta, Acarnaniae veteris metropolis, quam uberius illustravimus in Thessalonica p. 481—484. — In *monosolo* quaere μονόξυλον, coll. Du Cang. in Gloss. Gr. p. 953.

. . . . . mense Septembris, quod valuit yperpera CXXX cum uno suo monosolo, accepto per ipsos cursarios; de his scita et cognita veritate per litteras ipsius Laurentii et peticionem uxoris, pro ipso commissionem habentis super hoc, et testium productorum, iurantium, sic esse: dixere ipsi domini judices, restitui debere pro ipsorum dampno yperpera CXXX.

Item Guidoni de Canali et Johanni Savonario, derobatis XI
et dampnificatis per dictos cursarios de zafrano, quem mittebant in dicta balla[1]), iurantium, sic esse; . . . . . quantitate dampni: dixere ipsi domini *[judices]*[2]), restitui debere pro ipsorum dampno libras X Venetorum parvorum.

Item Bartholomeo Cuspero de sancto Stadio[3]), derobato XII
— iam sunt tres anni vel circa — per Bulgarinum Pisanum de Rode, hominem domini Imperatoris . . . . . , que valuerit yperpera XX et plus, de in . . . de Crete; item etiam in alia parte derobato et dampnificato per eumdem Bulgarinum et Bolfematum — forte sunt quatuor anni vel sic — transeundo de Banisso in Aere . . . . . pilizaria[4]), que valuerit yperpera XXV et plus; de his scita et cognita veritate per dictum ipsius, iurantis, sic fuisse: dixere ipsi . . . . . restitui debere pro dictis duobus dampnis yperpera XLV.

Item Martino de Jadra, dampnificato et derobato de anno XIII
proximo preterito de . . . Julii per Johannem Delcavo et Bulgarinum cum duobus lignis . . . . . Imperatoris, de tanto inter pannos et res alias, quas mittebat ad Spinarzam[5]) per Zorzium de la Sancta, acceptas ipsi per predictos, que value-

---

[1]) Respiciuntur antecedentia, cell. p. 260, X.

[2]) Post dom. recepimus judices, secundum usum diplomatis constantem.

[3]) I. e. S. Eustachio, parochia Veneta. Cfr. Venezia e le sue lagune II, 2, 296. Recurrit infra p. 271, X.

[4]) I. e. pellizaria, vestes pellibus aptatæ, præparatæ.

[5]) *Spirnazam* Epiri, de qua sæpius actum in hujus diplomatis editione. Vide notam 4, p. 234.

rint yperpera XXXIIII; cognita veritate per dictum ipsius et testium productorum, iurantis, sic esse: dixere ipsi domini, restitui debere pro suo dampno yperpera XXXIIII.

XIV Item Belleto Fabro de confinio sancti Eustadii, derobato et dampnificato de anno proximo elapso de mense Augusti per Pari Pisanum, qui stat Salonicho, et Rigetum de Bonacurso et Meneghellum, qui stant in Ania cum tribus lignis domini Imperatoris, quorum erant comiti, de tantis rebus, quas mittebat sibi Pantalco, suus nepos, de Curfu ad Lartam, inter Corfu et Lartam, que valebant yperpera XVIII; de his scita et cognita veritate per dictum ipsius Belleti, iurantis, sic fuisse: dixere ipsi judices, restitui debere pro dicto suo dampno yperpera XVIII.

XV Item Marino Rubeo de sancto Canciano, derobato — modo sunt quinque anni elapsi — dum iret super quadam navi de Pisanis cum Francisco Deodatho Veneto, qui erat patronus unius quarterii[1]), et aliis sociis Venetis, et cepisset a Lasuda[2]) et esset ibi, per Andream Gaforum cum XXX suis marinariis et XVIII galeis domini Imperatoris, de omnibus suis rebus et bonis una cum aliis sociis, proiectis Pisanis in terram et ductis vias Venetis cum tota navi et carico et furmento multo, quod ibi erat, et dampnificato tunc inter furmentum, quod ibi habebat, et arma et drapos . . . . . et arnesia, de tanto, quod valuerit libras X ÷ grossorum; de his scita et cognita veritate per dictum ipsius et testium productorum per ipsum, iurantium, sic fuisse: dixere ipsi domini judices, restitui debere pro suo dampno libras X Venetorum grossorum et dimidium.

---

[1]) l. e. quartae partis, Gall. quartier.

[2]) l. e. *la Suda*, quæ eo ævo eadem est eum insula Syra, coll. Bondelmont. l. e. p. 93. 190. Hie elige alteram Sudam, Cretæ portum et urbem. Hanc condiderunt ipsi Veneti. Cfr. de Monacis p. 156. Dandul. chron. l. l. p. 346. De situ v. Forbiger. III, 1032. — Cepisset est *appulisset*. — Mox vias idem fuerit quod per vias: i. e. abdueere, wegschleppen.

Item Marcho Abrami de sancta Agnete, derobato similiter cum predicto Marino in dicta navi per dictos Andream Gaforum et socios cursarios, et dicto loco et tempore, et dampnificatus tunc per ipsos de tanto, quod valuerit inter furmentum et denarios et alia arnesia yperpera XXIIII; cognita veritate per dictum ipsius et testis producti super hoc, iurantium, sic fuisse: dixere dicti judices, pro suo dampno restitui debere yperpera XXIIII. XVI

Item cum repererint dicti judices, Adamum Capsellarium, olim fratrem Nicholai Capsellarii de contrata sancte Marie Formose, fuisse captum et derobatum una cum dictis Marino et Marcho et in dicta navi, ubi erant, et in dicto loco et tempore, ut ipsi, et per dictos cursarios, Andream Gaforum et socios, et ductum per ipsos cum toto . . . furmento et con . . . cum sociis a dicto loco de Lasuda . . . in Crete in terram et prope fortunale[1]) malum tempus, quod habuerant dicti cursarii, dicentes et minantes eis omnibus semper, quod proicerent in aquam; et tunc dampnificatum fuisse inter denarios grossorum V libras grossorum solidorum, quos habebat penes se, et arma et arnesia et bocaramos[2]) et capsellas et alia de tanto, quod valuerit CXL yperpera cum dictis denariis; et hec omnia cognita, manifesta et probata fuerint dictis dominis, vera fuisse, per dictum et peticionem dicti Nicholai, fratris ipsius Adami, heredis et successoris ipsius in omnibus, iurantis, sic fuisse, et per dictos Marinum et Marchum testes productos per ipsum Nicholaum . . . . . omnia vera esse: ideirco dixere ipsi judices, eidem Nicholao restitui debere pro dampno dicti fratris sui yperpera CXL. XVII

Item . . . . . de sancta Margarita, derobato . . . . . de Salonicho, et spoliato per Johannem Senzaraxon et socios eius de tanto inter . . . . . XVIII

---

[1]) I. e. post procellam maris.

[2]) Telæ subtilis species. Cfr. not. 2, p. 256. Reisk. ad Const. Porph. l. l. p. 530.

[x] 1 Item cum hoc sit, quod, cum domini Nicholaus Dente et Phylippus Bonus et (l. *de*) confinio sancti . . . . . — iam sunt . . . elapsi et plus — et volentes cum ipso furmento ire Venecias, quod duxerant a partibus Gazarie[1]), applicuerint ad sanctum Flo . . . . . volentes navigare, quod ipsi videndo, timentes, ne ipsum furmentum devastaretur, et volentes aptare[2]) taretam ipsorum consultis, quod hoc facerent exhonera . . . . . eis domum in domo Henrici Trivisani, quondam ser Sor . . . . . furmentum, et fecerint aptare taretam; et post his factis cum vellent caricare et venire Venecias . . . . . de domo, nec venire Venecias, nec volebant cum ipso, sed tenuerit a die quasi natalis Domini usque ad VIII diem exeunte Februario, bollata domo et clausa et custodibus ibi positis V, nec etiam . . . . . receipere pro corum comestione nec aliquam bailiam habere de ipso furmento aliquo modo vel gratia, neque precibus domini Bailuli Constantinopolis et domini Marini Valaressi ambaxatoris comunis Venetiarum, neque sui . . . . . Venetorum precibus, amore vel gratia, usque ad dictum tempus et ista occasione pro predicto furmento et pro expensis marinariorum et aliis dampnis, expensis et iniuriis, licet acquisita gratia de vendendo in suo Imperio, postmodum solutis prius multis yperperis his, qui supererant frumento, ad instantiam et preces predictorum dominorum, male vendiderint apud Paraliminem[3]), dampnificati extiterint in libris quingentis Venetorum et ultra; et hec omnia probata, nota et manifesta extiterint comuni Veneciarum et dictis dominis per litteras predicti Bailuli et dictum ipsorum duorum et domini Marini predicti ambaxatoris et sui capellani et aliorum plurium testium introductorum

---

[1]) *Gazariae*, *Chazariae* regionis, in Crimea orientali, coll. Periplo l. c.

[2]) Idemne quod præparare, instruere; an reparare?

[3]) Locus Asiae minoris Propontidi appositus. *Palolimem* Benincasae, *Palolimea* tab. Catal., *Polimeta* Duradi.

pro his per ipsos, iurantium, vera esse; ideirco dixere dicti judices, eisdem Nicholao et Phylippo restitui debere pro ipsorum dampno libras D Venetiarum.

Item cum repertum fuerit per dictos judices, acceptam fuisse unam taretam Bartholomeo Provenzalis Veneto tempore Baiulatus . . . . . et ipsam fuisse ductam ad Blachernam per homines domini Imperatoris et de mandato ipsius, nec ipsam postea fuisse redditam ipsi Bartholomeo vel alii pro ipso, et ipsum Bartholomeum dampnificatum fuisse de ipsa . . . CCL et ultra; scita et cognita veritate de hoc per litteras dicti Baiuli missas comuni Venecciarum et dictum ipsius et procuratorum suorum et testium introductorum pro ipso super hoc, iurantium, hec omnia sic fuisse: ideirco dixere ipsi . . . judices, eidem Bartholomeo pro dampno dicte tarete restitui debere yperpera CCL. II

Item cum repererint etiam dicti judices, Franciscum Deodatum Venetum de confinio sancti Leonardi derobatum fuisse — iam sunt . . . elapsi — cum esset patronus in quadam navi Pisanorum p . . . in parte, et iret cum multis aliis suis sociis Venetis et Pisanis, Marino scilicet Rubeo, Marcho Abrami et Adamo Capsellario Venetis, superius in precedentibus . . . . . dicta occasione de terra Macre ad Nigropontem in loco vocato Lasuda[1]) per Andream Gaforum et socios et exercitum domini Imperatoris cum XVIII galeis, et ductum vias ab ipso loco et spoliatum cum aliis omnibus . . . . . , de tanto inter furmentum, quod erat in ipsa navi, pro parte sua, et arma et alia, quod valuerit XVI libras grossorum; coguita veritate per dictum uxoris ipsius comissionem habentis pro ipso et iurantis, sic esse, et per dictum et pet. . . . . testium productorum, III

[1]) I. e. de terra Macræ (in Lycia) ad Nigropontem, in loco vocato la Suda. De duplice Suda vide notam 2, pag. 264 et Lelewel l. c. pag. 11.

sacramento asserentium, sic fuisse: dixere idcirco dicti judices, domine, uxori ipsius Francisci, et heredibus eius, cum non vivat, restitui debere pro dampno ipsius Francisci . . . libras XVI denariorum *grossorum*.

IV Item Johanni Bello de sancto Angelo, derobato, dum esset cum uno suo ligno tempore domini Andree Baroci, Baiuli *Nigropontis — iam sunt* VII anni — in culfo de Coranto ad hesorilia ad guaitam dianam [1]) per Nichetam Malarcoltam de Rode cum uno ligno de remis LXXX et una vacheta de remis XVI, quorum erat comitus, et armata erant ipsa ligna . . . et vulnerato et percusso ab ipsis ad mortem de sagittis, spatis et cultellis, et spoliato de omnibus suis bonis et rebus, et dampnificato tunc per ipsos de tanto inter maiorem partem coredum navis et arma et mercadandias et victualia pro se et marinariis, quos habebat suis expensis, quod valuerit yperpera C; cognita et scita veritate de his per dictum ipsius et testium productorum per ipsum, sic vera fuisse: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera C.

V Item Angelo Bonzi de sancto Raphaele, derobato — iam est annus elapsus et plus — cum ivisset una cum sociis suis Marino Viglono, Johanne Truzano, Marcho Trivisano, Johanne Lipimano et Petro Lanza, cum uno ligno in culfo de Aiamania [2]) in partibus Salonichi ad mercatum, de quibus sociis et dampnis ipsorum facta est superius mentio in premissis [3]); qui derobati et capti fuerunt cum denariis comunibus et rebus ipsius Angeli et ipsorum, quos habebant causa mercadandi furmentum et alia, et cum ivissent ad cambiandos denarios et accipienda yperpera,

---

[1]) Locus multoties corruptus. *Suola* habet ibi locorum Beninceasa. Lelewel p. 10. Lege, salvo meliori: ad Lesorilia ad guaitam (i. e. guardam) duanae.

[2]) *Aio* (Hagio) *Mama*, veterum Torone Macedonica cum promuntorio, coll. nota 2, p. 216. 1, p. 242,

[3]) Supra p. 241, XVII.

per Rolandum Cavalerium de Salonico, et portati etiam et missi in carcerem ad Salonich, ipso solo Angelo evaso, cum non esset cum eis et aufugisset cum ligno, et dampnificato tunc de eo, quod acceptum fuit sociis, pro parte sua solidos XX grossorum; cognita veritate ac scita per dictum ipsius et testium iurantium, sic esse: dixere dicti iudices, restitui debere pro suo dampno solidos XX denariorum grossorum.

VI Item Marino Vitali, habitatori Nigropontis, derobato — iam sunt sex anni elapsi et plus — tempore domini Andree Baroci, Baiuli Nigropontis, dum esset in culfo de Coranto ad mercatum, et stetisset in Coranto per plures dies una cum Johanne Bello de sancto Angelo suprascripto pro quodam ligno de Rode, qui venerant ibi, quorum lignorum erat comitus Nicheta de Rode, et detento tum usque ad sero, et postmodum spoliato de omnibus suis rebus et bonis valentibus solidos XX grossorum; scita et cognita veritate per dictum ipsius et testium productorum, iurantium, sic fuisse: dixere ipsi judices, restitui debere pro suo dampno solidos XX grossorum.

VII Item Coradino Lambardo de confinio sancti Pauli, derobato, dum veniret de Constantinopoli Nigropontem cum quadam barca Jacobi de Castelleto de Nigroponte de hoc anno proximo preterito, de mense Junii, causa veniendi Venecias, in aquis Delscati[1]) per Johannem Sencaraxonem, hominem domini Imperatoris, de tanto inter sunzias[2]) porcinas et denarios et vestes de dorso[3]), quod valuerit yperpera XXV; cognita veritate ac scita per dictum Pantalconis, fratris ipsius Coradini, comissionem habentis, et testium productorum, iurantium, sic fuisse: dixere dicti judices, restitui debere pro suo dampno yperpera XXV.

---

[1]) I. e. *del Scati*, *Scatti* Beneincasae, Sciathi insulae.

[2]) Alibi xungia, axungia, adeps.

[3]) I. e. de pellibus de dorso; cuius bestiolae pelles plurimi aestimabantur. Cfr. DuCang. s. dorsus et vares. De pellizaria eius temporis plura contulit Murator. Ant. Ital. II, 411 sqq.

VIII Item cum hoc sit etiam, quod, cum Vigelmus de Bergondino de sancto Johanne in Bragola ivisset similiter cum Petro Berengo de sancta Agnete et Marcho Sabattino de sancto Marcelliano sociis suis cum una ipsorum tareta ad locum, qui dicitur colphus de Legoldella ad portum Palliopoli, et esset ibi et fecisset sunm caricum de vilanillis[1]) in maxima quantitate, et emendo et stando in terra ad s . . . . . dimissa navi in portu, fuerit captus cum his tribus per dominum illius loci, Angelum nomine et suos homines, in festo sancte Marie de Augusto currente MCCLXXVI, et ductus in carceribus per duas zornatas infra terram et detentum per unum mensem, et postea spoliatus nudus et derobatus omnibus, que habebat, dimissus cum aliis tribus fuerit et dictum lignum ipsorum propter timorem fugam arripuerit, dimissis bene mille modiis ibi de dictis villanillis, et acceperit IIII marinarios loco ipsorum IIII, et tunc dicta occasione dampnificatus extiterit ipse Vigelmus et socii de dictis villanillis dimissis et rebus et bonis acceptis ipsis sociis per predictos, expensis factis in dictis marinariis IIII, sine iniuria et dampno carceris et detentionis, bene in CCC libris Venetorum et plus; et hec omnia vera esse, manifesta et probata extiterint ipsis judicibus per dictum ipsius Vigelmi et testium productorum per ipsum, iurantium et sacramento asserentium, sic fuisse: idcirco dixere dicti domini judices, sic de predictis cognita veritate, restitui debere ipsi Vigelmo pro se et sociis pro ipsorum dampno libras CCC denariorum Venetorum parvorum.

IX Item cum hoc sit etiam, quod, cum Jacobus Ansaldi de sancto Stadio . . . . — . . anni et dimidium elapsi vel circa — tempore domini . . . . . Michaelis, Consulis in Salonicho, et annum suum Consulatui in principio, emisset quamdam maximam quantitatem furmenti in Salonicho causa portandi . . .

[1]) In vilanillis quaeras pannos villoso-sericos.

. . . posuisset in quadam domo, et stando sic capitaneus ipsius terre, vocatus Ciasis, et Castrophylica[1]) venientes ad ipsum fecerint sibi accipi claves dicte domus, ubi erat ipsum furmentum, et sigillaverunt . . . . . permiserint ipsum Jacobum habere potestatem neque bayliam de ipsa domo vel furmento, neque videre ipsum furmentum, sed sic tenuerint bullatum et clausum furmentum et domum a medio mense Aprilis tune vel circa usque . . . . . XXII intrante mensis Julii . . . . . proxime dicto, etiam eis, antequam hec sic facerent . . . . . hoc per ipsum Jacobum, quod destrueretur suum furmentum, et ipsi tunc responderint: quia faciebant, quod placebat eis, et si furmentum destru . . . . . ator erat bene talis dominus, qui bene poterat emendare . . . . . tempus redditis sibi clavibus et desbolata[2]) domo ad preces et instantiam dicti Consuli[3]) et aliorum rogantium pro ipso, facto etiam sibi precepto, quod . . . . . portaret alio, repererit, viso ipso furmento quasi . . . . . et marcidum, et quod quasi nichil valebat, ipse Jacobus et dicta occasione dicti furmenti et ob devastacionem solum de capitali suo, quod consta . . . . . in CCCC yperperis et ultra, que amiserat de ipso furmento, sine suo dampno et iniuria; et de bis omnibus facta fuerit plena fides dictis judicibus, et vera esse, manifesta et probata extiterint per dictum ipsius Jacobi et testium productorum per ipsum dictum dominum Consulem et alium, iurantium, sic fuisse: ideirco dixere ipsi judices, eidem Jacobo restitui debere pro suo dampno yperpera CCCC.

Item cum hoc etiam sit, quod, cum predictus Jacobus x Ansaldi de sancto Stadio esset in terra de Salonicho — iam

---

[1]) Καστροφύλαξ, quod nomen dignitatis militaris, non viri esse videtur.

[2]) desbolata, disbullata, bullis (signis) liberata, i. e. aperta. Cfr. not. 2, pag. 180.

[3]) l. c. consulis.

est annus elapsus de *mense* Februario proximo elapso — et haberet questionem cum quodam Greco vocato Henricus coram Rectore ipsorum, socio Duche Calambachi, pro XV yperperis, que querebat ab ipso pro precio draporum, quos sibi vendiderat, et cum non faceret sibi plenum ius ipse Rector, dixerit ipse Jacobus sibi, quod, nisi faceret ius, quod recurreret et veniret ad suum Consulem et peteret ius et faceret dici Venetis, quod tantum deberent tenere Grecis, quousque foret satisfactum ipsi de suis yperperis; et ea occasione ipse Rector dedignatus extiterit et dicendo, quod non appreciabat[1]) ipsum Jacobum et suum Consulem de hoc, et miserit ad domum ipsius Jacobi, et fecerit derobari ipsum nequiter de multis suis rebus et arnesiis et de duobus equis, et accipi claves caselle ipsius per suum nuncium vocatum Calambachi, i. e. Duche, et de ipsa capsella accipi etiam fecerit CXII yperpera, et post duos dies et dimidium fecerit reddi equos et alias res omnes, et post XV dies ultra reddi fecerit Consuli Venetorum, retentis de dictis yperperis LXIII yperperis, residuum ipsorum yperperorum, dicendo, quod redderet ipsi Jacobi, si vellet, et dicta LXIII yperpera dum reddere noluit . . . . . nec ea habuerit postmodum, et dicta occasione sic dampnificatus in ipsis extiterit; de his visa, scita et cognita veritate per dictum ipsius Jacobi et testium productorum per ipsum super hoc: dixere ipsi judices, restitui debere . . . . . LXIII yperperis et dampno ipsorum ipsi Jacobo yperpera LXIII.

XI Item Pancrati Contareno de sancto Paterniano et Angelo Olderigi de sancto Symeone Propheta, derobatis de hoc anno proximo elapso de mense Junii de tanto inter becutias et moltolinas[2]), quas mittebant in una ipsorum barcha et coreda ipsius barche omnia . . . . . de Spinarza ad Durazum, quod

[1]) Alibi appr. est aestimare, pretium merci imponere; hoc l. i. q. respicere.

[2]) An becunas et mottolinas (*mont.*), i. e. pelles hircinas et vervecinas?

valuerit solidos X grossorum, per Johannem de lo Cavo, comitum undecim lignorum armatorum ad Aniam, et alterius ligni, quod habebat in sua conserva, armati ad lo Butrento[1]), et per socios eius; item et in alia parte derobatis etiam per dictos cursarios et dicto tempore et partibus de tanta scta et aliis rebus, quas mittebant ad dictum locum de ligno Zaratino et Marchi Quasso et Andree Vedelini, caricato de furmento et alia blava[2]), que valuerit solidos XX grossorum: scita et cognita veritate per dictum ipsorum et testium productorum, iurantium, sic fuisse: dixere dicti judices, restitui debere pro dictis ipsorum dampnis solidos XXX denariorum grossorum.

Item Antonio Lixi de Canareclo[3]), derobato — iam sunt circa sex anni — de quodam mense Madii et capto etiam in culfo de Larmiro per Johannem Senzaraxon, hominem domini Imperatoris, de quadam barcha, que sua erat media, et de tantis inter denarios in yperperis et petias de terlisiis[4]) et alia arnesia, que valuerint yperpera CXX; visa et cognita veritate et quantitate dampni et (testium) per dictum ipsius Antonii et testium productorum super ipso facto coram ipsis dominis, iurantium et sacramento asserentium, sic fuisse: dixere ipsi judices, restitui debere pro suo dampno yperpera CXX. XII

Item . . . . . musso, burgensi Nigropontis, derobato tempore Baiulatus domini . . . . . et Jacobi, patri eius, quod valuerit yperpera XL . . . . . Baiuli et dictum ipsius, iurantis, sic esse . . . . . XIII

Item cum hoc sit, quod, cum . . . . . cum una tareta, [o] quam habebat in societate cum nobili viro Phylippo Sanuto, cuius tarete due partes erant sue, et tercia dicti Petri . . .

---

[1]) De conserva vid. not. 3, p. 225. — *Butrinto*, Buthrotum veterum.

[2]) I. e. quod blado, tritico cujusvis speciei.

[3]) I. e. *Canaregio*, *Canalis regius*, unum ex sexteriis Venetiarum.

[4]) Cfr. supra p. 241, not. 2.

. . . et applicuerint Constantinopolim, dum transirent per Larmiro, mandato Baiuli predicti et ex precepto eis facto ex parte domini Imperatoris, et existentibus eis ibi . . . . . ad Blachernum[1]), et postea acceperit ab ipsis, domino Petro et Angelo, dominus Imperator furmentum contra ipsorum voluntatem modium unum et quartam ad yperperum, cum curreret per terram . . . . . suram satis, quam curreret per terram, et in hoc dampnificaverit ipsum dominum Phylippum pro duabus partibus dicti furmenti, cum fuerit in maxima quantitate furmentum, parte dicti Petri, cuius . . . . . pro quantitate preeii et mensura in yperperis D, et propter moram et detentionem tarete longam in expensis marinariorum pro duabus partibus et dampno tarete in yperperis CC; et de his omnibus nota et probata . . . . . in comune Veneciarum et dictis judicibus per dicta et litteras et scripta dicti Baiuli et comissionem habentis pro ipso et testium productorum, iurantium, veritatem sic fuisse: ideirco dixere ipsi domini judices, sic de his scita et cognita veritate, dicto domino Phylippo Sanuto restitui debere pro dampno dicti furmenti et tarete et marinariorum yperpera DCC.

u Item cum hoc sit etiam, quod, cum Thomas Minotus et Petrus Franciscus Veneti essent cum una ipsorum tareta honerata vino et diversis mercadandiis in portu de Napoli de Romania, venientes de Apulia die XIII exeunte mense Januarii currente MCCLXII una cum infrascriptis ipsorum marinariis, scilicet Petro . . . . . la Ponta, Albano . . . . . Balbo, Johanne Brulato, Clemente Vatacii, Alberto Calefato, Guidone Micho, Guido Calefati, Jacobo Baronzola, Donato Bellone, Johanne Alessandro, eius filio, et muliere . . . . . venerint ad ipsos . . . et suam taretam galee XVII domini Imperatoris et quinque

---

[1]) *Blachernam*, palatium Blachernarum. Cfr. p. 249.

ligna currentia, quorum erat capitaneus Caloiani Apriano Prothouestaria[1]), et intraverint taretam et derobaverint dictos . . . . . marinarios . . . . . omnibus eorum mercadandiis, rebus et bonis, et ensignia sancti Marchi, que habebant, dilaceraverint et suppeditaverint, nec profucrit eis dicere, quod essent Veneti, et expoliaverint eos nudos preter Thomam et Petrum, quos . . . . . in zupis[2]), et dampnificaverint ipsos Thomam et Petrum inter yperpera auri, palaxum, coculos et cocularios[3]), setam, granam[4]), suros, ceram, canavos[5]), aceras, sardellas, vinum, nucellas, vietualia omnia et alia corcda . . . . . et arma, arnesia de lectis et de cochina et de tabula, et alias res magnas et parvas, quas habebant ibi, quas esset longum enarrare, et alia arnesia, arma et vestes et res dictorum marinariorum, et mulieres . . . . . *quod* valuerit yperpera M. M. M. M. et ultra; et hcc omnia nota et examinata et probata extiterint et inventa vera esse penes dominum Ducem et comune Veneciarum et dictos judices per dicta ipsorum omnium, Thome, Petri et marinariorum et . . . . . pro ipsis coram ipsis judicibus, iurantium et sacramento asserentium, omnia vera esse; et cum hec etiam quesita extiterint per ambaxatorem comunis Crete, dominum Marchum Dandulum, domino Imperatori, et ea occasione facte fuerint . . . . . .: idcirco dixere dicti judices, eidem Thome et Petro pro se et marinariis et mulieribus restitui debere ipsi pro ipsorum omnium dampno et

---

[1]) l. e. Caloioannes Aprianus, protovestiarius, quod ultimum dignitatis nomen Italus pro nomine viri proprio ut alibi sumsit.

[2]) l. e. Gallorum juppe, præter alia sagum militare. Italis vero est giuppa tunica.

[3]) Aromatis Indici species, grana aromatica, Gokelkerne Theotisce. Etiam in aliis nominibus aut aperte aut occulto continentur, ut videtur, suffimenta, edulia, quae ad luxum pertinent, etc. — Saurus est piscis; palaxum est forsan pro balascum s. balassium, quod est balascio, balais, μπαλάσι, carbunculus.

[4]) Scarlatum, coccum rubeum. Cfr. Boerio sub voc. grana.

[5]) Potest subesse canabos et canapos, de quibus adi Du Cang.

satisfacione dampni yperpera M. M. M. M., taxando hec et divi*dendo* . . . secundum quod in peticionibus et scripturis ipsorum in libris continetur.

III Item cum repertum fuerit etiam per dictos judices, Antonium Zanasium . . . . . quandam quantitatem furmenti Constantinopolim volens venire Venecias de partibus Gazarie[1]) a Mari Maiori[2]), tempore domini Petri Badoarii, Baiuli Constantinopoli, in quadam tareta dominorum Nie . . . . . , quam caricaverant de furmento, ut eum ipso venirent Venecias, quorum erat nauclerius, et non fuerit sibi permissum per dominum Imperatorem et suos nuncios vendere ipsum furmentum in Constantinopoli, ut alii . . . . . prohibitum ex mandato facto ex parte domini Imperatoris, quod nullus audeat emere furmentum ab aliquo Veneto in pena averis[3]) et persone, fuisse dampnificatum in XXX libras parvorum; de hoc scita et cognita veritate per dictum ipsius et testium productorum, iurantium, sic fuisse, cum non vendiderit, nec Venecias duxerit: idcirco dixere dicti judices, restitui debere ipsi pro suo dampno libras XXX parvorum Venetorum.

IV Item cum invenerint etiam ipsi judices, dominam Thomasinam, relictam Johannis Boni de Constantinopoli, derobatam, spoliatam nequiter et dampnificatam fuisse, cum esset ibi in Constantinopoli — iam est annus elapsus et ultra usque in mense Marcii proximo preterito — in domu sua de tanto inter yperpera aurea et alias res, acceptas sibi per Muffalum et Vixiotum, homines domini Imperatoris, violenter et de manibus eius dicta yperpera per dictum Vixiotum, quod valuerit yperpera CC et plus; scita de hoc et cognita veritate per dictum ipsius domine et testium productorum per ipsam, sacramento

---

[1]) *Gazariae, Chazariae*, coll. nota 1, p. 266.

[2]) *Ponto Euxino.*

[3]) I. e. in poena pecuniæ, facultatum. His Italis avere (habere) est substantivum, cujus genetivus averis. Cfr. p. 184, not. 1.

hoc iurantium sic fuisse: dixere idcirco dicti judices, restitui debere ipsi domine Thomasine pro suo dampno yperpera CC.

Item cum repererint dicti domini, Marinus Gradenicus, v Laurentius Segretus et Marchus Geno, positus et electus secundum morem comunis Veneciarum loco dicti domini Giberti Dandoli, tercii judicis, ad istam sententiam et sequentem de domo Dandolorum videndas et examinandas per ipsum comune, judices, nobilem virum, dominum Johannem Dandolum, fuisse derobatum tempore, quo exercitus domini Imperatoris venit ad insulam Andre[1]) vel ante vel circa id tempus, de duabus suis barchis honeratis de lana et de becune et de formagio[2]), quas mittebat ad Nigropontem, per Johannem de lo Cavo, hominem domini Imperatoris, acceptis sibi, et socios, et ductis ad Aniam cum aliis rebus, que ibi erant, et dampnificatum ex ipsarum amissione de tanto, quod valuerit yperpera CCCCL; item et in alia parte derobatum et dampnificatum fuisse de tantis suis rebus et bonis et inter denarios grossorum et argentum et anulos aureos et pirolas[3]) de ambro et alia, acceptis sibi de una sua cassella, quam portabant pueri ipsius domini Johannis in una galea Petri de Ystria, qui ibat Constantinopolim, que passa fuerat naufragium in loco vocato la Tritina, per Ducham et homines ipsius loci, que cassella evasa erat cum rebus in terram post naufragium, que valuerant yperpera CLXXVII, tempore domini Johannis Zeno, Baiuli Constantinopolis; et de his omnibus scita et cognita fuerit veritas ab ipsis dominis per dictum ipsius domini Johannis et testium productorum ab ipso, iurantium, omnia sic fuisse, et a domino Duce et comuni etiam Veneciarum in totum: idcirco dixere ipsi domini judices supra-

[1]) *Andrum*, ut alibi. Cfr. p. 197. 204.

[2]) I. e. formaggio, fromage, caseus. — Becuna est *aluta* aut potius *pellis hircina*. Cfr. p. 272, not. 2.

[3]) I. e. globulos.

scripti, sic scita et cognita veritate, ipsi domino Johanni restitui debere pro dictis duobus dampnis yperpera DCXXVII.

VI Item nobili viro, domino Marino Dandolo de contrata sancti Fantini, derobato tempore domini Andree Dandoli, Baiuli Nigropontis, dum veniret cum uno suo ligno de Salonicho, honerato de furmento et aliis mercationibus, de multis suis rebus et mercationibus, scilicet aurisiis, furmento et farina, carnibus porcinis, cera, roiba, lignamine, pannis de Ypro et saia[1]), evasis de dicto ligno passo naufragium, in contrata de . . . onia et Dimitriata[2]), acceptis sibi per homines illarum . . . . . ipsi litteris domini Imperatoris et Baiuli Nigropontis predicti, missis dictis hominibus, ut redderent predicta, que reddiderint, et dampnificato tunc dicta occasione in CCCL yperperis et plus; scita . . . . . et cognita veritate per dictum ipsius domini Marini et testium productorum per ipsum dictum Baiulum scilicet et alios, iurantium, predicta omnia vera esse: dixere dicti domini judices Marinus, Laurentius et Marchus . . . . . debere pro suo dampno yperpera CCCL.

VII Item cum repercrint etiam predicti domini priores judices, domini Gibertus Dandolo, *Marinus Gradonicus* et Laurencius Segretus . . . de sancto Nicholao, Marinum Barastrum et Angelum Barastrum de sancto Pantaleone de hoc anno proximo elapso, de mensibus Septembris et Octubrii . . . . . essent . . . . . cum una eorum tareta, et emissent . . . . . furmenti causa ducendi Venecias, fuisse comerclatos ibi per comerclarios domini Imperatoris contra pacta inita inter ipsum dominum Imperatorem et comunc Veneciarum, et accepta fuisse eis pro comerclo de dicto furmento yperpera LXXXXVI ad . . . . . et dimidium pro quolibet centenario; de his scita et cognita veritate per dicta ipsorum trium et testium productorum

---

[1]) Cfr. Diez l. l. sub vocibus roba (p. 292) et saja (p. 302).

[2]) *Demetriade* Thessaliæ. Cfr. p. 195, not. 1.

per ipsos super hoc, iurantium, sic fuisse: idcirco dixere ipsi domini judices, ipsis tribus restitui debere pro ipsorum dampno dicta yperpera LXXXXVI.

VIII Item Andree Caravello, Marcho de Moro et Andree Barbadico . . . . . sociis, comerclatis in terra de Salonicho . . . . . de mensibus Septembris et Octubrii, cum emissent quamdam quantitatem furmenti causa ducendi Venecias, de LXXII yperperis, et acceptis ipsis pro comerclo . . . . . per comerclarios domini Imperatoris . . . . . et dimidii pro quolibet centenario; dixere dicti domini judices, scita et cognita veritate de his per dicta ipsorum trium et testium productorum per ipsos, iurantium, sic fuisse: . . . . . ipsis tribus debere pro suo dampno restitui yperpera LXXII.

IX Item Antolino Marangono de sancta Maria Zubaniga[1]), et Marino Bordono de contrata sanctorum Johannis et Pauli, sociis, comerclatis de V yperperis de anno proximo elapso, cum essent in terra Salonich, per comerclarios domini Imperatoris, pro XVIII modiis furmenti, emptis per ipsos; cognita veritate per dicta ipsorum, iurantium, sic fuisse: dixere ipsi judices, restitui debere pro ipsorum dampno, cum sibi accepta fuerint, dicta yperpera V.

X Item Marchesino Laurentano Veneto de anno proximo elapso de mense Octubris, cum esset in terra Salonichi, comerclato de LXXX yperperis sibi pro quadam quantitate furmenti, quam emerat, et de XXV yperperis pro risiis[2]), quas emerat causa ducendi Venecias in alia parte per comerclarios domini Imperatoris; cognita veritate per dictum eius, iurantis, sic esse: dixere ipsi judices, restitui debere pro suo dampno dicti comercli yperpera CV.

XI Item provido viro Carentano Zannis Veneto, de confinio sancte Marie matris Domini, dum esset de anno proximo elapso

---

[1]) Cfr. Venezia etc. II, 2, 300 et supra p. 253.

[2]) Scil. risia, risa, risium est oryza, Ital. riso, Gallice ris.

de mense Septembris in terra Salonich, comerelato de LXXXI yperperis et dimidium pro quadam quantitate furmenti, quam emerat ibi causa ducendi Venecias, per comerelarios et eos, qui supererant[1]) furmento, homines domini Imperatoris ad rationem XII yperperorum et dimidii pro quolibet centenario, acceptis sibi per ipsos pro comerelo dicti furmenti; item et in alia parte comerelato — iam sunt quatuor anni elapsi — dum esset in terra Salonich pro Consule Venetorum, de X yperperis acceptis famulo suo, quem miserat Melinicum[2]) cum sua draparia, per homines ipsius terre pro comerelo dictorum draporum; scita et cognita veritate de his omnibus per dictum ipsius Carentani et testium productorum per ipsum, iurantium, sic fuisse: dixere ipsi domini judices, restitui debere pro dictis duobus dampnis dictorum comerelorum yperpera LXXXXI et dimidium.

XII Item Johanni Bono de Nigroponte Veneto de confinio s. Basilii, nunc habitatori Nigropontis, derobato — iam sunt circa sex anni — tempore domini Nicholai Miglani, Baiuli Nigropontis, de quodam mense Marcii in quadragesima, cum exisset de Nigroponte causa eundi ad Andram[3]), et iret in loco vocato le Cavaline, per Bernardum de Malvasia, hominem domini Imperatoris, comitum unius vachete armate in Constantinopoli causa eundi Malvasiam, et Marchum Ruffam, socium suum, et eos, qui cum eis erant, de quadam sua barcha honerata furmento, oleo, pannis, armis et piscibus et aliis mercimoniis, et dampnificato tunc de his omnibus in CCVIII yperperis pro capitali suo solum, sine aliis expensis et dampnis, quos et qui substinuerit ipsa occasione; scita de his omnibus et cognita plenissime veritate per dictum . . . . . Baiuli, missas Baiulo

[1]) l. c. præerant.

[2]) *Melnek, Melnik*, in valle Strymonis (Strumæ) fluvii in Macedonia, e septentrione urbis Seres (Pheræ). Vide Thessalonicam nostram pag. 97.

[3]) *Andrum*, ut alibi. Cfr. p. 279. — *Le Cavaline*, cfr. p. 162, not. 2.

Constantinopolis dicta occasione, continentes dictum factum ipsius et sacramenta ipsius et sociorum, iurantium, sic fuisse, ostensas dictis dominis, et per dictum ipsius Johannis Boni etiam et testium productorum per ipsum coram ipsis judicibus . . . . . vera omnia sic fuisse: dixere prenominati domini judices, restitui debere pro dicto suo dampno yperpera CCVIII.

Item Arinorao Enzo, Andree Malcento et Johanni de [p] 1 Mezamondi . . . . . Imperatorem et suos nuncios circa voluntatem ipsorum per dies XXXV, MCCLXXVI, ind. . . . . dictam moram pro expensis marinariorum et pro nabulis[1]) habito, quem perdiderint tunc, et pro quadam . . . . . dicto Johanni Venerio et sua parte dampni, que alias superius pro se posita est et definita pro ipsorum comuni quantitate . . . . . continentem dicto ipsorum super his, iurantium, sic fuisse. per dictos judices: dixere ipsi judices, restitui debere . . . .

---

Post hec omnia et singula suprascripta notum fit per iam dictos dominos judices omnibus, has eorum sententias inspecturis . . . . . tiones, dicta, jura et facta sacramenta ipsorum et testium productorum ac receptorum super his omnibus et singulis . . . . . in testimonium rei geste omnium predictorum et ad fidem his omnibus plenariam exibendam.

## CCCLXXI.

### Capitulare Comitis Jadræ.

A. d. 1278, die 11. m. Aprilis.

Dedimus ex autographo bibl. sancti Marci (class. XIV, cod. LXXI, nr. 22). A tergo pergameni legitur: *LXXXIV. Zara MCCLXXVIII. Capitulare del Conte di Zara.* Bulla plumbea et ea bene servata chartae suspensa est. Illa ex una parte hos characteres ostendit: *IACOBVS CŌTARENO dī gr̄a VENETIE DALMATIE ATQ.*

---

[1]) I. e. tributo navali.

*CHRŌ. DVX.* In altera parte duo signa impressa sunt. A dextra quidem, id quod litterae circumscriptae patefaciunt, divus Marcus, cinctus gloriola, in manu dextra tenens librum, laeva sese vertens in eum, qui sibi vicinus est. Est hic Dux ipse — circumscriptio, quamvis satis detrita, haec est: *IA ƆNTARENO DVX* — porrigens sancto Marco rotulam, recipiens ab eo vexillum. Facies Ducis ac forma juvenile robur ostendit. Capillus ab utraque parte belle promissus defluit, cornu, quod dicitur ducale, in medio vertice affixo.

Cfr. Romanin l. l. II, 445—448. — Respice simul nr. CCCXI hujus Collectionis, Tom. II, 430 sqq.

Juro ad evangelia sancta Dei, quod fidelis ero domino Duci Veneciarum, usquedum vixerit in regimine Ducatus Veneciarum; et usquedum ero Comes Jadre, tractabo et operabor proficuum Veneciarum et salvationem Jadre in honore et bono Veneciarum.

Et omnia preccpta, que mihi fccerit dominus Dux per se et majorem partem consilii, aut per suum nuncium, vel pcr suas litteras . . . tes[1]) per se et maiorem partem consilii, studiosus ero ducere ad complementum secundum conventionem firmatam inter Venecias et Jadram. Quodsi facere non potuero, notitiam dabo inde, sine fraude, quam citius potero, domino Duci et suo consilio.

Amicos Veneciarum pro amicis habebo, et inimicos Veneciarum pro inimicis habebo, sicut Veneti (l. *Venetis*) haberi noverim; et cum illis nullam pacem nullamque trcguam faciam sine consensu domini Ducis et maioris partis consilii.

Et faciam mihi jurare Jadratinos fidelitatem, et observabunt omnia, que continentur in pacto scripto inter Venecias et Jadram; quodsi quis illorum ipsum pactum juravit, quantum pro isto secundo sacramento non tcncatur.

Et in ipso sacramento, quod Jadratini facient, poni faciam, quod, si domino Duci fidelitatem . . . fecerint, ei fideles erunt

[1]) (*paten*)tes?

Et quando Jadratini mihi fidelitatem facient, jurare eos faciam salva fidelitate domini Ducis, et attendi *(attendam?)* et observabo, et attendi et observari faciam a Jadratinis ea omnia, que continentur in pacto predicto, bona fide et sine fraude.

Stabo autem in regimine dicte civitatis a die, ex quo Jadram intravero, usque ad duos annos completos, quousque illuc pervenerit successor meus Comes, quem illuc miserit dominus Dux cum suo consilio, habiturus integre, de quanto plus stetero, salarium meum usque ad adventum jam dicti mei successoris. Quod salarium est per annum libr. mille CC dnar. Venec., quod debeo habere et recipere a civitate Jadre, et alias honorificentias, ut contin*etur in* dicto pacto.

Habitabo etiam in illa domo sive loco in civitate Jadre, ubi dominus Dux cum suo consilio ordinaverit, tamen sine aliqua pensione solvenda.

Preterea Venecias non veniam per totum tempus mei regiminis.

Habere itaque debeo et tenere meis expensis per totum tempus mei regiminis unum decentem socium Venetum, cui dabo libr. L Venec. par. vel inde supra pro quolibet anno pro salario, et vestes, videlicet duas robas decentes et convenientes omni anno; et unum tabellionem, et octo servitores bene armatos ferro, et quatuor equos, quorum duo sint pretio libr. LXXX dnar. Venec. vel inde superius, infra unum mensem, postquam Jadram intravero, bona fide, sine fraude.

Item solvam de havere meo sex de custodibus castri Jadre, quos quidem custodes accipiam, quales consiliariis meis placuerit; nec ipsos pro me vel utilitate mea faciam facere aliquam angariam.

Servicium non tollam, nec tolli faciam; et si tultum sciero, faciam illud reddi, si potero.

Nullum itaque donum nec presens recipiam, nec recipi faciam ab aliquo mercatore, nec habitatore, nec alia persona

Jadre, nec terrarum Sclavonie nec Dalmacie, nec ab aliqua alia persona aliquo modo vel ingenio, exceptis hiis, que dari solent et debent pro regaliis Comitatus et terre Jadre, que recipere et habere debeo ego Comes, propter quod debeo facere expensas de meo proprio, et dare ea, que dari debent pro ipsis regaliis, quas recepero. Verumtamen licitum est mihi, recipere a meis parentibus et amicis de Veneciis transeuntibus inde, quidquid mihi transmissum vel datum fuerit pro donis. Et tamen predicta dona non recipiam nec faciam recipi, si contra honorem Veneciarum et Jadre fuerit. Si autem foris civitatis Jadre fuero in servicio comunis, liceat mihi presentes recipere in victualibus et expensas et honorificentias consuetas.

Preterea negociaciones non faciam, nec faciam fieri per me vel per alium modo aliquo vel ingenio; nec consentiam vel permittam, quod aliquis de masnata[1]) mea negociaciones faciat, donec in regimine dicti Comitatus stetero. Et faciam jurare notarium et militem meum, quod negociaciones per se vel per alium non facient ullo modo uel ingenio, excepto, quod possim equos meos vendere et mittere alibi ad vendendum. Et si in Jadra vendidero vel in districtu, quod inde acceptum fuerit, possum mittere Venecias in dnr. gross. vel parvis vel argento seu monetis, et non in aliis ullo modo. Sed si alibi misero ad vendendum, possum mittere investitos Venec., sicut mihi placuerit, cum illo ordine, quo mittunt alii de Veneciis.

Ad hec per me vel per alios nomine meo in dicta terra Jadre negociaciones non exercebo, donec stetero in ipso regimine; nec meum tenebo notarium vel socium aut alium de familia mea, qui faciat vel exerceat mercationem per aliquem modum vel ingenium. Tamen salarium meum, quod superfuerit mihi ab expensis, possim semel investire per annos, et non amplius.

---

[1]) Vox Italica, masnada, i. e. familia.

Rationem quoque et justitiam faciam et fieri faciam omnibus petentibus eam.

Curam et studium habebo ad faciendum laborari, perfici et muniri castellum Jadre seu alias municiones, quas dominus Dux cum suo consilio in eadem terra preceperit faciendum et construendum, quam cito fieri poterit, bona fide, et quod diligentius custodiatur, sicut mihi iniunctum fuerit per dominum Ducem et majorem partem sui consilii.

Et licet habeam in regimine meo liberum arbitrium in omnibus factis et negociis civitatis Jadre, ut continentur in pacto inito inter Venecias et Jadram, tamen super factis et negociis civitatis Jadre mei regiminis omni die consiliabor et tractabo, sicut videbitur expedire, cum meis consiliariis de Veneciis. Et consilium illorum super hiis petam et intelligam; et si consilium illorum michi apparuerit rectum, sequar ipsum consilium et observabo. Alioquin per me solum inde faciam, quod consciencia mea melius dictaverit.

Omnes credencias teneri faciam, et precipiam inter me et consiliarios meos, que michi videbuntur esse tenende, donec ipsas solvero credencias.

Bona quoque Venetorum, qui ab intestato apud Jadram decesserint, studiosus ero intromittere et salvare et Venecias mittere . . . secundum mandatum domini Ducis.

Preterea studiosus ero facere presentari omnes litteras de bona contestatione, que michi porrecte fuerint, et quod inde fiat breviarium ad expensas illius, qui voluerit ipsas litteras presentare.

Teneor quoque eundo, stando et reddeundo de proficuo et honore Veneciarum, et per quindecim dies post meum redditum in Venecias ero astrictus de prode et honore Veneciarum, infra quos omnia, que de facto Jadre sciero, tam si inde a domino Duce et suo consilio fuero interrogatus, quam non, dicam et notificabo domino Duci et suo consilio, ac omnia, que

crediderim esse dicenda et fore utilia pro honore et proficuo domini Ducis et comunis Veneciarum et *ad* salvationem civitatis Jadre.

Et reddam de havere comunis Veneciarum, quod pervenerit ad manus meas, racionem infra dictum terminum domino Duci et suo consilio, vel illis personis, quibus preceperit faciendum. Et totum illud, quod mihi superfuerit de bonis et havere comunis Veneciarum, dabo camerariis comunis Veneciarum vel cui aut quibus dominus Dux per se et maiorem partem sui consilii dandum duxerit, infra quintum diem facta ipsa racione. Et si racionem non fecero infra quindecim dies, et bona et havere comunis non dedero camerariis comunis Veneciarum, infra quintum diem facta, sicut dictum est, racione, tunc, si quid tunc haberem, perdam, nec debeam recipere aliquod officium in Veneciis nec extra Venecias, quousque racionem non fecero, et bona et havere comunis non reddam camerariis comunis, sicut dictum est supra.

Insuper si electus essem in officium tam in Veneciis, quam extra Venecias, non facta racione et non redditis bonis et havere comunis, ut dictum est supra, ipsa ellectio teneri sive valere *non* debeat, sicut est ordinatum.

Hec omnia attendam et observabo bona fide, sine fraude, nisi remanserit per dominum Ducem et maiorem partem sui consilii minoris et maioris.

Item sciendum est, quod debeo recipere solutionem de meo salario hoc modo, videlicet sol. XX grossorum, minus unum grossum, pro libris viginti sex.

Preterea est sciendum, quod ego vel consiliarii mei gravare non debemus comune Jadre in expensis pro regimine ultra summam MM librarum, quas dare debent pro regimine secundum formam pacti, nec pro ire Jadram pro meo nabulo aut familie mee, aut pro inde redire, salvo de galea, quam pro Comite mittere debent.

Factum fuit hoc capitulare currente anno Domini millesimo CCLXXVIII, indictione sexta, mensis Aprilis die undecima exeunte.

## CCCLXXII.

**Procuratio Johannis Dandull, Ducis Venetorum, pro Johanne Cane Dandulo et Jacobo Theupulo, ambassatoribus de conventione facienda inter Philippum, Imperatorem Constantinopolitanum, et Karolum, Regem Siciliæ.**

A. d. 1280, die 28. mensis Aprilis.

Inserta est haec Potestas pactis, quae continua sequuntur.

## CCCLXXIII.

**Confirmatio pactorum et conventionum, factorum inter Phylippum, Imperatorem Constantinopolitanum, et Karolum, Regem Yerusalem et Sicilie, et nuncios domini Johannis Dandulo, incliti Ducis Venecierum.**

A. d. 1281, die 3. m. Julii.

Liber Albus fol. 56—59. Liber Pactorum III, 3. Autographum hujus diplomatis archivum Vindobonense asservat, et quidem quatuor exemplaria membranacea concordantia, una, ut videtur, eademque manu scripta. Id cur factum sit, ex sequenti pacto nr. CCCLXXIV elucebit.

In fine diplomatis rubro colore quatuor versibus ultimis superscripta sunt haec signa:



quae sunt mensis et indictionis data.

Quatuor haec exemplaria a parte exteriore inscriptiones habent fere consonas librariorum seu archivariorum, quarum summa haec est:

*Romania Hierusalem Venetia.*

*MCCLXXXI, die III Julii, apud Urbem Veterem.*

*Societas, pacta — concordium et unitas contracta — inter Philippum, Imperatorem Romanie, et Karolum, Regem Hierusalem Sicilieque, Ducatus Apulie Achaieque Principem — ejus fratrem — ex una, et Joannem Dandulum, Ducem, ac comune Veneciarum ad recuperationem Imperii Romanie detenti per Paleologum ceterosque occupatores* (al. *a Paleol. reliquisque occupatoribus*). Al. *pro*

*rehabendo redimendoque Imperio Romanie a Paleologo ceterisque occupato ex altera.*

Unus addidit: *bullis duabus aureis magnifice pendentibus.*

Bullae desunt; restant fila serica; in singulis pergamenis bina: unum rubrum, alterum flavum et rubrum mixtim.

Signum alterum omnibus his chartis inscribitur

*XXII.*

Inscriptio satis antiqua quarto diplomati imposita hujus tituli:

*Liga cum Imperatore Romanie ac Rege Karolo pro recuperatione Imperii Romanie.* 1281.

Hunc titulum manus quaedam recentior supplevit et resarcivit.

Edidit huic nostro consimile vel potius reciprocum instrumentum, cuius diversitates in notis adjecisse sufficiet, quandoquidem illae solum in persona vicem gerente notarii conspiciuntur[1]), Du Cangius ad calcem Villeharduini in „Recueil de diverses chartes pour l'histoire de Constantinople" p. 29 ex archivo Regio, tali significatione: „extrait du trésor des chartes du Roy, Laiette, Empereurs de Constantinople, nr. 9". Cfr. Buchon. recherch. historiques etc. II, p. 373.

Rem breviter attigit Laurentius de Monacis l. VIII, pag. 151: *Ducante Johanne Dandulo anno Domini 1281, die Jovis, tertio Julii, apud Urbem Veterem Philippus Imperator praedictus et Carolus Rex per se ipsos et Dux et comune Venetiarum per Johannem Dandulo Canem et Jacobum Theupulo, ambaxatores, procuratores et nuntios Ducis, comunis Venetiarum habentes speciale mandatum, ad recuperationem Imperii Romaniae contraxerunt societatem pro reacquirendo Imperium antedictum.*

In nomine Domini nostri Jhesu Cristi. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo ducentesimo octuagessimo primo, die Jouis tercio mensis Julij, none indictionis, pontificatus domini Martini Pape IIII[ti] anno primo.

Qui facit concordiam in sublimibus suis, tractatus varios inter excellentes Principes dominos, Dei gracia Phylipum, in Cristo Deo fidelissimum Imperatorem, Romanie moderatorem

---

[1]) Accedit, quod hoc ipsum instrumentum insertum est pacto, quod sequitur, nr. CCCLXXV.

semper augustum, et Karolum, Regem Jerusalem, Sicilie, Ducatus Apulie et principatus Capue, alme urbis Senatorem, Principem Achaye, Andegauie, Provincie, Folkalkerij et Tornodori Comitem, ex parte una; et magnificum virum, dominum Johannem Dandulo, Dei gracia Venecie, Dalmacie atque Chroacie Ducem, dominum quarte partis et dimidie tocius Imperij Romanie, et comune Venetorum ex altera, tempore longo protractos sua pictate concordans, partes in subscriptam deduxit concordie unitatem.

Si quidem ad honorem sancte et individue Trinitatis, Patris et Filij et Spiritus sancti, intemerate et gloriose virginis Marie matris Dei, beatorum quoque Apostolorum Petri et Pauli ac beati Marci Evangeliste, specialis comunis memorati Patroni, et ad exaltationem fidei orthodoxe, reintegrationem potestatis Apostolice, que de subtractione Imperij Romanie, quod se ab ipsius obedientia scismate iam antiquato subtraxit, gravem in corpore mistico ecclesiastice unitatis tam nobilis membri mutilacionem sensisse dinoscitur, memorati principes, Imperator et Rex per se ipsos, Dux et comune Venecie per nobiles et sapientes viros, Johannem Canem Dandulo et Jacobum Teupolum, ambassatores, syndicos, actores, procuratores et nuncios speciales suos, habentes ad hoc mandatum subter annexi tenoris, ad recuperationem eiusdem Imperij Romanie, quod detinetur per Paleologum et alios occupatores et detentores eiusdem Imperij occupatum, pacta, conuentiones et societatem secundum infrascriptum modum et formam inter se concorditer inierunt:

Videlicet, quod placet eisdem Imperatori et Regi, Duci et comuni Venetorum, et concordant et volunt, ut omnia iura, honorificentie, libertates, possessiones, iurisdictiones, terre et franchisie, que et quas utraque pars[1]) habent, habuerunt et

[1]) predicte partes LA. ab alia manu; in sequ. habebunt—debebunt Du Cang.

habere debent in Imperio Romanie, nec non et pacta omnia, facta cum Imperatoribus precedentibus, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, integre obseruentur.

Item placet partibus, concordant et uolunt, quod de inimicis Imperatoris uel Regis seu successorum suorum et de inimicis Ducis et comunis Venetorum seruetur hinc inde illud, quod seruatum extitit a tempore acquisitionis Imperij usque ad tempus amissionis ciuitatis Constantinopolitane.

Item placet eisdem partibus, concordant et uolunt, quod Imperator et Rex aut filius suus primogenitus, dominus Karolus, Princeps Salernitanus et Honoris Montis sancti Angeli dominus, et Dux, qui nunc est, uel si, quod absit, acciderct, quod alius Dux crearetur, ille Dux, qui erit eo tempore, quando fiet passagium, transeant in proprijs personis in Romaniam contra illos, qui occupauerunt et tenent Imperium supradictum; et Imperator et Rex uel predictus filius suus ponent in dicto negocio circa octo milia equorum cum sufficientia personarum armatarum, habito respectu ad uumerum predictorum equorum. Et Dux habebit quadraginta galeas bene munitas et plures, si dicto Duci uidebitur, quod sit necesse ad hoc, ut habeat posse maris contra inimicos; quia Imperator et Rex non proponunt habere nisi uasella pro deferendis gentibus, equis et uictualibus, uidelicet naues et teridas[1]).

Item placet eisdem partibus, concordant et uolunt, quod terminus iniciandi passagij sit mensis Aprilis secundo ueniurus, ita quod Dux iter arripiat de Veneeijs cum exercitu suo maritimo siue stolio primo die predicti mensis Aprilis ad tardius; Imperator uero et Rex siue filius suus prefatus iter arripient de portu Brundusij cum exercitu suo ad tardius in medietate dicti mensis Aprilis, ita quod in dicta medietate ipsius mensis omnia uasa possint esse simul circa mare Brundusij.

---

[1]) teridas autogr., alii taridas.

Item placet eisdem partibus, concordant et uolunt, quod iidem Imperator et Rex — siue dictus filius suus — per se ipsos et gentem eorum in predicto exercitu terresti et maritimo iuuent fideliter Ducem et Venetos contra inimicos comunes, occupatores et detentores Imperij et contra omnes illos, qui eos iuuarent contra dictos Imperatorem, Regem et Ducem. Et Dux et comunc Veneciarum per se et gentem suam in predicto exercitu terrestri et maritimo iuuent fideliter memoratos Imperatorem, Regem et filium et gentes ipsorum contra inimicos comunes, occupatores et detentores Imperij, et contra omnes illos, qui eos iuuarent contra ipsos Imperatorem, Regem aut filium et Ducem. Et ad obsidiones et ad insultus faciendos predicti Imperator et Rex seu filius et Dux et gentes eorum iuvabunt viriliter et potenter, sicut in proprijs negotijs, et facient alia necessaria et utilia, sicut temporum et negociorum qualitas exposcet, et sicut fideles socij et amici debent facere unus alteri.

Item placet eisdem partibus, concordant et uolunt, quod iidem Imperator, Rex seu filius suus, Dux et comune Venetorum non faciant pacem uel treuguam cum Paleologo vel heredibus suis uel alio quocumque, qui pro Imperatore Grecorum se gereret, unus sine alijs.

Item actum est inter partes et expresse conuentum, quod, si memoratum Principem Salernitanum uel alium Ducem Venetorum, quam qui nunc est, contigerit esse in prosecutione dicti negocij, ipsi Princeps et alius Dux promittent et iurabunt premissa omnia et singula, sicut hac uice iurant prefatus dominus Rex et Dux, qui nunc est. Et hec omnia et singula prefati Imperator et Rex pro se et heredibus et successoribus suis predictis Johanni et Jacobo, ambassatoribus, syndicis, actoribus, procuratoribus et nuncijs predictorum Ducis et comunis Venetorum, eorum nomine recipientibus, solempni stipulatione



Digitized by Google

promiserunt et ad saneta Dei euangelia iurauerunt, plene, integre et inviolabiliter, prout ad eos pertinet, attendere et obseruare, et eontra ea uel eorum aliquod nullo ingenio uel modo venire.

Dieti quoque Johannes et Jaeobus, ambassatores, syndici, aetores, procuratores et nuntij Dueis et comunis Venecie, similiter eisdem Imperatori et Regi pro se et suis heredibus et successoribus solempni stipulatione promiserunt, et in animas suas et dicti Ducis et minoris et maioris consilii Venetorum ad sancta Dei euangelia iurauerunt, premissa omnia et singula, quatenus ad ipsos nomine dictorum Ducis et comunis ipsosque Ducem et comune Venetorum pertinent, plene attendere et integre ac inuiolabiliter obseruare, et eontra ea uel eorum aliquod nullo ingenio uel modo facere uel venire.

Promiserunt etiam et ad sancta Dei euangelia iurauerunt ijdem Johannes et Jacobus, ambassatores, syndici, aetores, procuratores et nuncij, se curaturos et facturos, quod dictus Dux, sieut inter partes actum et eonueutum est, consilio et consensu minoris et maioris consilij Venetorum requisito et obtento, hec omnia ratificabit et acceptabit, et tactis corpora[bi]liter sacrosanetis euangelijs iurabit, se ac omnes suecessores suos in Ducatu et comune Veneciarum predieta omnia et singula, quantum ad eos pertinet, plene et integre attendere et inuiolabiliter obseruare, et contra ea uel eorum aliquod nullo modo per se uel per alios facere uel uenire; et quod in instrumento super hoc coram eodem Duce conficiendo idem Dux suam faciet auream bullam apponi, sieut ijdem domini Imperator et Rex in instrumento presenti coram eis confecto bullas eorum aureas apponi fecerunt[1]).

---

[1]) Rex in quodam alio huic consimili instrumento scripto manu Magistri Joannis de Capua, notarii, coram eis confecto etc. DuCang.

Tenor autem prenominati mandati sepe fatorum Johannis et Jacobi, ambassatorum, syndicorum, actorum, procuratorum et nuntiorum eorundem Ducis et comunis Venetorum, de uerbo ad uerbum talis est:

„Nos Johannes Dandulo, Dei gracia Venecie, Dalmacie atque Chroacie Dux, dominus quarte partis et dimidie tocius Imperij Romanie, notum facimus tenore presencium uniuersis, tam presentibus, quam futuris, quod nos de uoluntate et expresso consensu nostri minoris et maioris consilij, more solito sono campane et voce preconia solempniter congregati, et ipsa consilia minus et maius una nobiscum nomine et vice nostra et comunis nostri Venecie facimus, constituimus et ordinamus nobiles et sapientes viros, Matheum Quirinum, Johannem Canem Dandulo et Jacobum Teupolum, ambassatores et fideles nostros dilectos, licet absentes, nostros et dicti comunis nostri legitimos syndicos, actores, procuratores et nuncios speciales, uel si quo alio nomine de iure melius dici potest, ad tractandum, componendum, firmandum et faciendum et complendum cum serenissimis dominis Phylippo, Dei gracia in Christo Deo fidelissimo Imperatore, Romanie moderatore semper augusto, et Karolo, eadem gracia Rege Jerusalem, Sicilie, Ducatus Apulie et Principatus Capue, Principe Achaye, Andegauie, Prouincie, Folchalquerii et Tornodori Comite, societatem et societates, conuentiones et pacta, quam, quas et que super Imperio Romanie et occasione ipsius Imperij et terrarum ipsius Imperii et super Regno Jerusalem et occasione terrarum ipsius Regni, et super Regno Sicilie, Ducatus Apulie et Principatus Capue, et super quibuscunque alijs uiderint, seu major pars eorum viderit expedire; et ad excipiendum et exceptandum comunia, collegia, ecclesias et speciales personas ecclesiasticas et seculares; et ad faciendum eisdem dominis Imperatori et Regi, et ad recipiendum et stipulandum ab eis nostro et comunis nostri Venecie nomine omnes et singulas conuentiones, promissiones et

obligationes et pacta, penam et penas promittendum et stipulandum, quas et que in predictis, pro predictis et circa predicta uel aliquod predictorum et circa ea, que uiderint, uel maior pars eorum uiderit expedire; et ad prestandum et recipiendum iuramentum et iuramenta de attendendis, obseruandis et faciendis attendi et obseruari omnibus et singulis, que per predictos syndicos et procuratores uel maiorem partem eorum promissa et stipulata fuerint; et ad omnia alia facienda et recipienda, que in predictis et circa predicta uel aliquod predictorum videbitur expedire, etiamsi mandatum exigerent speciale; promittentes Paulo, nostro notario infrascripto, recipienti et stipulanti pro predictis dominis Imperatore et Rege et omnibus et singulis, quorum interest uel interesse posset, nos et dictum comune nostrum firmum et ratum habere, tenere et seruare omne id, et quicquid per dictos syndicos et procuratores uel maiorem partem eorum factum fuerit, et non contrauenire, sub obligatione bonorum nostri comunis.

Ad euius rei memoriam et cautelam presens publicum instrumentum manu Pauli, Ducalis aule nostre notarij, fieri iussimus, bulla nostra plumbea communitum, anno Domini millesimo ducentessimo octuagessimo, indictione octaua, die XXVIII Aprilis, in DUCALI NOSTRO PALATIO, presentibus domino Johanne Grisone [1]), Marino Valaresso, Nicolao da Canali [2]), Petro Barbadico, Nicholao Quirino et Jacobo Teupolo consiliarijs, Rustichino Benentendi [3]), Renoardo condam Ottonis [4]) et Martino Rauignano, Ducalis aule scribis, testibus, et alijs.

Et ego Paulus Berardi, notarius, Ducalis aule Venecie scriba, de mandato predicti domini Ducis et rogatu consilij scripsi et publicaui."

---

[1]) Griffono Du Cang.
[2]) de Canali LA. Du Cang.
[3]) Benintendi LP.; Benetendi Du Cang.
[4]) Octonis LA.; Othonis Du Cang.

In cuius rei testimonium presens instrumentum ad preces et requisicionem predictorum Imperatoris, Regis et ambassatorum per me infrascriptum Johannem de Capua[1]), notarium, in publicam formam redactum, prefati domini, Imperator et Rex, aureis suis bullis typarijs maiestatis utriusque ipsorum impressis, nec non et Imperialibus iusserunt caracteribus communiri[2]).

Actum apud URBEM VETEREM, presentibus venerabili patre domino B., Abbate monasterij Casinensis[3]), venerabilibus uiris Magistris Berardo de Neapoli et Angelo de Urbe notarijs, Petro de Teano, correctore, Guillielmo de Puliaco, Archidiacono in ecclesia Cenomanensi, Guillielmo de Miliaco, Decano ecclesie sancti Aniani Aurelianensis, Leonardo primicerio, et Thomasio Pino canonico, Castellanis, Capellanis domini Pape; nobillibus uiris Bertrando, domino Baucij, Comite Aucllini; Petro, Comite Catanzañ.[4]); Leonardo, cancellario Achaye, et Lodoyco de Roeriis[5]), magistris rationabilibus eiusdem domini Regis; Magistro Raynaldo, cancellario ciusdem domini Imperatoris; Milone de Galathas[6]), Phylippo de Lauena[7]), militibus, consiliarijs et familiaribus prefati domini Regis, et Magistro Paulo Berardi, notario, Ducalis aule Venecie scriba, et pluribus alijs, ad hoc uocatis et rogatis testibus.

Et ego Johannes de Capua, publicus Apostolica auctoritate notarius, predictis omnibus interfui, et ea rogatus scripsi et publicaui, meoque consueto signo signaui[8]).

---

[1]) Marcum Sibotum DuCang.

[2]) *praefati Joannes Dandolo et Jacobus Theupolo ambassatores pendentibus suis sigiltis cereis munierunt* DuCang.

[3]) ven.—Cas. non habet DuCang.

[4]) Contazani DuCang.

[5]) do Roeriis autogr. et DuCang.; de Barcerii LP; de Bocrii LA.

[6]) Galithas LA. LP.

[7]) Lauena autogr. et DuCang.; Lauen LP.; Lavene LA.

[8]) In diplom. DuCang.: *Ego Marcus Siboto, Imperiali autoritate notarius et Ducalis aulae Venetorum scriba, praedictis omnibus interfui et rogatus scripsi, ac signo meo solito roboraui.*

## CCCLXXIV.

**Aliud pactum confirmationis societatis inter prædictos dominos.**

A. d. 1281, die 3. m. Julii.

DuCange l. c.: Recueil etc. p. 32: „Traitté extrait d'un registre du trésor des chartes du Roy, dont original est dans la Laiette, Empereurs de Constantinople, nr. 9".

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Anno natiuitatis eiusdem MCCLXXI, die Jouis III mensis Julii, IX indi et. pontificatus domini Martini PP. quarti anno primo.

Patcat universis per hoc publicum instrumentum, quod inter excellentes Principes dominos, Dei gratia Philippum, in Christo fidelissimum Imperatorem, Romanie moderatorem semper augustum, et Karolum, Regem Hierusalem, Sicilie, Ducatus Apulie et Principatus Capue, almc urbis Senatorem, Principem Achaie, Andegauie, Prouincie, Forcalquerii et Tornodori Comitem, per se ipsos ex parte una; et magnificum uirum dominum Joannem Dandulo, Dei gratia Venetorum, Dalmatie atque Chroacie Ducem, dominum quarte partis et dimidie totius Imperii Romanie, et comunc Venetorum per nobiles ac sapientes uiros Joannem Canem Dandulo et Jacobum Theupulo, ambassatores, syndicos, actores, procuratores et nuntios speciales suos, habentes ad hoc sufficiens et speciale mandatum ex altera, sic actum est et expresse conuentum de galeis et teridis mittendis et tenendis in mari per septem menses in anno usque ad illud tempus, quo fiet per ipsos passagium in Romaniam contra Paleologum et alios, qui tenent et occupant Imperium Romanie, sicut conuentum est inter eos, videlicet:

Quod placet eisdem dominis Imperatori et Regi, et Duci et comuni Venetorum, concordant et uolunt, quod idem Dux et comune Venetorum debeant armare quindecim galeas, et ipsi Imperator et Rex alias quindecim et decem teridas, in quibus decem teridis habeant ipsi Imperator et Rex circa trecentos equos et trecentos homines ad arma, quia in tali exercitu non est

nccesse habere nisi homines ad arma, et quod omnia predicta uasa sint et esse debeant apud insulam Corphou in Kalendis mensis Maii primo futuri, ad faciendam guerram et dampnificandum Paleologum et alios, qui occupant et detinent occupatum Imperium Romanie.

Et hec omnia prefati domini Imperator et Rex pro se et heredibus et successoribus suis predictis Joanni et Jacobo, ambaxiatoribus, syndicis, actoribus, procuratoribus et nuntiis predicti Ducis et comunis Venetorum, eorum nomine recipientes, solemni stipulatione promiserunt, plene, integre et inviolabiliter, prout ad eos pertinet, facere et implere.

Dicti quoque, Joannes et Jacobus, ambaxiatores, syndici, actores, procuratores et nuntii Ducis et comunis Venetorum, similiter eisdem *(dominis)* Imperatori et Regi pro se et heredibus et successoribus solemni stipulatione promiserunt, premissa omnia et singula, quatenus ad ipsos nomine dictorum Ducis et comunis ipsosque Ducem et comune Venetorum pertinent, plene, integre et inuiolabiliter facere et adimplere, attendere ac etiam obseruare; et quod dictus Dux, sicut inter partes actum et conuentum est, consilio et consensu maioris et minoris consilii Venetorum requisito et obtento, hec omnia ratificabit, acceptabit et solemni stipulatione promittet, se ac successores suos in Ducatu et comune Venetorum predicta omnia et singula, quantum ad eos pertinet, plene, integre et inuiolabiliter facere et implere; et quod in instrumento super hoc coram eodem Duce conficiendo idem Dux suam faciet plumbeam bullam apponi, sicut iidem domini Imperator et Rex in instrumento presenti coram eis confecto sua cerea sigilla fecerunt apponi.

In cuius rei testimonium presens instrumentum, ad preces et requisitionem predictorum Imperatoris et Regis et ambaxiatorum per me, infrascriptum Marcum Siboto, notarium, in publicam formam redactum, prefati domini Imperator, Rex et ambaxiatores pendentium sigillorum suorum fecerunt appensionibus communiri.

Digitized by Google

Actum apud URBEM VETEREM, presentibus venerabilibus dominis Abbate monasterii Cassinensis, domino Leonardo, primicerio, et Thomasio Pino, canonic. castellan., Milo de Galathas, Philippo de Laucna, militibus et familiaribus dicti domini Regis, Magistro Paulo Berardi, notario, Ducalis aule Venetorum scriba, et pluribus aliis ad hoc vocatis et rogatis testibus.

Ego Marcus Siboto, Imperiali auctoritate notarius et Ducalis aule Venetorum scriba, predictis omnibus interfui, et ea rogatus scripsi ac signo meo solito roborani.

## CCCLXXV.

**Aliud pactum confirmationis conuentionum, factarum et habitarum inter supradictos Barones.**

A. d. 1281, die 2. m. Augusti.

Liber Albus fol. 60—65. Liber Pactorum III, 7.
Du Cange l. c.: Recueil etc. p. 33.

In Dei nomine. Amen.

Nos Johannes Dandulo, Dei gracia Venecie, Dalmacie atque Chroacie Dux, dominus quarte partis et dimidie tocius Imperij Romanie, presentis publici instrumenti tenore recognoscimus et fatemur per nobiles et sapientes uiros, Johannem Canem Dandulo et Jacobum Theupulo, ambaxatores, syndicos, actores, procuratores et nuncios speciales nostros, acta, facta, inita, concordata, contracta, promissa, iurata et obligata esse omnia in Romana curia apud Urbem Veterem coram serenissimis Principibus dominis, Dei gracia Philippo, fidellissimo in Cristo Imperatore, Romanie moderatore semper augusto, et Karolo, Rege Jerusalem, Sicilie, Ducatus Apulie et Principatus Capue, alme urbis Senatore, Principe Achaye, Andegauie, Prouincie, Folqualkerij et Tornodori Comite, et cum eis ac ipsis, prout plenius explicantur in quodam instrumento publico, confecto manu Marci Sybotti, Imperiali auctoritate notarij et Ducalis aule nostre Venecie scribe, predictorum, Johannis et Jacobi,

ambaxatorum et procuratorum nostrorum pendentibus munito sigillis, eisdem dominis Imperatori et Regi per eosdem procuratores nostros exhibito quadruplicato[1]), faciente de quodam alio sibi consimili instrumento eisdem ambaxatoribus et procuratoribus nostris pro parte nostra per ipsos Imperatorem et Regem exhibito quadruplicato, confecto manu Magistri Johannis de Capua, publici notarii, bullis aureis predictorum Imperatoris et Regis bullato, expressam et plenariam mentionem. Cuius instrumenti per predictum Marcum confecti tenor de uerbo ad uerbum est talis:

„In nomine Domini nostri Jhesu Cristi. Amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo ducentessimo octuagessimo primo, die tercio mensis Julij, nõne indictionis, pontificatus domini Martini Pape quarti anno primo.

Qui facit concordiam in sublimibus suis, tractatus uarios inter excellentes Principes dominos, Dei gracia Phylipum, in Cristo Deo fidelissimum Imperatorem, Romanie moderatorem semper augustum, et Karolum, Regem Jerusalem, Sicilie, Ducatus Apulie et Principatus Capue, alme urbis Senatorem, Principem Achaye, Andegauie, Prouincie, Folquaquerij et Tornodori Comitem ex parte una, et magnificum uirum, dominum Johannem Dandulo, Dei gracia Venecie, Dalmacie atque Chroacie Ducem, dominum quarte partis et dimidie tocius Imperij Romanie, et comune Venecie ex altera, tempore longo protractos sua pietate concordans, partes in subscriptam deduxit concordie unitatem.

Si quidem ad honorem sancte et indiuidue Trinitatis, Patris et Filij et Spiritus Sancti, intemerate et gloriose virginis Marie matris Dei, beatorum quoque Apostolorum Petri et Pauli ac beati Marci Euangeliste specialis comunis memorati Patroni, et ad exaltationem fidei orthodoxe, reintegrationem potestatis Apostolice, que de subtractione Imperij Romanie, quod se ab ipsius obedientia scismate iam antiquato subtraxit, grauem in

[1]) Cfr. ea, quae supra ad nr. CCCLXXIII, p. 287, breviter attigimus.

corpore mistico ecclesiastice unitatis tam nobilis membri mutilationem sensisse dignoscitur, memorati Principes, Imperator et Rex per se ipsos, Dux et comune Venecie per nobiles et sapientes uiros, Johannem Canem Dandulo et Jacobum Teupulum, ambaxatores, syndicos, actores, procuratores et nuncios speciales suos, habentes ad hec mandatum subter annexi tenoris ad recuperationem ciusdem Imperij Romanie, quod detinetur per Paleologum et alios occupatores et detentores eiusdem Imperij occupatum, pacta, conuentiones et societatem secundum infrascriptum modum et formam inter se concorditer inierunt:

videlicet, quod placet eisdem Imperatori et Regi, Duci et comuni Venecie, et concordant et uolunt, ut omnia iura, honorificencie, libertates, possessiones, iurisdiciones, terre et franchisie, que et quas utraque pars habent, habuerunt et habere debent in Imperio Romanie, nec non et pacta omnia facta cum Imperatoribus preeedentibus, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, integre obseruentur. Item placet eisdem partibus, concordant et uolunt, quod de inimicis Imperatoris uel Regis seu successorum suorum et de inimicis Ducis et comunis Venecie seruetur hinc inde illud, quod seruatum extitit a tempore aquisitionis Imperij usque ad tempus a[d]missionis ciuitatis Constantinopolitane. Item placet eisdem partibus, concordant et uolunt, quod Imperator et Rex aut filius suus primogenitus, dominus Karolus, Princeps Salernitanus et Honoris Montis saneti Angeli dominus, et Dux, qui nunc est, uel si, quod absit, accideret, quod alius Dux crearetur, ille Dux, qui erit eo tempore, quando fiet passagium, transeant in proprijs personis in Romaniam contra illos, qui occupauerunt et tenent Imperium supradictum; et Imperator et Rex uel predictus filius suus ponent in dicto negotio circa octo millia equorum cum sufficientia personarum armatarum, habito respectu ad numerum predictorum equorum. Et Dux habebit XL galeas bene munitas et plures, si dicto Duci uidebitur, quod sit neccesse ad hoc,

ut habeat posse maris contra inimicos; quia Imperator et Rex non proponunt habere nisi uasella pro deferendis gentibus, equis et uictualibus, videlicet naues et taridas. Item placet eisdem partibus, concordant et uolunt, quod terminus iniciandi passagij sit mensis Aprilis secundo uenturus, ita, quod Dux iter arripiat de Venecia cum exercitu suo maritimo siue stolio primo die predicti mensis Aprilis ad tardius; Imperator uero et Rex siue filius suus prefatus iter arripient de portu Brundoxij cum exercitu suo ad tardius in medietate dicti mensis Aprilis, ita, quod in dicta medietate ipsius mensis omnia uasa possent esse simul circha mare Brundusij. Item placet eisdem partibus, concordant et uolunt, quod idem Imperator et Rex siue dictus filius suus per se ipsos et gentem eorum in predicto exercitu terrestri et maritimo iuuent fideliter Ducem et Venetos contra inimicos comunes, occupatores et detentores Imperij, et contra omnes illos, qui eos iuuarent contra dictos Imperatorem, Regem, Ducem. Et Dux et comune Venecie per se et gentem suam in predicto exercitu terrestri et maritimo iuuent fideliter memoratos Imperatorem, Regem et filium et gentem ipsorum contra inimicos comunes, occupatores et detentores Imperij, et contra omnes illos, qui eos iuuarent contra ipsos Imperatorem, Regem aut filium et Ducem. Et ad obsidiones et ad insultus faciendos predicti Imperator et Rex seu filius et Dux et gentes eorum iuuabunt uiriliter et potenter, sicut in proprijs negocijs, et facient alia neccessaria et utilia, sicut temporum et negociorum qualitas exposcet, et sicut fideles socij et amici debent facere, unus alteri. Item placet eisdem partibus, concordant et uolunt, quod idem Imperator, Rex seu filius suus, Dux et comune Venetorum non faciant pacem uel treuguam cum Paleologo uel heredibus suis uel alio quocunque, qui pro Imperatore Grecorum se gereret, unus sine alijs.

Item actum est inter partes et expresse conuentum, quod, si memoratum Principem Salernitanum uel alium Ducem Vene-

torum, quam, qui nunc est, contingerit esse in prosecutione dicti negocij, ipsi Princeps et alius Dux promittent et iurabunt premissa omnia et singula, sicut hac uice iurant prefatus dominus Rex et Dux, qui nunc est. Et hec omnia et singula prefati Imperator et Rex pro se et heredibus et successoribus suis predictis Johanni et Jacobo, ambaxatoribus, syndicis, actoribus, procuratoribus et nunciis predictorum Ducis et comunis Venetorum, eorum nomine recipientibus, sollempni stipulatione promiserunt et ad sancta Dei euangelia iurauerunt, plene, integre et inuiolabiliter, prout ad eos pertinet, attendere et obseruare, et contra ea uel eorum aliquod nullo ingeuio uel modo venire. Dicti quoque Johannes et Jacobus, ambaxatores, syndici, actores, procuratores et nuntij Ducis et comunis Venecie, similiter eisdem Imperatori et Regi pro se et suis heredibus et successoribus sollempni stipulatione promiserunt, et in animas suas et dicti Ducis et minoris et maioris consilij Venetorum ad sancta Dei euangelia iurauerunt, premissa omnia et singula, quatenus ad ipsos nomine dictorum Ducis et comunis ipsosque Ducem et comune Venecie pertineret, attendere plene et integre, ac inuiolabiliter obseruare, et contra ea uel eorum aliquod nullo ingenio uel modo facere uel uenire. Promiserunt etiam et ad saneta Dei euangelia iurauerunt hijdem Johannes et Jacobus, ambaxatores, syndici, actores, procuratores et nuntij, se curaturos et facturos, quod Dux, sicut inter partes actum et conuentum, et consilio et consensu minoris et maioris consilij Venecie requisito et obtento, hec omnia ratificabit et acceptabit, et tactis corporaliter sacrosanctis euangelijs iurabit, se ac omnes successores suos in Ducatu et comune Venecie predicta omnia et singula, quantum ad eos pertinet, plene et integre attendere et inuiolabiliter obseruare, et contra ea uel eorum aliquod nullo modo per se uel per alios facere uel uenire; et quod in instrumento super hoc coram eodem Duce conficiendo idem Dux suam faciet auream bullam apponi, sicut hijdem

domini Imperator et Rex in quodam alio huic consimili instrumento, scripto manu Magistri Johanuis de Capua, notarij, coram eis confecto, bullas eorum aureas apponi fecerunt[1]).“

Tenor autem prenominati mandati sepe fatorum Johannis et Jacobi, ambaxatorum, syndicorum, actorum, procuratorum et nuntiorum eorundem Ducis et comunis Venecie, de uerbo ad uerbum talis est:

„Nos Johannes Dandulo, Dei gracia Venecie, Dalmacie atque Chroacie Dux, dominus quarte partis et dimidie tocius Imperij Romanie, notum facimus tenore presencium uniuersis, tam presentibus, quam futuris, quod nos de uoluntate et expresso consensu nostri minoris et maioris consilij, more solito sono campane et uoce preconia solempniter congregati, ipsaque consilia minus et maius una nobiscum nomine et uice nostra et comunis nostri Venecie facimus, constituimus et ordinamus nobiles et sapientes uiros Matheum Quirino, Johannem Canem Dandulo et Jacobum Teupulum, ambaxatores et fideles nostros dilectos, licet absentes, nostros et dicti comunis nostri legitimos syndicos, actores, procuratores et nuntios speciales, uel si quo alio nomine de iure melius dici potest, ad tractandum, componendum, firmandum, faciendum et complendum cum serenissimis dominis Phylippo, Dei gratia in Cristo Deo fidelissimo Imperatore, Romanie moderatore, et Karolo, eadem gracia Rege Jerusalem, Sicilie, Ducatus Apulie et Principatus Capue, Principe Achaye, Andegauie, Prouincie, Folcalquerij et Tornodori Comite, societatem et societates, conuentiones et pacta, quam, quas et que super Imperio Romanie et occasione ipsius Imperij et terrarum ipsius Imperij et super Regno Jerusalem et occasione terrarum ipsius Regni, et super Regno Sicilie, Ducatus Apulie, Principatus Capue, et super quibuscunque alijs uiderint, seu maior pars eorum uiderit expedire;

[1]) Cfr. supra p. 292.

et ad excipiendum et exceptandum comunia, collegia, ecclesias et speciales personas ecclesiasticas et seculares; et ad faciendum eisdem dominis Imperatori et Regi, et ad recipiendum et stipulandum ab eis nostro et comunis nostri Venetorum nomine omnes et singulas conuentiones, promissiones, obligationes et pacta, penam et penas promittendum et stipulandum, quas et que in predictis, pro predictis et circa predicta uel aliquod predictorum et circha ea, que uiderint, uel maior pars eorum uiderit expedire; et ad prestandum et ad recipiendum iuramentum et iuramenta de attendendis et obseruandis et faciendis attendi et obseruari omnibus et singulis, que per predictos syndicos et procuratores, uel maiorem partem eorum promissa et stipulata fuerint; et ad omnia alia facienda et recipienda, que in predictis et circha predicta uel aliquod predictorum uidebitur expedire, etiamsi mandatum exigerent speciale: promittentes Paulo, nostro notario infrascripto, recipienti et stipulanti pro predictis dominis Imperatore et Rege et omnibus et singulis, quorum interest et interesse posset, nos et dictum comune nostrum firmum et ratum habere, tenere et obseruare omne id, et quicquid per dictos syndicos et procuratores uel maiorem partem eorum factum fuerit, et non contrauenire, sub obligatione bonorum nostri comunis.

Ad cuius rei memoriam et cautelam presens publicum instrumentum manu Pauli, Ducalis aule nostre notarij, fieri iussimus, bulla nostra plumbea communitum, anno Domini millesimo CCLXXX. indictione octaua, die XXVIII Aprilis, in Ducali nostro palatio, presentibus domino Johanne Grixono, Marino Valleresso, Nicolao de Canali, Petro Barbadico, Nicolao Querino et Jacobo Teupulo consiliarijs, Rustichino Benentendi, Renoardo condam Ottonis et Martino Rauengnano, Ducalis aule scribis, testibus, et alijs.

Et ego Paulus Berardi, notarius, Ducalis aule Venecie scriba, de mandato predicti domini Ducis et rogatu consilij scripsi et publicaui.

In cuius rei testimonium presens instrumentum ad preces et requisitionem predictorum Imperatoris et Regis et ambaxatorum per me infrascriptum Marcum Sibottum, notarium, in publicam formam redactum, prefati Johannes Dandulo et Jacobus Teupulo ambaxatores pendentibus suis sigillis cereis muniuerunt.

Actum apud Urbem Veterem, presentibus venerabili patre domino B., Abbate monasterij Cassinensis, venerabilibus uiris Magistris Berardo de Neapoli, Angelo de Urbe Vetere notario, Petro de Teano correctore; Guilielmo de Puliaco, Archidiacono in ecclesia Cenomanensi, Guilielmo de Miliaco, Decano ecclesie sancti Anniani Aurelianensis, Leonardo primicerio et Thomaxio Pino canonico, castellanis, capellanis domini Pape; nobilibus uiris Bertrando, domino Bauci, Comite Auelini; Petro, Comite Catanzani; Leonardo, cancellario Achaye; Loduico de Roerijs, magistris rationabilibus eiusdem domini Regis; Magistro Raynaldo, cancellario eiusdem domini Imperatoris; Millo de Gallata, Phylippo de Laucna, militibus, consiliarijs et familiarijs prefati domini Regis, et Magistro Paulo Berrardi notario, Ducalis aule Venecciarum scriba, et pluribus alijs, ad hoc uocatis et rogatis testibus.

Ego Marcus Sibotto, Imperialis auctoritatis notarius et Ducalis aule Venecie scriba, predictis omnibus interfui, et rogatus scripsi, ac meo signo solito roboraui."

Nos itaque prefatus Dux Venecie ad requisitionem factam nobis per uos Magistrum Raynaldum de Villa Nova, cancellarium dicti Imperatoris, et Phyllippum de Lauena, dominum Cerre[1]), militem, consiliarios et familiares eiusdem Regis ipsorumque Imperatoris et Regis procuratores, procuratorio nomine et pro parte ipsorum, vobisque presentibus predicta omnia et

[1]) domine Cerrae DuCang., qui haec omnia casu vocativo profert; dominae Cerrae LP.; dñe cerre LA.

singula per eosdem ambaxatores, syndicos, actores, procuratores et nuntios nostros coram eisdem dominis Imperatore et Rege et cum eis ac ipsis in Romana curia apud Urbem Veterem acta, facta, inita, concordata, contracta, promissa, iurata et obligata, prout explicantur plenius et narrantur in suprascripto tenore ipsius instrumenti in publicum lecti et in linguam Latinam vulgariter explanati, coram nobis nostroque minori et maiori consilio, more solito sono campane et uoce preconia sollempniter congregato, in presentia Tanti notarij et testium subscriptorum ad hoc specialiter uocatorum et rogatorum, de ipsorum consiliorum minoris et maioris requisito et obtento consilio et consensu, ipsaque consilia minus et maius una nobiscum nomine et uice nostra et comunis nostri Venecie ratificantes, et acceptantes, ac rata, grata et accepta habentes, volentesque ipsa, prout nos contingunt, facere totaliter et complere, solempni stipulatione promittimus vobis prefatis, Magistro Raynaldo, cancellario eiusdem Imperatoris, et Phyllipo de Lauena militi, consiliarijs et familiaribus eiusdem Regis ipsorumque Imperatoris et Regis procuratoribus, procuratorio nomine et pro parte ipsorum et ipsis dominis Imperatori et Regi per uos ac tibi Tanto notario tamquam persone publice vice, nomine et pro parte ipsorum Imperatoris et Regis et omnium, quorumcunque interest et interesse potest et poterit, legitime stipulantibus. Et nichilominus tactis corporaliter sacrosanctis euangelijs iuramus, quod nos et prefatum comune nostrum Venecie omnes et singulas promissiones, obligationes, iuramenta, condictiones, conuentiones, pacta, modos et formas ac omnia et singula, que in ipso et secundum quod in ipso instrumento, per eundem Marcum notarium, sicut predictum est, confecto, eorundemque Johannis et Jacobi ambaxatorum, syndicorum et procuratorum nostrorum pendentibus munito sigillis per ipsos, eisdem Imperatori et Regi, sicut predictum est, duplicato exhibito continetur, plene faciemus, integraliter adim-

plebimus et inuiolabiliter ex nunc et in antea[1]) obseruabimus, nec in aliquo per nos uel per alios temptabimus contrafacere uel uenire. Et insuper, sicut per eosdem ambaxatores et sindicos nostros eisdem dominis Imperatori et Regi promissum extitit presenti instrumento, per Tantum, infrascriptum notarium, ad preces et requisitionem nostram nostrique prefati minoris et maioris consilij, nec non et vestrum procuratorum predictorum Imperatoris et Regis in publicam formam redacto, ad peticionem uestram pendenti bulla nostra aurea iussimus et fecimus communiri.

Datum et actum in DUCALI NOSTRO VENECIE PALACIO, currente anno ab incarnatione Domini nostri Jhesu Cristi M.CC.LXXX. primo, mensis Augusti die II°, intrante indictione VIIII^a^, presentibus nobilibus et sapientibus uiris Marino de Molino, Nicolao Faletro[2]), Nicolao Quirino, Marco[3]) Superantio, Menego[4]) Michaeli et Marco Basilio, consiliariis incliti domini Ducis, Thoma Premarino, Andrea Storlado[5]) et Marino Georgio, Capitibus de XL, Marino Maurecceno Comite Obseri[6]), Marino Georgio Comite Curzole[7]), Marco Michaele Comite Arbensi, et Gabriele Michaele Comite Yadre, Andrea de Molino et Marco Cornario, aduocatoribus comunis, Jacobo Georgio, Petro Quirino, Johanne Storlado et Leonardo Venerio, procuratoribus beati Marci, Marino Superancio et Paulo Zanne, patronis arsenatus; reuerendis uiris Phylippo Nicola, capellano sancti Marci, et Nicholao Delfino, Archidiacono Gradensi, Magistro Raynaldo, cancellario serenissimi Imperatoris Phylippi, et Phylippo de Lauena, domino Cerre, milite, et pluribus alijs, ad hoc uocatis et rogatis.

---

[1]) in anima correctum in LA.
[2]) Falerio DuCang.
[3]) Mario DuCang.
[4]) Meneto DuCang.
[5]) Scolardi DuCang.; alii Storlado.
[6]) Obseci DuCang.
[7]) Curzolo DuCang.

Ego Tantus, notarius et Ducalis aule Veneciarum cancellarius, bijs omnibus interfui, et de mandato inchliti Ducis Veneciarum et rogatu minoris et maioris consilij ea in publicam formam redigi (sic), et appositione mei soliti signi roboraui.

---

Nota. Adnotat Du Cangius: *„suit après la ratification du second traitté fait ledit iour 3. Juillet 1281 à Orvieto, dont coppie est cy-dessus, par le Duc de Venise, où souscrivent les mesmes personnes qu'en cette ratification, n'y ayant autre difference sinon qu'elle est redigée par Marc Siboto, notaire Imperial et de la Republique de Venise“.*

## CCCLXXVI.

**Concordia firmata inter Joannem Dandulo, Ducem, et comune Venetiarum ex una, et Patriarcham Aquilejæ, Comitem Goritiæ et comune Tergesti ex altera.**

A. d. 1285, die 8. m. Martii.

Liber Pactorum IV, 153.

Andreas Dandulus continuatus l. l. pag. 399: „(Joannes Dandulo) *reliquas urbes Istriae, quae iuramento fidelitatis sibi erant obstrictae, non desistentes propterea ab iniquis actibus, sub suo dominio sapienter retinuit. Qua de re bellum maximum inter Venetos et Aquilegiensem Patriarcham exortum extitit: qui tamen Venetorum potentiae non valens resistere, cum ipsis pacta composuit“.*

Belli atrocissimi cursum latius ibi describit codex Danduli Ambrosianus atque Laur. de Monacis p. 261. 262. Adeas etiam Carli in „Antichità Italiche“ IV, p. 220 sqq. ibique in „Appendice“ p. 58 sqq.; atque Romanin. l. l. II, 315.

In Dei nomine. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, indictione tertia decima, mensis Martii die Jovis octavo intrante, presentibus venerabili Patre domino Fulcerio, Episcopo Concordiensi, et nobilibus viris dominis Leonardo Venerio, Marco Constantino, Pangratio Maripero, Nicolao Faletro, Andrea Geno et Peratio Gradonico, consiliariis illustris domini Joannis Dandulo, Ducis Venetiarum, Magistro Jacobo Ottonelli, canonico Aquilegie, domino Antonio

Decano, domino Leone Sacrista, domino Brixa de Toppo, canonico Concordiensi, Magistro Primirano, Fisico Bononiensi, domino Bartholomeo Contareno, Potestate Caprularum, et Matheo Contareno, fratre eius, dominis Marco Baseglo et Leonardo Zañe, Capitibus Quadraginta, Magistro Tanto, cancellario Ducalis aule Venetiarum, domino Rustichino Benintendi, eiusdem aule scriba, et aliis testibus ad hec vocatis et rogatis.

Inter illustrem dominum Joannem Dandulo, Dei gratia Venetiarum, Dalmatie atque Chroacie Ducem, dominum quarte partis et dimidie totius Imperii Romanie et comune Venetiarum ex una parte, et reverendum Patrem dominum Raymondum, Patriarcham Aquilegiensem, ac magnificum virum dominum Alpretum, Comitem Goritie, et comune et homines de Tergesto ex altera, super diversis et variis insurrexerunt iurgia, contentiones et lites, ex quibus postmodum tanta guerrarum discrimina provenerunt, maxime in provincia Istrie, quod preter incendia, depopulationes, spolia et infinitas rapinas crudeli cede sunt cesi quamplures; cumque hec mala vir venerandus, omni laude et honore dignissimus, Frater Fulcerius, Concordiensis Episcopus, oculis pietatis conspiceret, ut huiusmodi pericula hominum, strages ac cedes cessarent, opportune ac importune non sine multis laboribus et sumptis variis cepit corpus et animam fatigare; et licet quamplures etiam omni exceptione maiores pro huiusmodi discordia complananda interposuerunt partes suas, nullus tamen complere potuit, que perfecit reverendus hic Pater, qui re ac nomine Concordiensis Episcopus nuncupatur. Ipse enim bino itinere se Venetiis personaliter transferens sic humilitatem, quam docet Deus, et misericordiam predicavit, quod corda concordie corda partium ipse Concordiensis Episcopus alligavit, multo labore formam et modum pacis adinveniens, que inferius annotatur.

Nobilis vir dominus Lippo Capponi de Florentia, nuntius et procurator supradicti domini Patriarche, ad infrascripta facienda

procuratorio[1]), cuius capitulum Aquilegiensis ecclesie prebuerunt consensum, prout continetur in instrumento super hoc confecto:

„In nomine Christi. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, tertie decime indictionis, apud AQUILEGIAM in camera novi palatii Patriarchalis, die Mercurii tertio intrante Januario, per Johannem de Lupico, sacri palatii publicum notarium, et sigillato sigillis ipsius domini Patriarche et capituli Aquilegiensis,"

procuratorio nomine obligando ipsum dominum Patriarcham et eius successores et ecclesiam Aquilegiensem ad omnia et singula inferius comprehensa, et nomine et vice ipsius domini Patriarche et successorum suorum et ecclesie Aquilegiensis solempniter promisit et convenit suprascripto domino Duci, recipienti et stipulanti pro se et pro comuni Venetiarum et pro omnibus et singulis Venetis fidelibus, habitatoribus et subiectis ipsius et Venetiarum, ad quos hec spectant et spectare possent:

Quod dictus dominus Patriarcha per se et suos successores et ecclesiam Aquilegiensem libere restituet et dimittet seu libere restitui et dimitti faciet incontinenti omnibus et singulis Venetis fidelibus, habitatoribus et subiectis dicti domini Ducis et Venetiarum, omnes domos et possessiones et bona immobilia, accepta vel intromissa seu impedita, sicut modo sunt, eis vel alicui eorum in Foroiulio, et in terris et locis Comitis Goritie, et ubique infra Ducatum Patriarchatus Aquilegiensis et Foroiulii, sive per dominum Patriarcham predictum, sive per dominum Comitem, sive per alias quascunque personas intra duos menses ante initium presentis guerre, et que inde citra forent accepta seu intromissa sive impedita in locis predictis et in Mugla et in Istria per predictos, ut predictum est.

---

[1]) Hic quid excidit; certe: nomine.

De dampnis vero datis eis in possessionibus, domibus et bonis immobilibus de Foroiulio, per destructionem vel devastationem infra predicta tempora, dictus dominus Dux nomine suo et comunis Venetiarum et predictorum Venetorum fidelium, habitatorum et subiectorum eius et Venetiarum, fecit prefato domino Lippo recipienti pro dicto domino Patriarcha remissionem et finem.

Item dictus dominus Lippus procuratorio nomine domini Patriarche, ut dictum est, promisit predicto domino Duci, quod dominus Patriarcha, nomine, quo dictum est supra, solvet et dabit ei incontinenti ea, in quibus dominus Patriarcha et ecclesia Aquilegiensis tenentur eadem ratione regalie et pactorum pro temporibus retroactis, in quibus Patriarcha ea non solvit.

Item dictus dominus Lippus procuratorio nomine, ut dictum est, promisit predicto domino Duci, recipienti pro se et comuni Venetiarum, et pro omnibus et singulis Venetis fidelibus, habitatoribus et subditis suis et Venetiarum, quod idem dominus Patriarcha, ut dictum est, libere restituet et restitui facict eis et cuilibet eorum omnes mercationes et res mobiles acceptas vel intromissas seu impeditas eisdem Venetis fidelibus, habitatoribus et subjectis ejusdem domini Ducis et Venetiarum, vel alicui eorum in Foroiulio, et *(in)* terris et locis Comitis Goritie et ubique infra Ducatum Patriarchatus Aquilegiensis et Foroiulii, sive per ipsum dominum Patriarcham, sive per dominum Comitem, sive per alias quascunque personas infra duos menses ante initium presentis guerre, et que inde citra forent accepta seu intromissa seu impedita in locis predictis et in Mugla et in Istria per predictos, ut predictum est: illas videlicet mercationes et res mobiles incontinenti, que reperirentur ad presens et essent debite bonitatis et consumpte vel devastate non forent; de illis vero, que non reperirentur, seu que essent consumpte vel devastate, promisit, quod dominus Patriarcha facict seu fieri faciet emendationem et satisfactionem

in tribus annis proxime seeuturis; scilicet quolibet ipsorum trium annorum tertiam partem ipsius emendationis et satisfactionis.

Placuit autem partibus et convenerunt partes predicte, quod per sapientes de Venetiis, quos ad hec dominus Dux elegerit, summarie examinari, cognosci, taxari et diffiniri debeat de predictis mercationibus et rebus mobilibus, et de valore earundem mercationum vel rerum, et de consumptione seu devastatione earum; et quod per predictos sapientes seu per majorem partem eorum diffinitum et factum fuerit, de predictis debeat observari.

Verum, si pro domino Patriarcha et suis, vel pro domino Comite et suis voluerint aliqui se opponere ad contradicendum seu deffendendum, audiantur.

Item, quod dabit et prestabit, seu dari et prestari faciet dicto domino Duci incontinenti per comune et homines Mugle detenta eidem domino Duci ratione regalie temporibus retroactis.

Item, quod restituet seu restitui faciet libere et incontinenti per comune et homines Mugle omnes domos, possessiones et bona immobilia, accepta, intromissa seu impedita omnibus et singulis Venetis fidelibus, habitatoribus et subjectis ipsius domini Ducis et Venetiarum, que sunt sita in Mugla et eius districtu, sicut modo sunt.

Item, quod emendabit et satisfaciet, seu emendari et satisfieri faciet eis et cuilibet eorum dampna data per dictum comune et homines Mugle per destructionem sive devastationem in domibus, possessionibus et bonis immobilibus eorum, sitis in castro et burgo Mugle.

Item, quod restituet seu restitui faciet libere et incontinenti per comune et homines Mugle mercationes et alias res mobiles, per eos acceptas, intromissas seu impeditas omnibus et singulis Venetis fidelibus, habitatoribus et subiectis domini

Ducis et Venetiarum, quc reperirentur ad prescns cius bonitatis, cuius esse debent.

De illis vero mercationibus et rebus mobilibus, que *non* reperirentur, seu que essent consumpte seu devastate, faciet seu fieri faciet per dictum comune et homines Mugle satisfactionem et cmendationem in tribus annis proxime secuturis; videlicet quolibet ipsorum annorum tcrtiam partem.

De mercationibus vero et rebus predictis, et de consumptis et devastatis, et de valore earum et de dampnis datis per destructioncm sive devastationem in domibus et possessionibus et bonis immobilibus, sitis in dictis castro et burgo Mugle, debeat cognosci, taxari et diffiniri per sapientes Venetiarum, sicut dictum est supra.

Dominus autem Dux nomine suo et comunis Venetiarum et singularium personarum, ad quos hec spectant seu spectare possunt, fecit remissionem comuni et hominibus de Mugla de dampnis datis per eos in presenti guerra in possessionibus suprascriptorum Vcnetorum fidelium, habitatorum et subiectorum ipsius domini Ducis et Venctiarum, sitis extra castrum et burgum Mugle, in districtu tamen ipsius castri et burgi, salvis nihilominus fidclitate domini Ducis et Vcnetiarum et pactis, que comune et homines Mugle habent cum domino Duce et comuni Venetiarum.

Que omnia et singula suprascripta dictus dominus Lippus procuratorio nomine, ut dictum est supra, promisit dicto domino Duci, recipienti et stipulanti nominibus, quibus ut supra, quod dominus Patriarcha predictus per se et suos successorcs et ecclesiam Aquilegiensem obscrvabit, attendet, faciet inviolabiliter et complebit et contra non veniet, neque faciet per se vel alios sub pena duppli omnium et singulorum suprascriptorum stipulatione promissa, et sub obligatione bonorum ipsius domini Patriarche et ecclesie Aquilegiensis.

Item promisit dominus Lippus, nuntius et procurator domini Patriarche procuratorio nomine, ut dictum est, dicto domino Duci, recipienti et stipulanti pro se et comuni Venetiarum, quod idem dominus Patriarcha de cetero observabit et faciet inviolabiliter observari pacta olim habita inter bone memorie dominum Raynerium Geno, Ducem, et dominum Gregorium, Patriarcham Aquilegiensem, scripta per Taiamentum notarium et Ducalis aule Venetiarum scribam, et Joannem de Lupico notarium, et confirmata postmodum per clare memorie dominum Laurentium Tenpulo Ducem, et per nuntios sive procuratores presentis domini Patriarche Raymondi cum omnibus additionibus et conditionibus expressis et comprehensis in instrumento predicte confirmationis facte tempore dicti domini Laurentii Teupulo Ducis.

Et licet per pacta predicta hec intelligantur, placuit tamen partibus, et partes ipse voluerunt et statuerunt, quod strate hinc inde et inde et hinc, de quibus fit mentio in pactis predictis, sint et stare debeant libere et aperte, et mercatores et mercationes currant, sicut currebant tempore pacis.

Nobilis vir vero dominus Jacobus de Ragogna, nuntius et procurator suprascripti domini Comitis Goritie, ad infrascripta facienda, prout continetur in instrumento super hoc confecto:

„In Dei nomine. Anno ejusdem nativitatis millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, indictione decima tertia, die tertio intrante Januario, per Franciscum Goritie, Imperiali auctoritate notarium, et sigillato sigillo ipsius domini Comitis,“

procuratorio nomine per ipsum dominum Comitem et ejus heredes obligando ad omnia et singula inferius comprehensa, nomine et vice ipsius domini Comitis, ita, quod ipse dominus Comes et ejus heredes teneantur, solempniter promisit dicto domino Duci, recipienti pro se et comuni Venetiarum, quod dictus dominus Comes per se et suos heredes observabit inviolabiliter et faciet observari pacta, dudum facta inter bone

memorie dominum Jacobum Contarenum, Ducem Venetiarum, et ipsum dominum Comitem sub pena in predictis pactis contenta.

Preterea dominus Dux, nomine sui et comunis Venetiarum, et dictus dominus Jacobus de Ragogna, nomine domini Comitis, convenerunt et concordaverunt, quod bona, accepta et impedita et dampna data a confectione ipsorum pactorum citra, usque videlicet ad initium presentis guerre tam comuni Venetiarum, quam dicto domino Comiti, tam Venetis fidelibus, habitatoribus et subjectis domini Ducis et comunis Venetiarum quam subjectis habitatoribus et fidelibus dicti domini Comitis in provincia Istrie, debeant examinari, cognosci et diffiniri per comunes amicos ipsius domini Ducis et comunis Venetiarum et dicti domini Comitis. Et que super predicta per ipsos comunes amicos seu per maiorem partem ipsorum fuerint diffinita, debeant per partes fieri, adimpleri et integraliter observari.

De dampnis vero hincinde illatis in presenti guerra in dicta provincia Istrie ab initio dicte guerre citra, et de penis incursis hincinde fecerunt sibi invicem remissionem et finem.

Preterea discreti viri Marcus Raniffo, Rantolfus de Basilio et Cremonesius Cattapane, cives Tergestini, syndici et procuratores comunis et hominum de Tergesto ad infrascripta facienda prout continetur in instrumento inde confecto:

„In nomine Dei eterni. Anno eiusdem *(nativitatis)* millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, indictione decima tertia, die duodecimo Februario exeunte, per Matthcum, sacri palatii et Tergesti notarium,“

ad presentiam domini Ducis et ejus consilii accedentes syndicario seu procuratorio nomine dictorum comunis et hominum de Tergesto, promiserunt eidem domino Duci, quod comune et homines Tergesti incontinenti dabunt et prestabunt domino Duci, que ratione regalie ei dare tenentur pro temporibus retroactis.

Item, quod per comune et homines Tergesti transmittentur a duodecim usque viginti quatuor homines de Tergesto, quos dominus Dux cum suo consilio duxerit nominandos, ad presentiam eius juraturi precepta eiusdem domini Ducis, ad eundum ad confines, ubi placuerit domino Duci et suo consilio in Italia, et ad standum ad voluntatem ipsius domini Ducis tempore convenienti.

Item, quod comune et homines de Tergesto tollent omnes muros et fortilicias factas [et factas] supra mare ab initio guerre.

Item, quod mittent Venetias in plateam sancti Marci omnia edificia, que sunt ibi facta tempore presentis guerre, ad comburendum seu ad faciendum de ipsis, sicut placuerit domino Duci et suo consilio ad eius voluntatem.

Item, quod comune et homines de Tergesto restituent incontinenti domos, possessiones et bona immobilia, accepta, intromissa *(seu impedita)* Venetis fidelibus, habitatoribus et subiectis domini Ducis et Venetiarum in Tergesto et eius districtu, tempore pacis et abinde citra, sicut modo sunt.

Item, quod comune et homines Tergesti emendabunt et satisfacient dampna data ipsis Venetis fidelibus, habitatoribus et subiectis domini Ducis et Venetiarum, in domibus et possessionibus immobilibus eorum, sitis in Tergesto, sub pena dupli.

Ipse quoque dominus Dux nomine suo et comunis Venetiarum remisit supradictis syndicis et procuratoribus eorundem comunis et hominum Tergesti, recipientibus pro ipsis, comuni et hominibus Tergesti, dampna data per destructionem sive devastationem in possessionibus dictorum Venetorum fidelium, habitantium et subiectorum domini Ducis et Venetiarum, sitis extra civitatem Tergestinam, in districtu tamen civitatis ipsius.

Item promiserunt dicti syndici et procuratores vice et nomine comunis et hominum Tergesti, quod dictum comune et homines Tergesti incontinenti restituent bona mobilia, per eos accepta, intromissa seu impedita ipsis Venetis fidelibus, habita-

toribus et subiectis domini Ducis, que reperirentur ad presens esse eius bonitatis, cuius esse debent. De illis vero bouis mobilibus, que non reperirentur, seu que essent consumpta vel devastata, facient satisfactionem et emendationem in quatuor annis proxime secuturis; scilicet de quarta parte pro quolibet anno.

Per sapientes autem Venetiarum, qui per dominum Ducem et eius consilium eligentur, summarie examinari, cognosci, taxari et diffiniri debeat de domibus et possessionibus destructis seu devastatis in Tergesto, et de bonis mobilibus ablatis Venetis fidelibus, habitatoribus et subiectis domini Ducis et Venetiarum, et de consumptis et devastatis et de valore eorum; et secundum quod per predictos sapientes vel maiorem partem eorum fuerit diffinitum, ita debeat observari.

Verum, si aliqui opponere se volucrint ad contradicendum seu deffendendum, audiantur.

Item promiserunt dicti syndici et procuratores eidem domino Duci nomine, quo dictum est supra, quod dictum comune et homines Tergesti reficient et satisfacient comuni Venetiarum quatuor mille libras denariorum pro restitutione seu emenda equorum, facta equitatoribus domini Ducis tunc, quando capti fuerint illi de Tergesto.

Item, quod satisfacient et restituent libras centum grossorum, que donate fuerunt equitatoribus domini Ducis.

Item, quod restituent omnes expensas factas pro captivis de Tergesto tam in potu et cibo, quam in custodibus. Quas octo millia libras denariorum et centum libras grossorum et expensas factas pro captivis, ut dictum est, dicti procuratores et syndici, syndicario et procuratorio nomine pro comuni et hominibus Tergesti promiserunt dicto domino Duci dare et solvere in quatuor annis immediate sequentibus, scilicet quolibet anno quartam partem predicte pecunie quantitatis, post elapsum suprascriptorum aliorum quatuor annorum, sub pena duppli dictarum quantitatum pecunie et sub obligatione bonorum

comunis et hominum Tergesti: salvis nihilominus fidelitate domini Ducis et Venetiarum et pactis, que comune et homines Tergesti habent cum domino Duce et comuni Venetiarum.

Item est actum et tractatum inter predictum dominum Ducem nomine comunis Venetiarum et suprascriptos syndicos comunis et hominum Tergesti, syndicario et procuratorio nomine pro eis, quod approbato et firmato per ipsos procuratores et syndicos tractatu, facto per suprascriptum dominum Episcopum Concordiensem, et prestita securitate et prestito iuramento, sicut tractatum est, per viginti quatuor personas de Tergesto, quas domino Duci placuerit nominari, quod libere demittantur captivi hincinde et ire quo voluerint, remanentibus in Venetiis ipsis viginti quatuor personis et dicto domino Episcopo Tergestino, donec edificia portentur Venetias, et muri et fortilicia facta supra mare tollantur, sicut dictum est supra.

Item est actum inter dictum dominum Ducem nomine comunis Venetiarum et dominum Lippum de Capponi, nomine ipsius Patriarche, et dominum Jacobum de Ragogna, procuratores domini Comitis, nomine ipsius domini Comitis, quod incontinenti firmato presenti contractu captivi debeant relaxari hincinde.

Preterea dominus Dux nomine, quo dictum est supra, fecit remissionem civibus Tergestinis de dampnis datis in mari et in terra in guerra predicta extra Tergestum, et de iniuriis et offensis, et etiam de penis incursis de comuni ad comune.

Preterea dicti syndici et procuratores comunis et hominum Tergesti in animabus Potestatis vicarii et hominum consilii et comunis Tergesti et eorum ad sancta Dei evangelia iurauerunt, quod predicta omnia et singula per dictos procuratores et syndicos promissa et facta attendent et inviolabiliter observabunt.

Item fuerunt dominus Dux et domini procuratores et syndici suprascripti in concordia, quod instrumenta contractus

et iura, que tam Veneti, quam Foroiulienses, Tergestini et alii Istriani ante initium presentis guerre inter se contraxerunt et habebant, in suo debeant robore permanere; ita, quod quilibet eorum possit eis uti, non obstantibus pactis et conventionibus comprehensis in isto instrumento.

Preterea dominus Dux nomine suo et comunis Venetiarum elegit pro parte sua et comunis ipsius nobiles et honorabiles viros, dominos Jacobum Faletro et Andream de Molino, et dominus Lippus Capponi, procurator domini Patriarche Aquilegiensis, pro ipso domino Patriarche et ecclesia Aquilegiensi elegit venerabilem Patrem, dominum Cluinum, Episcopum Tergestinum[1]) et Magistrum Leonardum de Fagognago, canonicum Aquilegie, in quos dicti domini Dux et procuratores domini Patriarche nominibus, quibus dictum est supra, promiserunt tanquam in arbitros, arbitratores et amicabiles compositores de controversiis et questionibus, que vertuntur et verti possent inter dictum dominum Ducem et comune Venetiarum ex una parte, et dominum Patriarcham et ecclesiam Aquilegiensem ex altera, super iurisdictione temporali civitatum Justinopolis, Parentii, et Emonensis, et terrarum Pirani, Rubinii et Humagi et castrorum sancti Laurentii, et Montone, ita, quod possint cognoscere et diffinire super his; promittentes sibi invicem, et inter se stare, parere et obedire omni laudo et amicabili compositioni atque sententie, quod sive quam dicti arbitri, arbitratores et amicabiles compositores pro bono pacis per iustitiam, laudum, arbitrium et amicabilem compositionem et secundum quod eis melius videbitur expedire, usque ad unum annum proxime venturum, simul et concorditer tulerint inter partes predictas, et non contravenire sub pena mille marcharum auri,

---

[1]) Nominis scriptura incerta. Apud Ughell. Ital. sacr. V, 579 *Ulivinus*, *Ulvinus*, *Usuinus*, *Oliverius*. Nobiscum consentit Romanin, qui haec nomina excerpsit.

hincinde stipulatione promissa; quam penam pars, que contra predicta fecerit, parti ea observanti solvere teneatur.

Voluerunt etiam partes, quod accipiantur viri religiosi, qui ducant partes ad concordiam, in quantum melius poterunt. Et si contigerit, aliquem predictorum arbitrorum deficere morte, quod absit, vel alia evidenti et necessaria causa, pars, cuius fuerit talis arbitrator, alium loco sui teneatur et debeat subrogare infra quindecim dies, sicut commode citius fieri poterit. Verumtamen alii coarbitri non possint procedere sine illo.

Insuper dictus procurator domini Patriarche procurario nomine pro eo promisit dicto domino Duci, recipienti et stipulanti, ut dictum est supra, quod dictus dominus Patriarcha nomine suo et suorum successorum et Aquilegiensis ecclesie approbabit et ratificabit omnia et singula superius promissa et facta per dictum procuratorem; et quod capitulum Aquilegiensis ecclesie supradictis omnibus et singulis consentiet et ea approbabit et ratificabit; et quod tam ipse dominus Patriarcha, quam ipsum capitulum promittent syndico et procuratori domini Ducis et comunis Venetiarum, recipienti et stipulanti pro ipso domino Duce et comuni Venetiarum et pro omnibus et singulis Venetis fidelibus, habitatoribus et subiectis domini Ducis et Venetiarum, ad quos hec pertinent seu pertinere possent, solvere et satisfacere et facere satisfieri et solvi et observare et adimplere et observari et adimpleri facere omnia et singula suprascripta promissa et facta per dictum Lippum Capponi, procuratorem dicti domini Patriarche, sub penis supra appositis stipulatione promissis; et quod idem dominus Patriarcha et capitulum Aquilegiensis ecclesie in animabus eorum iurari faciet, quod ea omnia et singula inviolabiliter observabunt et facient observari; et predicta facient et fieri facient infra octo dies, postquam dictus dominus Patriarcha fuerit idem requisitus per nuntium domini Ducis.

Preterea dominus Jacobus de Ragogna, procuratorio nomine dicti domini Comitis, promisit dicto domino Duci recipienti, ut dictum est, quod idem dominus Comes approbabit et ratificabit omnia et singula supra promissa et facta per dictum suum procuratorem; et quod promittet procuratori et syndico domini Ducis et comunis Venetiarum recipienti et stipulanti, ut dictum est, observare et adimplere ea omnia et singula sub penis superius appositis; et quod iurabit tam ea omnia, quam pacta inita inter dominos Raynerio Geno Ducem, et comune Venetiarum et dominum Gregorium, Patriarcham, et dominum Laurentium Tenpulum, Ducem, et comune Venetiarum et presentem Patriarcham, de quibus supra fit mentio, attenderc et observare. Et predicta faciet et fieri faciet infra octo dies, postquam dictus dominus Comes fuerit inde requisitus per nuntium domini Ducis.

Quibus ita sic peractis memoratus dominus Dux nomine suo et comunis Venetiarum et pro omnibus et singulis Venetis fidelibus, habitatoribus et subjectis et fautoribus ipsius et Venetiarum, et dominus Lippo, dominus Jacobus de Ragogna, et Marcus Raniffus, Rantolfus de Basilio, et Cremon[t]esius Cattapanne procuratorio et syndicario nomine pro domino Patriarcha, domino Comite et comuni et hominibus de Tergesto et pro omnibus et singulis fidelibus, habitatoribus et subiectis et fautoribus eorumdem, fecerunt sibi invicem firmam pacem cum pactis et conditionibus in isto instrumento comprehensis.

Actum in felici urbe Venetiarum in Ducali palatio.

Ego Marcus Sibotto, Imperiali auctoritate notarius et Ducalis aule Venetiarum scriba, predictis omnibus interfui, et ea rogatus scripsi ac signo meo solito roboravi.

Ego Henricus Civitatensis, Imperiali auctoritate notarius, me subscripsi, rogatus super hoc facere simile instrumentum.

## CCCLXXVII.

**Commissio Johannis Danduli, Ducis Venetiarum, data Angelo Marcello et Marco Geno pro treuga cum Andronico Imperatore confirmanda.**

A. d. 1285.

Cfr. diploma sequens nr. CCCLXXVIII.

## CCCLXXVIII.

**Forma [1]) treuge inter dominum Johannem Dandulo, Ducem Veneciarum, et Andronicum, Imperatorem Constantinopolitanum, usque ad decennium [2]) factum.**

A. d. 1285, die 15. m. Junii.

Liber Albus fol. 132—139. Liber Pactorum IV, fol. 291. Idem diploma, et quidem ejus autographum, asservat archivum Vindobonense. Est autem magna membrana, ex tribus partibus composita, habens ipsius Imperatoris Graeci subscriptionem grandibus literis rubris: Ἀνδρόνικος ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων Δοῦκας Ἄγγελος Κομνηνὸς ὁ Παλαιολόγος. Similem ultimi Constantini manum exhibuimus in charta lithographica, quae addita est commentationi nostrae: Griech. Original-Urkunden zur Geschichte des Freistaates Ragusa, in „Sitzungsberichte der kais. Akad. Wien 1851".

Inscriptio: *MCCLXXXV, die XV. Junii secundum consuetudinem Latinorum, $\frac{M}{V}$DCXCIII de constitutione mundi. Constantinopoli.*

*Induciae ad complementum decennii initae inter Andronicum Palaeologum, Imperatorem Graecorum, Ducham Angelum Cominum* (sic) *et Johannem Dandulem* (sic), *Ducem, et comune Venetiarum.*

*Bulla aurea pendente.*

*(XXII.)*

Ab alia manu: *Treugua cum Imperatore Constantinopolitano facta per dominos Angelum Marcello et Marcum Geno anni MCCLXXXV, mensis Septembris, duratura usque ad decennium.*

Bulla aurea deest. Restat filum ejus sericum violaceum.

---

[1]) Hanc Libri Albi inscriptionem retinuimus.

[2]) decimum LA.

Textus nostri fundamentum est Liber Albus, ex autographi lectionibus postmodo emendatum. Variantes in margine adnotamus.

Nostram treuguam innuere videtur Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo IV. 24. (Opp. ed. Bonn. Tom. II, pag. 326.)

In nomine Dei eterni. Amen.

Nos Andronicus, in Cristo Deo fidelis Imperator et moderator Romeorum, Ducas Angelus Comninus Paleologus, semper augustus, notum facimus per presentem paginam vniuersis, presentibus et futuris, quod, cum inter Imperium nostrum et illustrem uirum, dominum Johannem Dandulum, Ducem Venecie, Dalmatie atque Croacie, dominum terrarum et insularum suo Ducatui subiectarum, et comune[1]) Venecie et vniuersitatem et districtum eiusdem habita fuerint uerba de conventione treuguarum, pro quibus facte fuerunt usque nunc ambaxate diuerse, tandem peruenerint finales nuncij ad Imperium nostrum nobiles et prudentes uiri, dominus videlicet Angelus[2]) Marcellus et dominus Marcus Zeno[3]), transmissi ab ipso illustri Duce et comuni Venecie, habentes utique plenam commissionem et procurationem firmandi et roborandi puram et ueram treugam cum Imperio nostro ex parte ipsius Ducis et comunis Venecie secundum formam conuentionum priorum treuge[4]), que completa fuit videlicet pretcrito tempore per dominum Marcum Bembum, veruntamen usque ad complementum annorum decem cum extensione in antea termini ipsius temporis, tantum plus, quantum utrique parti placebit, addi debente uno capitulo, hoc est, ne infra tempus huiusmodi treuge libertatem habeat una pars tractare cum aliquo hominum[5]) conuentionem aliquo modo contra

---

[1]) comuni autogr.
[2]) Angellus autogr.
[3]) dominus (Marcus Zeno) addit autogr.
[4]) treugue LA. — Est chrysobullium Michaelis, hujus tomi p. 133; ibique cfr. p. 137.
[5]) omnium autogr.

aliam partem, prout inferius manifestius per[1]) ipsum capitulum distinguetur; consumari utique debebat tota conuentio per dictos nuncios, attamen impedita fuit propter aliquam particularem conditionem; volens Imperium nostrum suam ostendere ueritatem gratia Christi, et quia non renuit treugam ipsorum, set quemadmodum semel dixit et intimauit per suos nuntios, paratum est[2]), ipsam firmare et perficere: ecce, quantum in se est, ipsam complet conuentionem. Et si acceptauerit ipsam illustris Dux et comune Venecie, confirmare debeant ipsam treuguam et iurare, approbantes eamdem[3]) formam presentis conuentionis et concordie, prout singillatim inferius distinguetur. Et sic Imperium nostrum firmam et ratam ipsam habebit, prout per presens instrumentum sacramentale eius, aurea bulla munitum, adimplet secundum eamdem formam treugue, que per dictum dominum Marcum Bembum facta fuit retrohactis temporibus, simul cum additione prefati[4]) capituli et predicto termino decem annorum.

Jurat ergo nostrum Imperium ad sancta Dei euangelia et ad honorabilem[5]) et uiuificam crucem, secundum quod presentes prefati nobiles et prudentes uiri, uidelicet dominus Angelus Marcellus et dominus Marcus[6]) Zeno, proprijs oculis[7]) inspexerunt, habere et conseruare per nos et Imperium nostrum illustri Duci et comuni Veneciarum et hominibus Vencciarum et successoribus eorum ueram et puram treuguam[8]), tam in mari, quam in terra, sine omni fraude, usque ad complementum annorum decem, et tantum plus, quantum erit de concordia et uoluntate utriusque partis; ita tamen, quod completis huiusmodi decem annis et extensione, que in antea erit ex uoluntate et consensu utriusque partis, quecunque parcium ipsam treuguam

---

[1]) per add. in LA.; om. autogr.
[2]) esse LA.
[3]) eandem LA.
[4]) prefati autogr.; prefacti LA.
[5]) honorabillem LA.
[6]) Mareos autogr.
[7]) oculis autogr.; occulis LA.
[8]) treugam LA.

noluerit[1]) ultra predictum terminum, teneatur per sex menses notificare alteri parti, quod eam nolit, et quod treugua sine corrumptione conseruetur infra dictum terminum sex mensium, et una pars alteram non offendat, set promissa omnia secundum tenorem treuguarum omnimode conseruentur. Et quod non offendet ipsos[2]) Imperium nostrum uel gentem eorum, nec offendi faciet uel offendi permittet per se uel per alium ullo modo uel ingenio. Nec etiam infra terminum dicte treuge et extensionis, que in antea erit ex consensu et uoluntate utriusque partis, libertatem habebit uel poterit Imperium nostrum facere aliquo modo aliquam conuentionem seu tractatum cum aliquo uel aliquibus omnium Christianorum uel paganorum contra dictum Ducem uel comune sive aliquam partem ipsorum. Computabitur autem terminus decem annorum et extensionis, que in antea erit, ex uoluntate et consensu utriusque partis ab illo die, quo uidelicet illustris Dux acceptabit et confirmabit et iurabit pro se[3]) et consilio suo minori et maiori et comuni[4]) Venecie, attendere et conseruare inuiolabiliter ipsam treuguam et omnia infrascripta capitula eius secundum tenorem presentis conuentionis.

De insula eorum Crete uel aliqua parte eius non molestabit ipsos Imperium nostrum uel gentem eorum, nec molestari faciet aut permittet per se uel per[5]) gentem nostram ullo modo uel ingenio; et quod bomines, quos habet Imperium nostrum ad ipsam insulam, extrahet eos inde.

Item terras ipsorum de Corone et Muthone, sicut habent ipsas et tenent cum omnibus iuribus et honorificencijs suis, non molestabit Imperium nostrum, aut molestari faciet uel permittet per se uel gentem nostram; nec permittet fieri aliquam molestiam[6]) ullo modo uel ingenio.

---

[1]) noluerit autogr.; vol. LA.
[2]) ipsos autogr.; ipsius LA.
[3]) pro se autogr.; per se LA.
[4]) comune LA.; comuni autogr.
[5]) per g. autogr.; per om. LA.
[6]) mol. autogr.; moll. LA.

Item, quod Dux et comune Veneeie habeant libertatem iuuare et manutenere insulam Nigropontis[1]) et illos de Nigroponte[2]) eontra Imperium nostrum et gentem et alios omnes modis omnibus; et Imperium nostrum habeat libertatem, prout habebit uoluntatem, et post se debellare eontra ipsam insulam Nigropontis et eontra omnes, qui inuenientur in adiutorium et defensionem[3]) ipsius in ipsa insula Nigropontis.

Item ad peticionem illustris Ducis et eomunis Veneeie recipiet et habebit Imperium nostrum inter ipsam treugam Marcum Sanutum et Bartholomeum Gisium[4]) eum gente eorum et insulis eorum et eum illis, qui tenentur ab eis, eum tali modo, ut, quemadmodum ipsi pro eis petierunt, obseruare debeant[5]) ipsi, uidelieet Mareus Sanutus et Bartholomeus Gisius[6]) eum gente eorum et insulis eorum et illis, qui tenentur ab eis, ipsam treugam ad Imperium nostrum et totam partem et terram Imperij nostri; et quod non eonueniet nec eonueniri facient ullo modo uel ingenio eum aliquo inimicorum Imperii nostri in offensione aut aliquo dampno contra aliquam partem Imperij nostri. Et etiam cursarios non recipient uel suscipient. uenientes contra terras Imperij nostri.

Et si aliquid[7]) eontra predieta fecerint, non tenebitur Imperium nostrum conseruare ipsos in ipsa treuga[8]). Set contra ipsos quidem assumet uindictam; treuga uero, que *(est)* inter Imperium nostrum et Venecias, non corrumpetur propter aliquam *culpam*[9]), que eueniret ab ipsis, set permaneat firma.

Item dabit eis iu Constantinopoli infra confinium incipiens a porta Drungarii, ueniendo a sancto Quintano ad manum

---

[1]) Nigropontis LA.; Nigroponti autogr.
[2]) Nigroponte LA.; Nigroponti autogr.
[3]) def. autogr.; deff. LA.
[4]) Gisium LA.; Gisum autogr.
[5]) debeant autogr.; debent LA.
[6]) Gisius LA.; Gisus autogr.
[7]) aliquod ex corr. LA.; aliquid autogr.
[8]) treuga autogr.; treugua LA.
[9]) Desiderabatur culpam; cfr. p. 345.

sinistram, et ueniendo ad cubam ecclesie sancte Marie ad uiam Corrigiariorum[1]), ueniendo rursum[2]) usque ad portam Perame; et a porta Perame usque ad portam Drungarij deintus murum, hospitia taliter: videlicet pro mansione Baiuli vnum, et aliud vnum pro mansione consiliariorum[3]) eius, et aliud vnum pro cannipa rerum comunis Venecie. Pro mercatoribus uero Venetis ab extra uenientibus accipientur per Imperium nostrum ad pensionem circa dicta tria hospicia alia uiginti quinque, et dabuntur eis sine pensione pro mansione eorum. Cum autem plures uenerint mercatores Veneti, dabuntur eis ad similem[4]) modum in ipsa Constantinopoli et tantum plura hospicia, quanta sufficientia erunt pro mansione eorum; quemadmodum, quando uenient pauciores ad opus uiginti quinque domorum, dabuntur ipsis paucioribus sufficientia hospicia pro mansione eorum. Remanentia vero hospicia de viginti quinque hospicijs aut pluribus secundum dictam formam dimittantur dominatoribus eorum. Et iterum uenientibus mercatoribus Venetis, dabit eis Imperium nostrum secundum similem modum sufficiencia hospicia pro mansione ipsorum.

Item dabit eis Imperium nostrum ecclesias duas in Constantinopoli, videlicet ecclesiam sancte Dei Genetricis et ecclesiam sancti Marci.

Similiter dabit eis Imperium nostrum in ciuitate Thessalonichensi[5]) ecclesiam, quam tenent Armeni, et circa[6]) ipsam ecclesiam hospicia, hoc modo: uidelicet unum pro mansione Consulis[7]), et aliud unum pro mansione consiliariorum suorum, et aliud unum pro cannipa rerum comunis Venecie.

---

[1]) Corrigisnorum LA.; Corrigiar. autogr. — De hac topographia cfr. nos ad p. 139.
[2]) versum autogr.: iusum LA. Legimus rursum.
[3]) consil. autogr.; conseil. LA.
[4]) similem LA.; simile autogr.
[5]) Thessalonichensi autogr.; Tessaloniehi LA.
[6]) cures (sic) LA.
[7]) consuli autogr.; consulis LA

Pro mercatoribus autem Venetis, uenientibus ab extra, conducentur per Imperium nostrum alia hospicia viginti quinque, et dabuntur eis sine pensione pro mansione eorum. Et si plures uenerint mercatores Veneti, dabuntur eis ad similem[1]) modum in ipsa ciuitate Thessalon. et tantum plura hospicia, quanta erunt sufficientia ad mansionem ipsorum; quemadmodum, quando uenient pauciores ad opus viginti quinque domorum, dabuntur eis paucioribus sufficientia hospitia pro mansione eorum. Remanentia uero hospicia de viginti quinque hospicijs aut pluribus secundum dictam formam dimittentur dominatoribus eorum. Et iterum uenientibus mercatoribus Venetis dabit eis Imperium nostrum secundum similem modum hospicia sufficientia ad mansionem ipsorum[2]).

In alijs uero locis nostri Imperij habeant libertatem accipiendi cum pensione uel fictu eorum domos, furnos et balnea in illis locis, quibus eis uidebitur, sine aliqua contradictione.

Item Veneti gasmuli et heredes ipsorum, quos habebat et tenebat Potestas Venetorum, quando tenebant Constantinopolim, sint liberi et franki[3]) sicut Veneti.

Item habeant mensuras, stateras, modios, metra et passus et libras[4]) ad mensurandum et ponderandum, tam in Constantinopoli, quam in alijs terris nostri Imperij, ubi fuerint uel habitabunt.

Item concedit eis Imperium nostrum habere sacerdotes, ecclesias et baptismum secundum consuetudinem eorum in Constantinopoli et per alia loca Imperij nostri; que ecclesie, sacerdotes et baptisma sint exempta a potentia nostri Imperij et reuocatione ipsius, quousque tempus treuge[5]) finitum fuerit.

---

[1]) simile autogr. LA.
[2]) ipsorum autogr.; eorum LA.
[3]) franchi LA.; franki autogr., ut alibi.
[4]) libras LA.; libra autogr.
[5]) treugue LA.; treuge autogr.

Item propter treugam ipsam non expellentur Januenses a Constantinopoli uel de Imperio nostro; set erit securitas per Imperium nostrum inter Venetos et Januenses, ita, quod non offendantur Veneti a Januensibus, nec Januenses a Venetis ab introitu[1]) Auidi et infra in mari et in terra, in quaecunque parte inuenti fuerint Veneti et Januenses, et in ipso etiam Mari Maiori. Et si acciderit[2]), fieri aliquam offensam[3]) seu dampnum infra hos confines dicte terre Imperij nostri per Venetum Januensi, et per Januensem Veneto, quod Imperium nostrum suscipere debet partem lesam et offensam[4]), et satisfieri illi, cui dampnum fuerit de offensione et dampno de auere partis offendentis et dampnificantis, usque ad complementum dimidij anni. Si autem non inuenerit Imperium nostrum aceipere de[5]) auere ab ipsa parte non obseruante paetum et satisfacere de[6]) dampno dato parti, quod satisfaciet ipsi Imperium nostrum de camera sua; habeat autem libertatem Imperium nostrum satisfieri de ipso dampno ab ipsa parte non obseruante paetum.

Item habeant libertatem omnes Veneti, et qui pro Venetis se tenent et distringuntur, de quaeumque parte uenerint ad Imperium nostrum, quod debeant habere et esse salui et securi, liberi et franki per totum nostrum Imperium, ubi habet uel habebit posse, eum omnibus rebus et mereationibus eorum et sine, tam in mari, quam in terra. Et quod sit in eorum libertate eundi, standi et redeundi, emendi et uendendi sine aliquo impedimento uel dampno et[7]) sine aliquo daeito, theloneo[8]), pedagio, comerelo, sealiatieo et *omni* alio datio; ita tamen, quod dicti Veneti, de quaeunque parte uenerint, in omnibus terris

[1]) introituLA.; introytuautogr.
[2]) accideret ex corr. LA.; acciderit autogr.
[3]) aliquam offensam LA.; aliqua offensa autogr.
[4]) offensam autogr.; sistusam LA.
[5]) de au. LA.; de om. autogr.
[6]) de add. in autogr.
[7]) et om. autogr. — Et daeito idem est quod datio.
[8]) theloneo LA.; tholoneo autogr.

Imperij nostri, ubi portum facere uoluerint in terra Imperij nostri, tencantur iurare comerclarijs Imperij nostri siue officialibus, si requisiti fuerint, quod mercationes omnes, quas habent[1]), et aucre sint Venetorum. Et si mercationes forinsecorum habuerint[2]), quod eas manifestabunt eisdem. Et quod Veneti possint uendere et emere cuicumque homini uel quibuscumque hominibus, et a quocumque et quibuscumque uoluerint, tam Latinis quam Grecis, quam etiam quibuscumque alijs, libere et absolute. Et etiam, si acciderit[3]), per comerclarios aut officiales Imperij nostri aliquid auferri ab aliquo Veneto in aliqua parte Imperij nostri pro aliqua dictarum occasionum[4]), quod Imperium nostrum faciet satisfieri totum, quod ablatum fuerit Veneto, de uestiario suo aut aliunde, unde fuerit de voluntate ipsius. Et quod de Venetis, et qui pro Venetis se distringunt[5]) et tenent, credatur uerbo Baiuli uel aliorum Rectorum, qui pro Venetis erunt in Imperio nostro, si de aliquo predictorum Venetorum, et qui pro Venetis se tenent et distringunt, fuerit aliquod dubium. Illustris autem Dux et comune Venecie tencantur auferre sacramentum a Baiulo siue Rectore ueniente seu uenturis ad terras Imperij nostri, et ponere in eorum commissione, quod dicere debeant ueritatem Imperio nostro, et his, qui pro ipso fuerint[6]). Et quod dicent ueritatem de Venetis, et qui pro Venetis se distringunt.

Item occasione frankisie[7]) Venetorum, quam habent in Imperio nostro, non imponet, nec imponi faciet, nec permittet Imperium nostrum de cetero dacitam[8]) aliquam uel grauamen alicui Greco uel Latino uel alicui persone in aliqua terra uel

---

[1]) haheant LA.; habent autogr.
[2]) habuerint LA.; habuerant autogr.
[3]) accidit LA.; acciderit autogr.
[4]) occas. autogr.; occass. LA.
[5]) distringunt LA.; distringuunt autogr., ut alibi.
[6]) et his, qui...fuerint autogr.; et qui...fuerit LA.
[7]) franch. LA.; frank. autogr.
[8]) dacitam LA. autogr.

parte Imperij nostri[1]) nullo modo uel ingenio, et quod sit in aliquo contra franchisiam Venetorum.

Item non impediet nostrum Imperium, nec impediri faciet aliquos Venetos mercatores *(uenientes)* ad terras nostri Imperij, quin possint, eum eis expedierit uel uolueri[*n*]t, emere uel emi facere antennas, temones, arbores, lignamen et alia neceessaria[2]) pro eorum nauigijs in terra Imperij nostri.

Item, si aliquis Venetus morietur in terra Imperij nostri testatus uel intestatus, quod bona et res ipsius possint et debeant intromitti et dispensari per Baiulum siue Rectorem[3]) Venetorum, siue per Venetos, qui reperti fuerint in illo loco, sine aliquo impedimento ab Imperio nostro et ab hominibus Imperij nostri exinde faciendo[4]). Si autem ibi non fuerint Veneti, quod predicta per Imperium nostrum, uel per eos, qui pro Imperio nostro fuerint, ibi debeant intromitti et saluari; et extune debeat[5]) fieri, secundum quod illustri Duci uidebitur, uel illis, qui fuerint pro Venetis.

Item, si acciderit, quod nolit Deus, naufragium pati[6]) aliquem Venetum uel Venetos cum naui sua uel ligno, seu aliorum forinsecorum[7]), res eorum salue erunt, et habebunt adiutorium ab hominibus Imperij nostri ad recuperandum res eorum.

Item habebunt libertatem Veneti emendi frumentum, et extrahere ipsum de Imperio nostro cum nauibus eorum seu lignis, aut forinsecorum, *et* quocumque uoluerint portare predictum frumentum, exceptо ad terras inimicorum Imperij nostri, quandocumque centum modia frumenti ualuerint yperperorum centum et infra; et si ultra ualuerint[8]), quam centum

---

[1]) nostri LA.; sui autogr.
[2]) nec. LA.; necc. autogr.
[3]) rectorum LA.; rectorem autogr.
[4]) facienda LA. autogr.
[5]) debeant LA.; debeat autogr.
[6]) pacti LA.; pati autogr.
[7]) forins. LA.; forens. autogr., ut alibi.
[8]) valuerint LA.; valuerit autogr.

yperperorum centum modia frumenti, non possint frumentum extrahere de Imperio nostro sine licencia Imperij nostri. Et si modius augmentaretur, debeat esse secundum rationem augmentationis[1]).

Similiter, si[2]) aliquis Venetus uel Veneti uenerint a Mari Maiori[3]) cum naui[4]) uel aliquo ligno, tam Veneti quam forensis, cum frumento uel blado, quod possint ire cum ligno ipsorum uel forinsecorum et frumento seu alio blado libere, sine contradictione Imperij nostri uel alterius persone Imperij nostri.

Item, si aliquis Venetus fecerit offensam de Imperio nostro alicui Greco, si inuenietur[5]) ipse Venetus, teneatur Baiulus siue Rector, qui pro Venetis fuerint, facere uindictam secundum rationem. Si autem non inuenietur malefactor, detur ei terminus usque ad medium annum ad comparendum[6]) et satisfaciendum[7]) de offensis per eum factis; et si infra predictum terminum uenerit, faciet de eo iusticiam Baiulus siue Rector, ut dictum est. Et si non inuenietur, Baiulus siue Rector uel eius uicarius mittet et significabit per loca et terras, ubi Veneti habent posse, ita, quod possint inueniri de rebus malefactoris, et de rebus, que inuenientur, satisfieri illi, qui iniuriam passus fuerit. Et si acciderit, quod nolit Deus, aliquem Venetum interficere aliquem Grecum, dictus Venetus debeat iudicari per Imperium nostrum. Et si Venetus occiderit aliquem Venetum tam in Constantinopoli, quam extra, debeat iudicari per Baiulum siue Rectorem, qui fuerit pro Venetis in partibus illis.

---

[1]) augm. rat. LA.; rat. augm. autogr.
[2]) similiter, si LA.; si om. autogr.
[3]) ad mare majus LA.; a mari majori autogr.
[4]) navia autogr.; navibus LA.
[5]) invenitur LA.; invenietur autogr.
[6]) comparendum autogr.; componendum LA.
[7]) sattisf. LA.; satisf. autogr.

Item relaxabit Imperium nostrum omnes carceratos et detentos Veuetos in omnibus terris Imperij nostri, ubieunque fuerint detenti, libere et absolute. Similiter relaxabit illustris Dux et comune Venecie omnes Grecos, quos habent tam in Crete[1]) insula, quam in Corone et Muthone[2]) et Nigroponte et alibi carceratos et detentos, libere et absolute, ita, quod, si dicti Greei voluerint remanere in[3]) terra dictarum partium, quod possint ibi esse indempnes a Venetis; et si uenire voluerint ad terras Imperij nostri cum eorum familijs, quod ire libere permittantur.

Item non retinebit Imperium nostrum[4]), nec retineri faciet, uel mittet uel faciet mitti nauigium Venetorum ad aliquam partem contra eorum uoluntatem per totum Imperium nostrum.

Item non permittet[5]) fieri Imperium nostrum aliquod armamentum in terra nostri Imperij contra Venetos. Et si alieui eorum uel aliquibus dampnum aliquod factum fuerit per huiusmodi armamentum, emendabitur per Imperium nostrum.

Et si aliqui Veneti cursarij fecerint aliquod dampnum ad terram Imperij nostri, teneatur Baiulus siue Rector uel eius uicarius, qui pro eis illuc fuerint, per sacramentum, bona fide, sine fraude, inuenire eos et tenere et facere uindictam de illis, qui robariam[6]) fecerint, et accipere res eorum et restituere illis, quibus res ablate fuerunt[7]), exceptis Venetis, qui tenent et tenebunt de insulis, que non sunt subiecte illustri Duci et comuni Venecie.

---

[1]) Creti autogr.; Crete corr. LA.
[2]) Monthone LA.; Muthone autogr.
[3]) remanere in terra LA.; remanere terra autogr.
[4]) non ret. nec ret. fac. LA.; non ret. Imp. nostrum nec ret. f. autogr.
[5]) pertinet LA.; permittet autogr.
[6]) robariam LA.; roborariam autogr.
[7]) fuerunt LA. autogr. An fuerint, coll. p. 146?

Et si de alia gente uel de insulis huiusmodi, que non sunt subiecte illustri Duci et comuni Venecie, venerint cursarij contra terras Imperij nostri, non recipient ipsos Veneti ad terras et insulas eorum, set expellent eos et pugnabunt contra eos, sicut expellentur de parte Imperij nostri. Si uero aliqui fuerint, qui recipient dictos cursarios, et habuerint penam ab Imperio nostro, non tenebitur propterea nostrum Imperium de sacramento pro pena facta in eos, qui dictos cursarios receperint, ut dictum est.

Si aduenerit[1]), quod aliquid contra dictam conuentionem et treugam factum fuerit ex parte Ducis et comunis Venecie uel Venetorum, non rumpet Imperium nostrum propter hoc statim ipsam conuentionem uel treugam, nec movebit propter hoc guerram contra Venetos; set potius significabit eis Imperium nostrum, ut emendetur, quicquid contra dictam treugam fuerit attentatum. Et e conuerso, si aliquid ex parte Imperij nostri factum fuerit ad partem Venetorum et comunis Venecie contra ipsam treugam uel conventionem sive capitula eius, non rumpent[2]) propterea statim ipse Dux et comune Veneciarum atque Veneti treugam, nec mouebunt propter hoc guerram contra Imperium nostrum; set significabunt nostro Imperio, quod factum fuerit, ita, quod emendari debeat, quicquid factum fuerit contra istam conventionem vel treugam.

Item, si aliqui mercatores Imperij uostri et terrarum nostrarum voluerint venire Veneeias[3]) ad mercandum, possint in Veneeijs vendere merees, quascunque voluerint, sine aliquo impedimento, solvendo tamen comerela per Ducem et comune Venecie ordinata.

Ex alia quidem parte similiter prefatus[4]) illustris Dux pro se et consilio suo et toto comuni Veneciarum, habita

---

[1]) An evenerit, ut alibi?
[2]) rumpent LA.; rumpet autogr.
[3]) Veneeias LA.; Veneeiis autogr.
[4]) prefactus LA.; prefatus autogr.

licentia et parabola ab ipso consilio et comuni Venecie jurandi cum voluntate ipsorum in animabus eorum, promittet Imperio nostro, et ad sancta Dei euangelia iurabit et ad veram et venerandam crucem, presentibus nuncijs nostris, sacratissimo uidelicet metropolita Mitilinensi[1]), ypertimo domino Dimitrio Yrinico[2]), et domicello Imperij nostri Constantino Foscamalo[3]), ambobus uel alteri eorum, et recipientibus siue recipiente juramentum eius nomine Imperij nostri, ut, prout dictum est[4]), conseruare debeant ipse Dux et comune Venecie et Veneti et successores eorum et tenere ueram et puram treugam cum Imperio nostro et karissimo filio nostro Imperatore, domino Michaele Duca Angelo Comnino Paleologo, et heredibus et successoribus Imperij nostri, et tota terra Romanie subiecta Imperio nostro, sine aliqua fraude, tam in mari, quam in terra, usque ad complementum decem annorum, et tantum plus[5]), quantum erit de uoluntate et consensu utriusque partis; ita tamen, quod completis decem annis et extensione, que[6]) in antea erit, ex consensu et voluntate utriusque partis, quecumque parcium ipsam treugam noluerit ultra dictum terminum, teneatur per sex menses alteri parti notum facere, quod eam nolit, et treuga sine corruptione seruetur infra dictum terminum sex mensium, et una pars[7]) alteram non offendat, set omnia promissa secundum tenorem treuge omnimode conseruentur. Et quod nos vel Imperium nostrum seu gentem et terram Romanie subiectam Imperio nostro non offendant, nec offendi facient, nec offendi permittant per se uel per alios ullo

---

[1]) Mitilinen. LA.; Mitilin. autogr.

[2]) Sic autogr.; Yrimeo LA. An Irenico? Certe hoc nomine suppleas seriem metropolitarum Mytil. apud Le Quien. l. I. I, 952.

[3]) Fasc. LA.; Fosc. autogr.

[4]) prout dictum LA.; pr. dictum est autogr.

[5]) et tantum LA.; et tantum plus autogr.

[6]) quod LA.; que autogr.

[7]) menses...pars om. LA.; dedimus ex autogr.

modo uel ingenio; et quod terras Romanie et insulas subiectas Imperio nostro uel aliquas partes Imperij nostri seu gentem nostram ullo modo molestabunt, uel molestari facient, uel permittant per se uel per alios ullo modo uel ingenio; et non associabunt se uel aliquem Venetum associari permittant eum aliqua gente Cristiana uel pagana seu eum aliqua persona contra Imperium nostrum et terras et gentes Romanie subiectas Imperio nostro; et quod non permittent aliquem portare aliquam personam contra Imperium nostrum et gentem et terras Imperij nostri; nec conuenient, nec permittent, quod aliqui patroni nauium uel nobilium Veneeie conuenire debeant cum aliquibus Regibus, Principibus uel Baronibus seu Comitibus uel comunitatibus seu eum aliquibus alijs contra Imperium nostrum aut contra terram siue exercitum uel gentem nostram subiectam Imperio nostro, ad hoc, quod possint offendere Imperium nostrum; et quod non naulizabunt uel naulizari facient uel permittant per se uel per aliquam personam aliam naues uel alia ligna seu uasa de comuni ipsorum uel de aliquibus specialibus personis Veneeie ad portandos inimicos ad terram Imperij nostri.

Item infra terminum dicte treugue et extensionis, que in antea erit de uoluntate et consensu utriusque partis, non habebit libertatem illustris Dux et comune Veneeie et omnes, qui de parte Veneeie sunt et gente sua, facere aliquo modo ullam conuentionem sive tractatum eum aliquo uel aliquibus omnium Cristianorum uel paganorum contra Imperium nostrum uel aliquam partem Imperij nostri. Terminus autem decem annorum et extensionis, que in antea erit, de uoluntate et consensu utriusque partis computabitur, ut superius dictum est, a die illo, quo uidelicet ipse illustris Dux acceptabit et confirmabit et iurabit pro se et comuni Veneeiarum attendere omnia et facere obseruari formam huiusmodi treugue et omnia et singula supradicta capitula firma et inuiolabilia.

Cum autem multis habitis uerbis ex parte[1]) illustris Ducis et comunis Venecie et parte ipsius de prefatis dampnis tempore priorum treugarum tam alijs, quam de duabus nauibus, Bumbiza[2]) scilicet et Zocla, et de omni alio dampno facto tempore uite felicis memorie Imperatoris domini et patris Imperij nostri conucnerint Imperium nostrum, darc ipsis yperperorum viginti quatuor millia, ut dissolueretur totaliter, que in antea fieri possit, questio de huiusmodi dampnis, promittit Imperium nostrum et iurat secundum eadem iuramenta ad sancta Dei euangelia et ad honorabilem et uiuificam crucem, quod, cum illustris Dux acceptabit, approbabit et confirmabit sepe dictam treugam, et iurabit pro se et pro toto comuni Venecie, cum presentatum fuerit, quod super ipsam conuentionem treugue fieri debet, instrumentum sacramentale, ipsi dabit Imperium nostrum sine aliqua dilatione[3]) et prolixitate dierum et mora et conditione[4]) predicta viginti quatuor milia yperperorum illi uel illis, quem uel quos mittet ipse illustris Dux et comune Venecie ad Imperium nostrum pro recipiendis[5]) dictis yperperis; et quod facere possit de ipsis id, quod per ipsum Ducem uel comune Venecie illi uel illis mandatum fuerit; et extunc nulla questio fiet nec nunc, nec futuris temporibus pro dictis dampnis nec Imperio nostro, nec heredibus et successoribus Imperij nostri ex parte Ducis et comunis Venecie aut successorum et tocius partis eorum. Similiter nec Imperium nostrum, nec heredes nostri et successores requirent unquam a Duce[6]) uel comuni[7]) aut a tota parte Venetorum dampna, que facta fuerint ex parte ipsorum parti Imperij nostri temporibus dictarum treugarum et in uita felicis memorie Imperatoris patris et domini Imperij nostri; set erunt etiam ipsi in hijs

[1]) partis LA.; parte autogr.
[2]) Rumb. LA.; Bumb. autogr.
[3]) dilact. LA.; dilat. autogr.
[4]) condict. LA.; condic. autogr.
[5]) recipiendo LA.; recipiendis autogr.
[6]) Duce LA.; Duci autogr.
[7]) comune LA.; comuni autogr.

ex nunc et futuris temporibus sine molestia a nobis et tota parte nostra, cum una pars alteri fecerit[1]) et faciet finem et remissionem finalem omnium predictorum dampnorum.

Supradicta uero omnia promittimus[2]), secundum quod iurauimus pro nobis et Imperio nostro, habere et tenere et conseruare firma et inuiolabilia, dare etiam, secundum quod dictum est, dicta uiginti quatuor milia yperperorum, si illustris Dux acceptabit, ut superius dictum est, et iurabit et confirmabit pro se et consilio minori et maiori toto et comuni Venetie, habita licentia et parabola ab ipsis secundum consuetudinem eorum ad sancta Dei euangelia et honorabilem et uenerandam crucem, hec omnia habere firma et rata et tenere et facere teneri et conseruari inuiolabiliter.

Ad horum autem omnium[3]) cautelam presens instrumentum sacramentale fieri jussit Imperium nostrum per manus Ogerij, nostre Serenitatis familiaris notarii[4]), et aurea bulla pendente Imperij nostri muniri.

Actum in urbe nostra felicissima Constantinopoli, in nostro sacro palatio Blachernarum, die Veneris quinto decimo mensis Junij, tercie decime indictionis, anno a constitucione mundi secundum numerum Grecorum sexto milleno septimo centeno nonagesimo tercio, secundum uero consuetudinem Latinorum ab incarnatione Domini anno millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, presentibus magnificis uiris in Imperio nostro, et uidelicet cognato karissimo Imperij nostri magno logotheta domino Theodoro Musalone, karissimo consanguineo Imperij nostri domino Andronico Comnino Paleologo, karissimo consanguineo Imperij nostri prothosevasto domino Andronico Comnino Paleologo, karissimo cognato Imperij nostri domino

---

[1]) fecerit LA.; fecerint autogr.
[2]) prem. LA.; prom. autogr.
[3]) omnem LA.; omnium autogr.
[4]) notarii LA.; notarius autogr.

Ysachio Comnino Turnichi[1]), auunculo Imperij nostri parachimumeno magne sfendonis[2]) domino Constantino Duca Nestingo, panseuasto seuasto familiari Imperij nostri logotheta[3]) de genico[4]) domino Constantino Acropolita[5]), panseuasto seuasto familiari Imperij nostri yparco[6]) domino Manueli Musalo[7]), et alijs quampluribus nobilibus Imperij nostri.

## CCCLXXIX.

**Confirmatio treugae, inter Imperatorem Græcum et Ducem Venetiarum factæ.**

A. d. 1285, die 28. m. Julii.

Liber Pactorum IV, fol. 282.

In nomine Dei eterni. Amen.

Nos Joannes Dandulo, Dei gratia Venetiarum, Dalmatie atque Chroatie Dux, dominus terrarum et insularum nostro Ducatui subjectarum, notum facimus per presentem paginam universis, presentibus et futuris, quoniam ad antiquum amorem et veram dilectionem, quam ad altitudinem Imperij Romanie habuerunt antecessores nostri cum tota patria Venetiarum et habemus, sicut dinoscitur antiquitus, et, sicut debebat fieri, intendentes ad reconciliandum nos et totum comune Venetiarum cum excellentissimo domino Andronico, in Christo Deo fidele Imperatore et moderatore Romeorum, Duca Angelo Comneno Paleologo semper augusto, et suo Imperio, viam et modum

---

[1]) Turnichi autogr. (i. e. Τορνίκη); Turanchi LA. De hac gente vid. DuCang. famil. Byz. p. 189.

[2]) magno sf. LA.; magne sf. autogr. Subest: παραχοιμώμενος τῆς μεγάλης σφενδόνης, i. e. magni sigilli custos s. accubitor. Cfr. Codin. de offic. Cp. II, 17 ed. Venet. p. 25, cum nota J. Goar. et DuCang. in utroque glossario atque ad Villehard. p. 301.

[3]) logotheca LA.; logotheta autogr.

[4]) ginaco LA.; ginico autogr. Cfr. supra p. 149.

[5]) Aggripalita LA.; Aggripolita autogr.

[6]) ymparco LA.; yparco autogr.

[7]) I. e. Musalone.

quesivimus, per que ipse amor posset melius et decentius terminari ad honorem Imperij nostri et nostrum. Unde diversis factis ambaxatis ex utraque parte demum missi sunt per nos et consilium nostrum et comune Venetiarum nuntij ad Imperium suum nobiles viri, fideles et dilecti nobis, videlicet Angelus Marcellus et Marcus Geno, habentes commissionem et procurationem ad firmandum et roborandum veram et puram treuguam cum Imperio suo ex parte nostra et comunis Venetiarum secundum formam conventionum prioris treugue[1]), que facta fuit videlicet preteritis temporibus per civem nostrum Marcum Bembo; verumtamen usque ad complementum annorum decem cum extensione termini temporis tantum plus, quantum utrique placebit parti, addi debente uno capitulo, hoc est, ne infra tempus huiusmodi treugue habeat libertatem una pars tractare cum aliquo hominum conventionem aliquo modo contra aliam partem, prout inferius manifestius dicitur ipsum capitulum. Propter aliquam vero particularem conditionem nostri quidem prefati nuntij non potuerunt conficere conventionem ipsius treugue. Dictus vero serenissimus et excellentissimus Imperator, quantum in suo erat Imperio, complevit ipsius treugue conventionem et pactum, secundum quod sacramentale instrumentum sui Imperij distinguit particulariter, quod coram suprascriptis nuntijs nostris jurauit, et ad nos et comune transmisit recipientes et acceptantes. Nos etiam et approbantes ipsam conuentionem et concordiam, presens instrumentum sacramentale exponimus secundum dictam formam treugue, que per dictum Marcum Bembo facta fuit prioribus temporibus simul cum additione premissi capituli et prefato termino decem annorum.

Operante igitur illo, a quo omnia bona procedunt, ad veram treuguam, conventionem et concordiam cum ipso excel-

[1]) conventionum priorum treugae legitur in treuga antecedenti, p. 323.

lentissimo Imperatore et Imperio suo conuenimus. Et in primis nos prefatus Dux pro nobis et consilio nostro et toto comuni Venetiarum, habita sententia et parabola ab ipso consilio nomine comunis Venetiarum iurandi super animabus eorum, cum eorum voluntate approbamus, confirmamus et roboramus omnia et singula, que in presenti pagina sunt scripta. Et hec omnia pro nobis et comuni Venetiarum tractata et roborata juramus ad sancta Dei euangelia et ad honorabilem et vivificam crucem inviolabiliter tenere et facere obseruari integre, prout inferius continentur.

Conuentiones autem et capitula sunt hec, que promittimus, ut superius dictum est. Et iuramus ab hodierna die Sabbati vigesimo octauo mensis Julij, tertie decime indictionis, anno a constitutione mundi secundum numerum *[Grecorum]* sexto milleno septimo centeno nonagesimo tertio, secundum vero consuetudinem Latinorum anno incarnationis Christi millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, habere et conservare nos et successores nostri et comune Venetiarum et Veneti cum ipso excellentissimo Imperatore, domino Andronico Duca Angelo Comneno Paleologo, et karissimo filio Imperii suj, excellentissimo Imperatore Michaele Duca Angelo Comneno Paleologo, et Imperio eorum et heredibus et successoribus Imperij eorum et tota terra Romanie subiecta Imperio eorum ueram et puram treuguam, tam in mari, quam in terra, sine omni fraude, usque ad complementum annorum decem, et tantum plus, quantum erit ex concordia et uoluntate utriusque partis; ita tamen, quod completis decem annis et extensione, que in antea erit de concordia et voluntate utriusque partis, quecumque partium ipsam treuguam noluerit ultra dictum terminum, teneatur per sex menses alteri parti notum facere, quod eam nolit; et quod treugua sine corruptione conservetur infra dictum terminum sex mensium, et una pars alteram non offendat, sed omnia promissa secundum tenorem treugue omnimode conserventur; et

quod ipsos vel Imperium eorum seu gentem et terram Romanie subiectam Imperio eorum non offendemus, nec offendi faciemus, uel lesionem pati per nos uel per alios ullo modo vel ingenio.

Et quod terras Romanie et insulas subiectate *[subiectas]* Imperio eorum vel aliquam partem Imperij eorum vel gentem eorum nullo modo molestabimus nec molestari faciemus, vel permittemus per nos vel per alios ullo modo vel ingenio. Et quod non uniemur nec aliquem Venetum uniri permittemus cum aliqua gente Christiana vel pagana, vel cum aliqua persona contra Imperium eorum et terram et gentem Romanie subiectam Imperio eorum.

Et quod non dimittemus aliquem Venetum portare aliquam personam contra Imperium eorum et terram et gentem Imperij eorum.

Et quod non paciscemur vel permittemus alicui patronum[1]) navis vel nobilibus Venetiarum pacisci cum aliquibus Regibus, Principibus, Comitibus vel Baronibus seu communitatibus contra Imperium eorum, vel contra terram eorum, seu contra exercitum eorum, aut contra gentem subiectam Imperio eorum in aliquibus, ut possit Imperium eorum offendi.

Et quod non naulizabimus vel naulizare faciemus vel permittemus per nos vel per alias personas vel alia ligna seu vasa de comuni nostro vel de aliquibus spetialibus personis Venetorum ad portandum inimicos Imperij eorum ad terras et Imperium eorum.

Item infra terminum ipsius treugue et extensionis, que in antea erit ex voluntate et concordia utriusque partis, non habebimus libertatem nos Dux et comune et omnis partis Venetiarum et gentis partis Venetiarum, facere aliquo modo aliquam conventionem seu tractatum cum aliquo vel aliquibus omnium

[1]) patrono?

Christianorum vel paganorum contra Imperium eorum, vel totam partem Imperij eorum.

Terminus autem decem annorum et extensionis, que in antea erit ex voluntate et concordia utriusque partis, computabitur a suprascripto die, quo videlicet nos Dux acceptantes et roborantes ipsam treuguam iuramus pro nobis et toto comuni Venetiarum, observare et facere observari omnem formam huiusmodi treugue et omnia et singula ipsius capitula firma atque inviolabilia.

Similiter predictus excellentissimus Imperator pro se et Imperio suo iurauit ad sancta Dei evangelia et ad honorabilem et vivificam crucem secundum morem Grecorum, habere et observare nobiscum Duce et comuni et hominibus Venetiarum et successoribus nostris veram et puram treuguam, tam in mari, quam in terra, a dicto die, quo videlicet nos Dux acceptantes et approbantes ipsam treuguam iuravimus pro nobis et comuni et hominibus Venetiarum, usque ad complementum annorum decem, et tantum plus, quantum erit de consensu et voluntate utriusque partis; ita tamen, quod completis decem annis et extensione in antea, que erit in voluntate et concordia utriusque partis, quicumque partium ipsam treuguam noluerit ultra dictum terminum, teneatur alteri parti notum facere, quod eam nolit. Et quod treugua sine corruptione servetur infra dictum terminum sex mensium, et una pars alteram non offendat, sed promissa omnia secundum tenorem treugue omnimode observentur; et quod non offendet nos Imperium eorum vel gentem nostram, aut offendi faciet, vel permittet per se vel per alium ullo modo vel ingenio. Nec etiam infra terminum huiusmodi treugue et extensionis, que in antea erit de concordia et voluntate utriusque partis, habebit libertatem Imperium eorum facere aliquo modo ullam conventionem seu tractatum cum aliquo vel aliquibus omnium Christianorum vel paganorum contra nos, vel comune nostrum, vel totam partem nostram.

Item de insula nostra Crete, vel aliqua parte eius, non molestabit nos Imperium eorum vel gentem nostram, nec molestari faciet vel permittet per se vel gentem suam ullo modo vel ingenio. Et quod homines, quos habet Imperium eorum in ipsa insula, extrahet inde.

Item terras nostras Coroni et Mothoni, sicut habemus ipsas et tenemus cum omnibus iuribus et honorificentijs nostris, non molestabit Imperium eorum, vel molestari faciet per se vel per gentem eorum, nec permittet fieri aliquam molestiam ullo modo vel ingenio.

Item habebimus libertatem deffendere et adiuuare insulam Nigropontis et illos de Nigroponte contra Imperium suum et gentem suam et alios omnes modis omnibus. Imperium autem eorum habeat libertatem, prout habebit voluntatem et posse, impugnare contra ipsam insulam Nigropontis et contra omnes, qui inuenientur in adiutorium et deffensionem ipsius in ipsa insula Nigropontis.

Item ad petitionem nostram recipiet et habebit Imperium eorum inter ipsam treuguam Marcum Sanutum et Bartholomeum Guisi[1]) cum gente eorum et insulis eorum et illis, que tenentur ab eis; tamen tali modo, ut, quemadmodum nos pro ipsis petimus, obseruare debeant et ipsi Marcus Sanutus et Bartholomeus Guisi, cum gente sua et insulis eorum et illis, que tenentur ab eis, ipsam treuguam ad suum Imperium et totam partem et terram Imperij sui; et quod non conuenient nec conueniri facient ullo modo vel ingenio cum aliquo inimicorum Imperij sui in offensionem aut dampnum contra aliquem partis Imperij sui. Et etiam cursarios non recipient, vel suscipient venientes contra terram Imperij sui. Et si contra aliquod predictorum fecerint, non tenebitur Imperium suum conservare ipsos in ipsa treugua,

[1]) De his cfr. supra p. 138. 326. Tom. II, p. 3, et C. Hopfii libellum laud. p. 7 sq.

sed contra ipsos quidem sumet vindictam. Treugua vero, que est inter Imperium corum et Venetos, non rumpetur propter culpam aliquam, que eveniret ab ipsis, sed permanebit iterum firma.

Item dabit nobis Imperium suum in Constantinopoli infra confines, incipientes a porta Drongarij, veniendo a sancto Kiutano ad manum sinistram, et veniendo ad cubam sancte Marie ad viam Corrigiariorum, veniendo inferius usque ad portam Perame et a porta Perame usque ad portam Drungarij deintus murum, hospitia, sic videlicet: pro mansione Baiuli unum, et aliud unum pro mansione consiliariorum eius, et aliud unum pro caneva rerum comunis Venetiarum. Pro mercatoribus vero Venetis venientibus ab extra accipientur per Imperium suum ad pensionem circa dicta tria hospitia alia hospitia viginti quinque, et dabuntur eis ipsa sine pensione pro mansione eorum. Cum autem plures venerint mercatores Veneti, dabuntur eis ad similem modum in ipsa Constantinopoli et tantum plura hospitia ad mansionem, quanta erunt sufficientia, quemadmodum, quando venerint pauciores ad opus viginti quinque domorum, dabuntur eis sufficientia hospitia ad mansionem eorum; remanentia vero hospitia de viginti quinque hospitijs aut pluribus secundum dictam formam dimittantur dominatoribus eorum. Et iterum venientibus similiter mercatoribus Venetis dabit Imperium suum eis ad similem modum hospitia sufficientia ad mansionem ipsorum.

Item dabit nobis Imperium suum ecclesias duas in Constantinopoli, scilicet ecclesiam sancte Marie Dei genitricis et ecclesiam sancti Marci.

Similiter dabit nobis Imperium suum in Salonicha ecclesiam, quam tenent Armenij, et circa ipsam ecclesiam hospitia, sic videlicet: unum pro mansione Consulis, et aliud unum pro mansione consiliariorum eius, et aliud unum pro caneva rerum comunis Venetiarum. Pro mercatoribus autem Venetis venientibus ab extra conducentur per Imperium suum alia hospitia

viginti quinque, et dabuntur eis hospitia sine pensione ad mansionem eorum. Et si plures venerint mercatores Veneti, dabuntur eis ad similem modum in ipsa urbe Thessalonicha tantum plura hospitia, quanta erunt sufficientia ad mansionem eorum; (et) quemadmodum, quando venerint pauciores ad opus viginti quinque domorum, dabuntur ipsis paucioribus sufficientia hospitia ad mansionem eorum. Remanentia vero hospitia de viginti quinque hospitijs aut pluribus secundum dictam formam dimittantur dominatoribus eorum. Et iterum venientibus similiter mercatoribus Venetis, dentur eis hospitia ad sufficientiam ad mansionem eorum.

In aliis vero terris Imperij eorum, cum venerint, habeant libertatem accipiendi cum pensione eorum vel fictu domos, furnos et balnea in illis locis, quibus eis videbitur, sine contradictione alicuius persone.

Item Veneti vasmulli et heredes eorum, quos habebat et tenebat Potestas Venetorum, quando tenebamus Constantinopolim, sint liberi et franchi sicut Veneti.

Item habebimus mensuras, stateras, modios, libras *et* passus ad mensurandum et ponderandum tam in Constantinopoli, quam in alijs terris suis, ubi fuerint Veneti vel habitabunt.

Item concedet nobis Imperium suum habere sacerdotes, ecclesias et baptisma secundum consuetudinem nostram in Constantinopoli et in alijs terris Imperij sui. Que ecclesie, sacerdotes et baptisma sint exempta a potentia sui Imperij et revocatione ipsius, quousque finitum fuerit tempus ipsius treugue.

Item propter treuguam ipsam non expellentur Januenses de Constantinopoli vel de Imperio eorum; sed erit securitas per Imperium suum inter Venetos et Januenses. Et in ipso etiam Mari Maiori, si acciderit fieri aliquam offensam vel dampnum infra hos confines dicte terre Imperij sui a Veneto ad

Januenses[1]) et a Januense ad Venetum, quod suscipere debeat Imperium eorum lesam et dampnificatam partem, et satisfaciat sibi de offensa et dampno de hauere offendentis et dampnificantis ipsum usque ad dimidium annum. Si autem non inuenerit Imperium suum accipere hauere de ipsa parte, que non obseruauerit pactum, et satisfacere dampnificate parti, quod satisfaciat ipsam[2]) Imperium suum de camera sua. Habebit autem libertatem Imperium suum satisfieri de ipso dampno de ipsa parte, que non obseruauerit pactum.

Item habeant libertatem omnes Veneti, et qui tenentur pro Venetis, de quacumque parte venerint ad Imperium suum, et sint securi et salui per totum Imperium suum, ubi habet vel habebit posse, cum omnibus *rebus* et mercationibus eorum et sine, tam in mari, quam in terra; et quod sit in eorum libertate eundi, standi et redeundi, emendi et uendendi sine aliquo impedimento vel dampno, sine aliquo datio, tholoneo, pedagio, comerelo, scalatico et omni alio datio. Et quod venientes Veneti in omnibus terris Imperii eorum, de quacumque parte venerint, in quacumque parte Imperij sui voluerint portum facere, teneantur iurare comerclarijs Imperij sui sive officialibus, si requisiti fuerint ab ipsis, quod mercationes omnes, quas habeant, et hauere sint Venetorum; et si mercatores[3]) forinsecorum habebunt, quod eas manifestabunt eisdem. Et quod Veneti possint vendere et emere cuicumque homini et a quibuscumque hominibus, et a quocumque et a quibuscumque voluerint, tam Grecis quam Latinis, quam etiam quibuscumque alijs libere et absolute. Et etiam, si acciderit, per comerelarios aut officiales Imperij sui aliquid auferri ab aliquo Vencto in aliqua parte Imperij sui per aliquam dictarum occasionum, quod Imperium

---

[1]) Lege Januensem.
[2]) Potius ipsi.
[3]) Lege mercationes, coll. treuga antecedenti, p. 330.

faciet restitui totum id, quod ablatum fuerit, de vestiario suo vel uliunde, unde fuerit de voluntate ipsius. Et quod de Venetis, et qui pro Venetis se tenent, credatur verbo Baiuli vel aliorum Rectorum, qui pro Venetis erunt in Imperio suo, si de aliquo predictorum Venetorum, et qui pro Venetis se distringunt et tenent, fuerit aliquod dubium. Et nos Dux et comune Venetiarum tenebimus[1]) accipere sacramentum a Baiulo sive Rectore aut Rectoribus, venienti vel venientibus ad terras Imperij sui, et ponere in eorum commissione, quod debeant dicere veritatem Imperio suo et eis, qui pro eo fuerint; et quod dicent veritatem de Venetis, et qui pro Venetis se distringunt.

Item occasione franchisie Venetorum, quam habent in terra Imperij sui, non imponet, nec imponi faciet, vel imponi permittet Imperium suum datium aliquod vel gravamen alicui Greco vel Latino, vel alicui alij persone in aliqua parte vel terra Imperij sui aliquo modo vel ingenio, quod sit contra franchisiam Venetorum.

Item non impediet Imperium suum vel impediri faciet aliquos Venetos venientes ad terras Imperij sui, qui possint, cum *eis* expedierit vel voluerint, emere vel emi facere antennas, temones, arbores, lignamen et alia necessaria pro eorum lignis in terra Imperij sui.

Item, si aliquis Venetus morietur in terra Imperij eorum testatus vel intestatus, quod bona et res ipsius possint et debeant intromitti et disponi per Baiulum, sive Rectorem Venetorum, sive per Venetos, qui reperti fuerint in illo loco, sine aliquo impedimento ex parte Imperij sui vel ab hominibus Imperij sui exinde faciendo. Et si Veneti ibi non fuerint, quod predicta per suum Imperium vel per suos, qui pro suo Imperio fuerint, ibi debeant intromitti et salvari; et exinde debeat fieri, secundum quod nobis Dei videbitur, et qui pro nobis fuerit.

---

[1]) Lege tenebimur, coll. p. 330.

Item, si acciderit, quod nolit Deus, naufragium pati aliquem Venetum vel Venetos cum navi vel ligno eorum vel alieno, res eorum salve erunt, et habebunt adiutorium ab hominibus Imperij sui ad recuperandum res eorum.

Item, quod habebunt libertatem Veneti, emere frumentum et extrahere ipsum de terra Imperij sui cum navibus eorum et lignis vel alienis, et portare, quocumque voluerint, excepto ad terras inimicorum Imperij sui, quandocumque modia centum frumenti valuerint yperpera centum et infra. Et si ultra valuerint, quam centum yperpera centum modia frumenti, non possimus frumentum extrahere de terra sua sine licentia. Et si augmentaretur modius, quod sit secundum rationem augmentationis.

Similiter, si aliquis Venetus vel Veneti venerint a Mari Maiori cum navibus vel lignis, tam Veneti, quam forensis, cum frumento vel blado, quod possint ire cum ligno ipso[1]) vel forinsecorum et cum frumento seu alio blado libere et sine contradictione sui Imperij vel alterius persone loco Imperij sui.

Item, si aliquis Venetus offensam fecerit alicui Greco, et inuenietur ipse Venetus, teneatur Baiulus sive Rector, qui pro Venetis fuerit, facere vindictam secundum rationem. Si autem non invenietur malefactor, quod detur ei terminus usque ad medium annum ad comparendum et satisfaciendum de offensis per eum factis. Et si infra predictum terminum venerit, Baiulus sive Rector faciet vindictam de eo, ut dictum est. Et si non invenietur, Baiulus sive Rector vel eius vicarius mittet et significabit per loca et terras, ubi Veneti habent posse, ita, quod possint inueniri de rebus malefactoris, et de rebus, que invenieutur, satisfieri illi, qui iniuriam passus fuerit. Et si acciderit, aliquem Venetum, quod Deus avertat, interficere aliquem Grecum, ipse Venetus iudicabitur per Imperium suum. Et si

[1]) Lege ipsorum, coll. p. 332.

Venetus interficiet aliquem Venetum tam in Constantinopoli, quam extra, debeat iudicari per Baiulum siue Rectorem, qui pro Venetis fuerit in partibus illis.

Item relaxabit Imperium eorum omnes carceratos et detentos Venetos in omnibus terris Imperij sui, ubicumque fuerint detenti, libere et absolute; et nos similiter dimittemus omnes Grecos, quos habemus in carceribus nostris per loca detentos, tam in insula Crete, Corono et Mothono et Nigroponto (sic) et alio loco captos, libere et absolute, ita, quod, si dicti Greci voluerint remanere in aliqua dictarum partium, possint ibi esse indempnes a Venetis. Et si ire voluerint ad terras Imperij eorum cum familijs suis, ire libere permittantur.

Item non retinebit Imperium suum, nec retineri faciet, uel mittet seu mitti faciet nauigium Venetorum ad aliquam partem contra voluntatem eorum per totum suum Imperium.

Item non permittet suum Imperium, fieri aliquod armamentum contra Venetos in terra Imperij sui. Et si aliquod dampnum factum fuerit Venetis uel alicui eorum per huiusmodi armamentum, emendabitur per Imperium suum. Et si aliqui Veneti cursarij fecerint aliquod dampnum ad terram Imperij sui, teneatur Baiulus uel eius vicarius siue Rector per sacramentum, bona fide et sine fraude inuenire eos et tenere, et facere vindictam de eis, qui raubariam fecerint, et accipere res eorum et restituere illis, quibus res ablate fuerint, exceptis Venetis, qui tenent et tenebunt de insulis, que non sunt subiecte nobis et comuni Venetiarum.

Et si de alia gente vel de insulis huiusmodi, que non sunt subiecte nobis, ut dictum est, venerint cursarij ad terras Imperij sui, non recipient ipsos Veneti ad terras uel insulas eorum; sed expellent eos et pugnabunt, sicut expellentur per illos, qui sunt de Imperio suo. Si uero aliqui fuerint, qui receperint ipsos cursarios et habebunt penam ab Imperio suo, non tenebitur

propterea suum Imperium de sacramento pro pena facta in eos, qui dictos cursarios receperint, ut dictum est.

Item si euenerit, quod aliquod contra dictam conventionem et treuguam factum fuerit ex parte nostra uel comunis Venetiarum seu Venetorum, non rumpet Imperium eorum propter hoc statim ipsam treuguam, nec movebit guerram contra nos; sed significabit nobis, ut emendetur, quicquid contra ipsam treuguam fuerit attentatum. Et e conuerso, si aliquid ex parte sui Imperij factum fuerit contra ipsam treuguam uel conventionem, non rumpemus propter hoc nos Dux et comune Venetiarum seu Veneti statim ipsam treuguam, nec movebimus guerram contra Imperium eorum, sed significabitur per nos Imperio eorum, quod factum fuerit, ita, quod emendari debeat offensa huiusmodi.

Item, si aliqui mercatores Imperij sui et terrarum suarum voluerint venire Venetias cum mercationibus, possint vendere mercationes vel merces, quascumque voluerint, sine aliquo impedimento, solvendo tamen comerela a nobis et comuni Venetiarum ordinata.

Cum autem multis habitis verbis a nobis Duce et comuni Venetiarum et parte nostra occasione predictorum dampnorum tempore priorum treuguarum tam alijs, quam de duabus navibus, Bobiza scilicet et Zonella[1]), et omni alio dampno facto tempore vitae felicis memorie Imperatoris patris prefati serenissimi Imperatoris, et venerit ipse serenissimus Imperator, et promiserit per predictum instrumentum sacramentale Imperij sui, dare nobis yperpera viginti quatuor millia, ut dissolueretur totaliter questio, que in antea fieri posset de huiusmodi dampnis; dare autem debeat ipsa sine aliqua dilatione *et* prolixitate dierum, mora seu conditione illis vel illi, quibus vel cui mittemus ad Imperium suum pro recipiendis dictis yperperis, et quod

[1]) Bumbiza et Zoella in treuga antecedenti, p. 337.

facere possint de ipsis id, quod per nos illis vel illi mandatum fuerit; cum presentatum fuerit videlicet ad Imperium eorum presens nostrum instrumentum sacramentale, quod super dictam treuguam pepigimus iurando, cum ipsam treuguam approbantes perfecimus et iurauimus, debet Imperium suum dare, ut dictum est, sine aliqua contradictione predicta viginti quatuor millia yperpera. Postea nulla questio fiet, nec nunc, nec venturis temporibus pro dictis dampnis nec Imperio eorum nec heredibus et successoribus eorum Imperij ex parte nostra Ducis et comunis Venetiarum aut successorum nostrorum et totius partis eorum. Similiter nec Imperium eorum vel heredes et successores eorum requirent unquam a nobis Duce vel comuni Venetiarum aut omni parte Venetorum dampna, que facta fuerunt ex parte nostra *parti* Imperij eorum temporibus dictarum treuguarum et in uita felicis memorie patris Imperatoris ipsius serenissimi Imperatoris; sed erimus et nos et omnes, qui de parte nostra fuerint, ex nunc et futuris temporibus exinde sine aliqua molestia ab Imperio eorum et omni parte Imperij eorum, cum una pars alteri fecerit et facit finem et remissionem finalem omnium predictorum dampnorum.

Hec omnia facta sunt et roborata per nos Ducem, ut superius dictum est, presentibus transmissis nuntijs ab ipso excellentissimo Imperatore ad nos, videlicet sacratissimo metropolitano Methelinensi[1]) ypertimo domino Dimitrio Hermico[2]), et fideli et familiari domicello Imperij sui Constantino Fiscomalo, ad recipiendum dictum iuramentum prefate conventionis sive treugue a nobis, presentibus nobilibus viris Jacobo Dandulo, Joanne Barbo, Marco Quirino, Marco Michaeli de sancto Cassiano, Albertino Mauroceno et Andrea Valaresso, consiliarijs

---

[1]) I. e. Mithilinensi, ut in treuga antecedenti „Mitilin.“, p. 335.

[2]) Irenico? Vide l. l., ubi Constantinus (domicellus, i. e. δισπόσυνος) audit Foscamolus.

nostris; reverendis viris Jacobo Maianzocho, Archidiacono ecclesie Castellane, Stephano Bethano, plebano sancti Samuelis et capellano nostro ecclesie sancti Marci; egregijs viris Marino Mauroceno, de nostro mandato Comite Anserensi, Marino Zorzi, Comite Curzole, Marco Michaeli de Sancto Canciano et Nicholao de Canali, Capitibus de Quadraginta, et multis alijs, in generali et maiori consilio nostro et comunis Venetiarum et minori ad sonum campanarum congregato more solito in nostro Ducali palatio.

Ad maiorem ergo cautellam horum manu propria hic subscripsimus, et nostra bulla aurea iussimus communiri, et per manum Tanti, notarij et Ducalis aule Venetiarum cancellarij, subsignari fecimus ipsa et roborari; dantes ea nuntijs felicissimi Imperatoris, currente, ut dictum est, anno incarnationis Jesu Christi millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, die Sabbati, vigesima octaua mensis Julij, tertie decime indictionis.

Ego Joannes Dandulo, Dei gratia Dux, manu mea subscripsi.

Ego Tantus, notarius et Ducalis aule Venetiarum cancellarius, predictis interfui, et de mandato illustris domini Ducis prefati et rogatu minoris et maioris sui consilij publicavi.

## CCCLXXX.

**Exemplum solutionis census ecclesie sancti Marci de Venecliis pro sancti Marci Tyrensis et sancti Marci Aeconensis ecclesiis, ad dictam ecclesiam sancti Marci de Venecliis spectantibus.**

A. d. 1286, die 19. m. Aprilis.

Liber Albus fol. 167.

Flaminius Cornelius Ecclesiæ Venetæ X, 1, p. 226.

Omnibus, presentes litteras inspecturis, Christoforus de Tholomeis de Senis, domini Pape capellanus, executor super censibus colligendis in prouincia Lombardie ac Patriarchatibus

Aquilegiensis et Gradensis per Sedem Apostolicam constitutus, salutem in Domino.

Uniuersitati uestre tenore presentium innotescat, nos die decimo nono mensis Aprilis pro censu ecclesie sancti Marci de Venecijs, quem in festo omnium Sanctorum annis singulis pro sancti Marci Tyrensis et sancti Marci Acconensis ecclesijs, ad dictam ecclesiam sancti Marci de Venecijs spectantibus, *persolvere ecclesie Romane tenetur* [1]), nomine Romane ecclesie recepisse a discreto uiro, domino Jacobo Maiazocho [2]), canonico sancti Marci predicti, et Archidiacono Castellano, tres libras et soldos sexdecim et decem denarios Venetorum grossor., dante et soluente dictam peccuniam de beneplacito magnifici uiri domini Johannis Daudoli, Ducis Venecie, nomine uenerabilium uirorum, Primicerij et capituli ac ecclesie sancti Marci de Veneciis, pro tempore triginta quinque annorum preteritorum, pro quibus nobis constitit, censum huiusmodi Romane ecclesie non fuisse solutum, duobus Bisancijs pro quolibet anno computatis.

In cuius rei testimonium has litteras nostro sigillo munitas duximus concedendas.

Data apud SANCTUM GEORGIUM prope VENECIAS, Castellane diocesis, sub annis a natiuitate Domini millesimo ducentesimo octuagesimo sexto, die decimo nono mensis Aprilis, pontificatus domini Honorij Pape IV anno primo.

## CCCLXXXI.

**Marcus, Abbas monasterii s. Georgii majoris Venetiarum, instituit in Priorem s. Marci de Creta Fratrem Bernardum de Vicentia, monachum s. Georgii majoris, eique mandat, ut bona ipsius monasterii s. Marci recuperare studeat.**

A. d. 1287, die 13. m. Aprilis.

Flaminius Cornelius Ecclesiae Venetae T. VIII, decad. XI parte posteriore, p. 258.

[1]) Haec nos ex solemni formula adjecimus.

[2]) Sic Corn.; Muiazocho LA.; variat nominis forma, coll. p. 353.

Ex autographo in archivo monasterii s. Georgii majoris Venetiarum.

Universis, presentes litteras inspecturis, Frater Marcus, divina pacientia Abbas humilis monasterii s. Georgii majoris de Venetiis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis s. Benedicti, Castellane diocesis, salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra, quod nos de mandato venerabilis Patris, domini Fratris Hugonis, ordinis Predicatorum, Episcopi Bethlimitani [1]), et religiosi viri domini Andree, Superioris monasterii s. Mathie Heremitarum de Murano, ordinis Camaldulensis, Torcellane diocesis, visitatorum monasterii nostri s. Georgii et membrorum per summum Pontificem deputatorum, in executione dicte visitationis in eodem monasterio existentium, nec non de voluntate et consensu religiosorum virorum, Fratris Guizimanni, Prioris, et Fratris Jacobi de Trigesto, Fratris Benvenuti, Fratris Angeli, Sacriste, Fratris Johannis de Vicentia, Protarii, Fratris Petri, Fratris Bergami, Fratris Francisci, Fratris Juliani, Camerarii, Fratris Marci, Fratris Antonii ac Fratris Jacobi monachorum, et conventus predicti monasterii nostri ad hoc specialiter congregatorum, tenore presentium revocamus et ex certa scientia anullamus et irritamus omnes et quaslibet concessiones, locationes, infendaciones, collationes et commissiones per nos seu uostro et dicti conventus nomine factas quibuscunque personis ecclesiasticis vel secularibus de ecclesia s. Marci de Creta, et jurium et pertinentiarum ipsius ad nos et dictum monasterium nostrum pleno jure spectantium. Et cupientes, quod eadem ecclesia tam spiritualibus, quam temporalibus proficiat incrementis, de discretione ac industria religiosi viri, Fratris Bernardi de Vicentia, monachi, et professi nostri mona-

[1]) De eo vide Le Quien. l. l. III, 1282. 1283.

sterii Presbyteri, latoris presentium, plenam habentes notitiam, sibi curam, regimen ac administrationem predicte ecclesie s. Marci de Creta et jurium omnium ac pertinentiarum ipsius tam in spiritualibus, quam in temporalibus duximus committenda, ipsumque ipsius ecclesie preficimus in Priorem, ac de Prioratu ipso et jurium ac pertinentiarum ipsius eundem per nostrum anulum presencialiter investimus:

Dantes et concedentes eidem Fratri Bernardo, Priori, plenam licentiam, liberam potestatem et speciale mandatum ad revocandum et recuperandum omnia et quelibet bona et jura ejusdem ecclesie, occupata illicite vel detenta, ad jus et proprietatem nostram et ecclesie memorate; et si necesse fuerit pro predictis ad agendum et defendendum contra quascunque personas ecclesiasticas vel seculares, collegia et universitates, et coram quocunque judice ecclesiastico vel seculari, ordinario vel delegato, dato vel dando, nec non excipiendum *et* replicandum libellum, dandum et recipiendum litem seu lites, contestandum de calumpnia et veritate dicenda, jurandum, ponendum et respondendum articulos, dandum et recipiendum crimina et defectus obiciendum, beneficium restitutionis in integrum petendum et recipiendum, testes, instrumenta, litteras, probaciones quaslibet producendum et reprobandum, allegandum in causa seu causis, prosequendum alium vel alios, procuratorem seu procuratores loco sui constituendum et revocandum, et generaliter ad omnia alia et singula generali administrationi et causarum prosecutioni congruentia et necessaria faciendum, que in predictis et quolibet predictorum fuerint opportuna; omni tamen genere alienationis, permutationis, obligationis et submissionis ipsius ecclesie et jurium ac pertinentiarum ipsius stabilium eidem Fratri Bernardo, Priori et constitutis per eum penitus interdicto:

Promittentes tenore presentium omnibus et singulis, quorum interest vel interesse poterit, sub ypotheca et obligacione omnium bonorum monasterii nostri, ratum et firmum habere,

quicquid per dictum Fratrem Bernardum utiliter factum fuerit in predictis et quolibet predictorum.

In quorum omnium testimonium et certitudinem pleniorem presentes patentes litteras per Petrum Nicolai de Guarano, notarium publicum infrascriptum, scribi et publicari mandavimus, et nostro sigillo muniri.

Datum et actum in capitulo monasterii nostri, ibidem predictis dominis Episcopo et Superiore visitatoribus et monachis presentibus et expresse consentientibus, sub anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, indictione quintadecima, mensis Aprilis die terciadecima.

Presentibus religiosis viris, Fratre Johanne de Bononia, ordinis Predicatorum, socio dicti domini Episcopi, et Fratre Mauro, monacho monasterii s. Mathei Heremitarum de Murano, socio dicti domini Superioris, nec non Fratre Odino de Vilers, Fratre ecclesie Bethlimitane, testibus ad hec rogatis specialiter et rogatis.

Ego Petrus Nicolai de Guarano, Alatr. dioc., publicus sacri Imperii auctoritate notarius, predictis omnibus interfui, premissaque omnia descripsi et publicavi, meoque signo signavi.

## CCCLXXXII.

### Treugua Christianorum cum Saracenis.

A. d. 1289, m. Madio.

Andreas Dandulus l. c. p. 402 in additamento ex codice Ambrosiano:

„*Item eodem anno* (MCCLXXXIX) *de mense Maij Soldanus Babiloniae* (i. e. *Melek-el-Maasur*) *cepit Tripolitanam urbem, quam fecit funditus ruinari, et cunctos Christianos in ipsa repertos mandavit occidi; et eodem anno inter Christianos et Saracenos treugua per decennium confirmata est.*“ De rerum nexu adeas Sanut. l. l. p. 229 sq. Raynald. l. l. a. 1289, §. 65 sqq. Abulfeda l. l. V, 91. Makrizi ed. Quatremère II. 1, p. 102 sq.

Cfr. Le Bret I, p. 622.

## CCCLXXXIII.

**Litterae Nicolai IV. ad Venetos de bello in Saracenos movendo.**

A. d. 1291, m. Augusto.

Raynaldus l. l. a. 1291, §. 29. *Eadem literarum sententia ad Venetos, quae ad Genuenses, missa.* Hasce litteras ille ibidem exhibuit §. 23—28.

## CCCLXXXIV.

**Concordia firmata inter Petrum Gradonico, Ducem, et comune Venetiarum ex una, et Patriarcham Aquilejæ, Comitem Goritiæ et comune Tergesti ex altera parte.**

A. d. 1291, die 11. m. Novembris.

Liber Pactorum IV, 161.

Andreas Dandulus cont. l. l. p. 403: „*Eodem etiam tempore errores et guerrae, tempore praedecessorum huius Ducis exortae inter Aquilejensem Patriarcham, Comitem Goritiae et Tergestinos ex una parte, et Venetos ex altera, nunc et probitate et provisione huius inclyti Ducis, die XI Novembris, indictione XIV* (l. *IV*) *ad quietam et pacificam concordiam redactae sunt per Thomam Quirino, Petrum Basilio, Petrum Zeno et Rogerium Mauroceno*".

Cfr. ea, quae adtulimus supra ad n. CCCLXXVI. Simul nostro pacto bene illustratur documentum, huius quasi praecursor a. 1289, quod edidit Carli l. l. Appendice, p. 65—89, sub titulo: *Compromesso della republica in Papa Nicolo IV.*

In Christi nomine. Amen.

Anno eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo primo, indictione quarta, die undecimo intrante Novembris, TARVISII, sub logia egregii viri domini Gerardi de Camino, civitatis et districtus Tarvisii Capitanei generalis, presentibus ipso domino Gerardo ac nobilibus et discretis viris dominis Wecelone, filio eius, canonico Aquilegiensi, Tybaldo de Brusatis, Potestate Tarvisii, Gerardo Vitoliano, legum Doctore, Frederico de Lingua de Vacha et Bartholomeo de Verariis, judicibus, ambaxatoribus

comunis Padue, Alberto Richo et Rizo de Tervisio, Lambertino et Scoto de Coneglano, Odolrico de Minilliano et aliis pluribus ad hoc vocatis testibus et rogatis.

Humani procurante generis inimico, qui sue calliditatis versutia non solum gentem contra gentem et regnum adversus regnum procurat insurgere, verum etiam interdum filios in necem animat genitorum, dudum inter inclytum dominum Petrum Gradonico, illustrem Venetiarum, Dalmatie atque Chroatie Ducem, dominum quarte partis et dimidie totius Imperii Romanie, et comune Venetiarum ex parte una, et reverendum in Christo Patrem, dominum Raymundum, sancte sedis Aquilegiensis Patriarcham, et magnificum dominum Albertum, Goritie Comitem, et comune et homines Tergesti ex altera parte, subortis discordiis, questionibus suscitatis, immo et guerra sevissima, in miserabiles strages hominum, locorum desolationes, rerum dispendia et animarum invalescente pericula, nobilis vir dominus Lambernitius de Frascobaldis, Potestas, antiani [1]), consilium et comune Padue, amice sinceritatis affectu utriusque partis quietem zelantes et comoda, nobiles et discretos viros, dominos Gerardum Vitellianum, Doctorem legum, Fredericum de Lingua de Vacha, Bartholomeum de Verariis, iudices, et Nicolaum de Strepatis, cives Padue, ambaxatores suos pro tractanda inter partes pace ac concordia destinarunt. Quibus una cum egregio ac potenti viro domino Gerardo de Camino, civitatis et districtus Tarvisii Capitaneo generali, assumentibus tractatum hujusmodi, ipsorum tandem operoso studio Regis Pacifici faventi clementia nobiles viri, domini Thomas Quirino, Petrus Baseglo, Petrus Geno et Rugerius Mauroceno, syndici et procuratores predictorum domini Ducis et comunis Venetiarum, ad infrascripta facienda plenum habentes mandatum, prout in instrumento publico:

[1]) Cfr. nos supra p. 108.

„sub anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo primo, indictione quinta [1]), die decimo quarto intrante Octobris, Venetus, in Ducali palatio per Marcum Sibotto, notarium et Ducalis aule Venetiarum scribam, inde confecto et ipsius domini Ducis bulla plumbea pendenti munito,“

plenius continetur ex parte una, et discreti viri domini Bernardus, decanus Civitatensis, Jacobus Ottonelli, canonicus Aquilegiensis et vir nobilis dominus Nicolaus de Butrerio, procuratores et syndici dicti domini Patriarche, plenum ad subscripta mandatum habentes, prout continetur in publico instrumento:

„per me Walterum, notarium infrascriptum, sub anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, indictione quarta, die secunda intrante Octubri, in castro Utini, in Patriarchali palatio exinde confecto et ipsius domini Patriarche pendenti sigillo munito,“

quorum procuratorio nomine venerabiles viri domini R., decanus et capitulum Aquilegiensis ecclesie suum prebuerunt consensum, prout per eorum patentes litteras datas Aquilegie, sub anno et indictione proximo suprascriptis, die tertio intrante Octubri et munitas pendenti sigillo ipsius capituli plene patet, ac discretus vir dominus Ottolinus de Justinopoli, procurator et syndicus domini Comitis memorati, habens ad ea, que continentur inferius, plenariam potestatem, prout in instrumento publico, per Omnebonum notarium sub proximo dictis anno et indictione, die octavo intrante Novembri, in Venzono in via publica ante domum Nicolai confecto exinde et ipsius domini Comitis sigillo pendenti munito, plenius continetur; nec non discreti viri domini Matheus Baiardus et Zufredus de Aurelia, procuratores et syndici predictorum communis et hominum de Tergesto, habentes ad contenta inferius plenariam potestatem, prout continetur in instrumento publico, confecto exinde per

[1]) Potius *quarta*.

Henricum notarium sub anno et indictione predictis die ultimo Septembris, Tergesti, in palatio comunis ex altera parte, procuratorio et syndicario nomine omnium predictorum, quorum syndici et procuratores existunt pro ipsis et omnibus et singulis subiectis fidelibus, fautoribus et coadiutoribus eorundem, sibi invicem de omnibus iniuriis, offensionibus et dampnis, tam realibus, quam personalibus illatis hinc inde, finem et remissionem plenariam, salvis, que continentur inferius, facientes, ad talem inter se pacem et concordiam devenerunt, prout seriatim inferius annotatur.

Inprimis siquidem, quod super questionibus, controversiis et discordiis, que sunt et esse possunt inter venerabilem Patrem dominum Raymundum Patriarcham et ecclesiam Aquilegiensem ex una parte, et dominum Ducem et comune Venetiarum ex altera super iurisdictione et iuribus totius provincie Ystrie, compromittatur in sanctissimum Patrem, dominum Nicholaum Papam quartum; ita, quod cognoscatur et simul et semel diffiniatur per dictum dominum Papam tam de proprietate, quam de possessione dicte iurisdictionis et aliorum dictorum iurium, per arbitrationem, per arbitrium, per rationem, laudationem, ordinationem et amicabilem compositionem alto et basso, sicut ei videbitur, sub pena mille marcharum auri; medietas cuius pene cedat Romane ecclesie, et alia medietas cedat parti servanti predicta. Sed si dominus Papa non diffiniret, nihilominus sit pax et treugua inter partes, donec creetur alius Papa et post per sex menses et tantum plus, quantum placuerit partibus. Si qua vero partium extunc eam nollet forsitan observare, teneatur denuntiare alteri per tres menses, antequam illam infringat, se nolle illam servare, sub simili pena, que cedat ut supra; et elapso dicto termino trium mensium neutra partium teneatur ad sacramentum, nec ad penas.

Item super restitutione seu satisfactione mercationum et rerum mobilium acceptarum et intromissarum seu impeditarum

ante pacem factam per dominum ... Episcopum Concordiensem, compromittatur per supradictas partes in venerabiles Patres dominos ... Castellanum et ... Padue Episcopos [1]); per quos cognoscatur et diffiniatur per sacramentum de plano sine strepitu iudiciorum infra quindecim dies, postquam convenerint. Et debeant convenire infra quindecim dies, postquam pax fuerit publicata. Et si rite processum est per sapientes de Venetiis iuxta tenorem pacis predicte, debeat fieri restitutio et satisfactio secundum tenorem sententiarum datarum per sapientes predictos in tribus annis proxime secuturis ab huiusmodi cognitione et diffinitione, factis per supradictos Castellanum et Paduanum Episcopos, videlicet de tertia parte quolibet anno. Si vero non rite processum foret secundum formam pacis predicte, predicti Episcopi debeant cognoscere et diffinire per sacramentum de plano et sine strepitu iudiciorum de restitutione et satisfactione supradictis tanquam arbitri, arbitratores et amicabiles compositores infra unum mensem extunc immediate sequentem. Et si infra predictos quindecim dies non cognoscerent, vel infra dictum mensem aliqua superveniente causa non diffinirent, dominus Dux Venetiarum possit elligere tres sapientes de Venetiis, qui cognoscant et diffiniant de restitutione et satisfactione predictis, secundum formam pacis et pactorum hactenus initorum per dominum Episcopum Concordie. Et hoc fiat sub pena mille marcharum argenti, que cedat ut supra.

Item, quod pacta inita inter dominum Gregorium olim electum Aquilegiensem ex parte una, et dominum Raynerium Geno tunc Ducem et comune Venetiarum ex altera, et confirmatio et approbatio cum quibusdam additionibus factis inter dominum Raymundum Patriarcham ex una parte, et dominum Laurentium Tenpulo Ducem et comune Venetiarum ex altera,

---

[1]) Episcopus Concordiensis erat Fulcerius (cfr. supra p. 309). Castellanus Fr. Monaldus, Paduanus Bernardus, coll. Ughello l. l. I, 598; V, 447; 342.

et pax et pacta facta inter dominum Raymundum Patriarcham et ecclesiam Aquilegiensem ex una parte, et dominum Joannem Dandulo Ducem et comune Venetiarum ex altera, quoad pacem et pacta predicta cum conditionibus appositis in eisdem firma permaneant et penitus obseruentur sub pena duorum millium marcharum argenti, que simili modo cedat.

Item, quod burgus Mugle debeat dimitti hominibus dicti burgi, destructis muris et fortiliciis Tergesti factis a parte maris, et extractis et destructis purpuraliis et aliis fortiliciis factis in mari ab initio prime guerre usque huc; et tunc relaxentur libere confinati homines dicti burgi, dummodo indulgeatur hominibus dicti burgi, et fiat remissio per dominum Patriarcham de eo, quod se dederunt domino Duci et fuerunt cum eo in presenti guerra, salvis pactis et fidelitate, in quibus homines dicti burgi tenentur domino Duci et comuni Venetiarum, et salvo omni iure Aquilegiensis ecclesie; ita etiam, quod, si forte homines predicti noluerint intendere et obedire ipsi domino Patriarche, non teneat indulgentia et remissio supradicta, nec dominus Dux et comune Venetiarum dabunt eis consilium, auxilium vel favorem, publice vel occulte, sub pena mille marcharum argenti, que cedat ut supra. Castrum vero Mugle reddatur domino Patriarche, sicut ipsum est, acceptato compromisso per dominum Papam predictum et salvis pactis et fidelitate, in quibus homines dicti castri tenentur domino Duci et comuni Venetiarum, dummodo indulgeatur hominibus dicti castri et fiat remissio, ut dictum est supra, salvis pactis et fidelitate, in quibus homines dicti castri tenentur domino Duci et comuni Venetiarum, et salvo omni iure Aquilegiensis ecclesie. Et relaxentur libere a confinibus confinati homines dicti castri; ita, quod, si forte homines ejusdem castri noluerint intendere ipsi domino Patriarche, indulgentia et remissio supradicta non teneat. Nec dominus Dux, comune et homines Venetiarum dent eis auxilium, consilium vel favorem, publice

vel occulte, sub pena mille marcharum argenti, que cedat ut supra.

Item, quod hominibus de Tergesto, qui dederunt domino Duci et comuni Venetiarum castrum Mucho, reductis per pacem in Tergestum et super bonis eorum cum ea securitate, que videbitur dominis Episcopis supradictis, et destructis muris et extractis et destructis purpuraliis et aliis fortiliciis Tergesti, sicut continetur in capitulo burgi Mugle, restitui debeat dictum castrum per dominum Ducem et comune Venetiarum predictis de Tergesto, qui illud dederunt, et per ipsos restitui debeat domino Episcopo et ecclesie Tergesti. Quod si forte nollent, dominus Dux non intromittet se de ipsis, nec per ipsum nec per comune aut homines Venetiarum eis prestabitur consilium, auxilium vel favor, publice vel occulte. Nec etiam debent redire in Tergesto, nec super bonis eorum, sub pena mille marcharum argenti, que cedat ut supra.

Item facto compromisso et acceptato, ut dictum est, reddatur vicinatus sancti Petri, sicut ipse est, cum tali conditione, quod aliqua fortilitia non fiat in eo, nisi primum diffinitum fuerit per dictum dominum Papam de his, de quibus fuerit compromissum in ipsum, sub pena quingentarum marcharum argenti, que cedat ut supra.

Item, quod dominus Patriarcha personaliter iurabit, presentem pacem et concordiam observare et facere observari, dominus vero Dux promittet.

Item, quod utriusque partis exbanniti et ejecti, seu qui motu proprio exiverunt, tam de Justinopoli, quam de aliis locis, debeant redire ad possessiones suas, sicut ipse possessiones sunt, scilicet in statu, in quo sunt; ita, quod per procuratores suos et familias possint eas tenere et habere ac eis frui, postquam ipsi exbanniti vel ejecti et qui motu proprio exiverunt, venerint ad dominum Ducem et fecerint ei honorem debitum, iurando stare mandatis ipsius domini Ducis sicut domini sui,

quod intelligitur de exbannitis et eiectis et motu proprio exeuntibus, qui ante guerram habitam cum domino Patriarcha iurabant domino Duci. Illi vero exbanniti et alii eiecti, qui non venerint infra unum mensem, et non iurarent stare preceptis domini Ducis vel recederent a preceptis ipsius, non recipiantur nec permittantur stare in Tergesto vel eius districtu, nec in Istria, nec super castrum, nec a Monte Falcone versus Istriam, sub pena quingentarum marcarum argenti, que cedat ut supra.

Item, quod, postquam pax clamata fuerit, si qui recederent de terris, quas dominus Dux et comune Venetiarum tenent in Istria, dominus Patriarcha non recipiet eos, nec permittet stare in districtu suo. Et e converso fiat per dominum Ducem et comune Venetiarum domino Patriarche, si qui recederent de terris, quas tenet in Istria, sub pena quingentarum marcharum argenti, que simili modo cedat ut supra.

Item, quod pons factus apud Belforte non protendatur aliquo tempore, ita, quod attingat terram domini Patriarche vel comitis Goritie per decem passus, sub pena quingentarum marcharum argenti, que simili modo cedat.

Item, quod carcerati occasione huius guerre, quicumque sint et undecumque sint, sive de Justinopoli sive aliunde, libere relaxentur hincinde, destructis muris et extractis et destructis purpuraliis Tergesti et aliis fortiliciis, sicut dictum est in capitulo burgi Mugle; et non intelligatur de exbannitis per dominum Ducem.

Item, quod pax presens servetur per partes et sit firma pro ipsis et pro omnibus et singulis fidelibus habitatoribus, subiectis et fautoribus eorumdem, quicumque et undecumque sint, secundum conditiones presceriptas et infrascriptas; non intelligatur de Venetis exbannitis per dominum Ducem; nec intelligantur Veneti, qui fuerunt incole alicuius alterius terre decem annis seu amplius, nec sint amplius Veneti, sub pena quatuor millium marcharum argenti, que cedat ut supra.

Item, si qua terrarum, quas dominus Dux et comune Venetiarum tenent in Ystria, rebellaret, quod altera pars non debeat eam recipere nec dare auxilium, consilium vel favorem, publice vel occulte. Et e converso fiat per dominum Ducem et Venetos, si qua terrarum, quas dominus Patriarcha tenet in Ystria, rebellaret, sub pena quatuor millium marcharum argenti, que cedat ut supra. Et nihilominus pars altera procurabit bona fide, quod terra rebellans restituatur illi parti, in cujus preiudicium rebellaret. Et si domino Duci et communi Venetiarum placuerit, habere de gente domini Patriarche ad recuperationem dicte terre rebellantis, dominus Patriarcha teneatur dare de gente sua ad expensas communis Venetiarum. Et e converso fiat per dominum Ducem domino Patriarche. Et si dicta terra rebellans venerit ad manus alterius partis, sive in ipsius fortiam seu potestatem, teneatur ipsa pars eam restituere illi parti, in cuius preiudicium rebellasset, sub simili pena, que cedat ut supra.

Item, quod, si comune et homines Tergesti non observarent presentem pacem et concordiam, dominus Patriarcha et fautores et sequaces eius non iuvabunt eos nec dabunt eis auxilium vel consilium vel favorem, publice vel occulte, sub pena quatuor millium marcharum argenti, que cedat ut supra.

Item, quod clamata sive publicata pace omnia ligna currentia de Foroiulio debeant vendi domino Duci et communi Venetiarum pro pretio competenti. Et si qui nollent vendere ligna sua, debeant illa deponere in commendaria apud dominum *Fulcerium*, Episcopum Concordie, usque ad diffinitionem sententie. Et facta dicta diffinitione illa ligna, que non forent vendita, vendantur domino Duci et comuni Venetiarum pro pretio competenti, sub pena quingentarum marcharum argenti, que cedat ut supra. Sed si non diffiniretur aliqua de causa supervenienti, dicta ligna, que forent in commendaria, ut dictum est, restituantur illis, quorum fuerint.

Item, quod bulle et duo castella, facto et acceptato compromisso per dictum dominum Papam, restituantur illis de bullis et de duobus castellis, dummodo indulgeatur hominibus dictorum locorum, et fiat remissio de eo, quod se dederunt domino Duci et fuerunt cum eo in presenti guerra, sub pena quingentarum marcharum argenti, que cedat ut supra.

Item, *(quod)* facto et acceptato compromisso, ut dictum est, reddatur castrum Venetis, sicut ipsum est, cum tali conditione, quod aliqua fortilitia non fiat in eo, nisi primo diffinitum fuerit per dictum dominum Papam de his, de quibus fuerit compromissum in eo, sub pena quingentarum marcharum argenti, que cedat ut supra.

Item, quod comune et homines Tergesti debeant observare pacem et pacta, factam et facta per dominum Episcopum Concordie, inter dominum Ducem et comune Venetiarum ex una parte, et ipsis ex altera, salva fidelitate domini Ducis et Venetiarum et salvis pactis, que habent cum domino Duce et comuni Venetiarum, sub penis contentis in pace et pactis predictis, et presentem pacem et concordiam sub pena mille marcharum argenti, que totiens committatur, quotiens contravenerint, et cedat ut supra.

Item, quod comune et homines Tergesti destruent et tollent omnes muros et fortilitias Tergesti, factos et factas ex parte maris seu versus mare ab initio prime guerre usque huc. Purpuralias etiam et fortilitias, factas in mari ab initio dicte prime guerre hucusque, destruent et tollent, et nullo tempore predictas purpuralias et fortilitias reedificabunt, nec facient alias fortilitias ibi circa. Muri vero possint refici a quindecim annis ultra.

Item, quod non compromittatur de restitutione seu satisfactione rerum mobilium acceptarum, intromissarum seu impeditarum per illos de Tergesto Venetis, habitatoribus fidelibus et subiectis domini Ducis et comunis Venetiarum; potius fiat

restitutio et satisfactio de ipsis rebus, secundum quod sententiatum est per sapientes de Venetiis in quatuor annis proxime secuturis, videlicet de quarta parte quolibet anno.

Item, quod exbanniti et eiecti, seu qui motu proprio exiverunt, tam de Justinopoli, quam de aliis locis, qui non venerint infra unum mensem, et non iurarent stare preceptis domini Ducis vel recederent a preceptis ipsius, non recipiantur nec permittantur stare in Tergesto nec in eius districtu, sub pena quingentarum marcharum argenti, que cedat ut supra.

Item, quod, postquam proclamata et publicata fuerit pax, si qui recederent de terris, quas tenent dominus Dux et comune Venetiarum in Istria, comune Tergesti non recipiet eos, nec permittet stare in suo districtu, sub pena quingentarum marcharum argenti, que cedat ut supra.

Item, quod per comune et homines Tergesti transmittantur viginti quatuor homines de Tergesto, quos dominus cum suo consilio duxerit nominandos, ad presentiam eius infra quindecim dies, postquam receperint litteras domini Ducis, iuraturi precepta ipsius domini Ducis ad eundum ad confines Paduam, Vicentiam vel Tervisium, ubi placuerit domino Duci, et ad standum tribus mensibus. Et est sciendum, quod debeant venire Mestre omnes simul et inde ad presentiam domini Ducis in quatuor vicibus, scilicet sex simul qualibet vice.

Item, quod clamata sive publicata pace omnia ligna currentia de Tergesto debeant vendi domino Duci et comuni Venetiarum pro pretio competenti. Et si qui nollent vendere ligna sua, debeant illa ponere in commendaria apud dominum *Fulcerium*, Episcopum Concordie, usque ad diffinitivam sententiam. Et facta dicta diffinitione, ligna illa, que non forent vendita, vendantur domino Duci et comuni Venetiarum pro pretio competenti, sub pena quingentarum marcharum argenti, que cedat ut supra. Sed si non diffiniretur aliqua

supervenienti causa, dicta ligna, que forent in commendaria, ut dictum est, restituantur illis, quorum fuerint.

Item, quod pax et pacta, facta inter dominum Ducem et comune Venetiarum ex una parte, et dominum Comitem Goritie ex altera, penitus observentur, sub pena mille marcharum argenti pro quolibet capitulo, que cedat ut supra.

Item, quod, si comune et homines Tergesti non observarent presentem pacem et concordiam, dominus Comes et sequaces et fautores eius non iuvabunt eos, nec dabunt eis consilium, auxilium vel favorem, publice vel occulte, sub pena quatuor millium marcharum argenti, que cedat ut supra.

Item, quod exbanniti et ejecti, seu qui motu proprio exiverunt, tam de Justinopoli, quam de aliis locis, qui non venirent infra unum mensem, et non iurarent preceptis domini Ducis stare, vel recederent a preceptis ipsius, non recipiantur, nec permittantur stare in districtu domini Comitis Goritie, videlicet a Montefalcone versus Istriam, nec in Istria, nec super Carscum, sub pena quingentarum marcharum argenti, que cedat ut supra.

Item, quod, postquam proclamata et publicata fuerit pax, si qui recederent de terris, quas dominus Dux et comune Venetiarum tenent in Istria, dominus Comes Goritie non recipiet eos, nec permittet stare in suo districtu. Et e converso fiet per dominum Ducem et comune Venetiarum domino Comiti, si qui recederent de terris, quas ipse et sequaces eius tenent in Istria, sub pena quingentarum marcharum argenti, que cedat ut supra.

Que omnia et singula suprascripta omnes prefati procuratores et syndici procuratorio et syndicario nomine omnium predictorum, quorum syndici et procuratores existunt, sibi invicem, hinc et inde stipulatione solempni, sub penis prescriptis, prout in singulis capitulis scripte sunt, promiserunt

firmiter attendere ac inviolabiliter observare et attendi et observare facere, et non contra facere vel venire ratione aliqua, dolo, ingenio sive causa, cum obligatione bonorum predictorum omnium, quorum syndici et procuratores existunt.

Ego Donatus Lambardus, Imperiali auctoritate notarius publicus et Ducatus Venetiarum scriba, predictis omnibus interfui et rogatus me subscripsi.

Ego Walterius Civitatensis, Apostolica et Imperiali auctoritate notarius, predictis interfui et rogatus scripsi.

Ego Henricus, Imperiali auctoritate notarius, his interfui et rogatus me subscripsi.

## CCCLXXXV.

**Marcus Tinto, Prior s. Marci de Nigroponte, testificatur de offertoriis et decimis suae ecclesie, quomodo dividebantur.**

A. d. 1293, die 4. m. Junii.

Flaminius Cornelius Ecclesiæ Venetæ T. VIII, p. 259. Ex autographo in monasterio s. Georgii majoris.

In nomine Dei eterni. Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, mense Junii, die quarto exeunte, indictione sexta. RIVOALTI.

Testificor ego Frater Marcus Tinto, monachus s. Georgii majoris de Venetiis, et in veritate dico, quod est plus triginta sex annos, quod ego ivi Nigropontem, et inveni, quod tunc erat Prior ecclesie s. Marci de Nigroponte quidam presbyter, qui vocabatur presbyter Madius, et fui cum eo in dicta ecclesia, et moratus fui cum eo in una domo, et comedebam et bibebam cum eo bene per octo menses; et duabus vicibus, quibus tunc temporis fui ibidem, et scivi tunc de consuetudinibus et conditionibus ipsius ecclesie, que tales erant, quod de toto offertorio et proventu ipsius ecclesie ipse Prior faciebat, quicquid volebat, nec vicarius sive notarius domini Baiuli Nigropontis aliquid juris in offertorio vel proventu ipsius ecclesie habebat.

Et dico, quod, secundum quod audivi a pluribus, idem presbyter Madius fuit Prior ipsius ecclesie bene per annos triginta.

Mortuo ipso presbytero Madio ego successi in dicto Prioratu; et est plus annos triginta, quod ego fui primo Prior ipsius ecclesie, et fui Prior ipsius ecclesie in . . . bene annos viginti sex et ultra; et dico, quod toto tempore, quo ego fui Prior dicte ecclesie, vicarius sive notarius domini Bajuli Nigroponti nihil habebat de offertorio et proventu ipsius ecclesie, nisi forte aliquando de mea . . . de offertorio missarum, vel de candelis aliquid ei vel alicui alii dare volebam; nec pro debito aliquo sibi vel alicui alii aliquid dare tenebar.

De eo autem, quod dictus dominus Baiulus dabat, quando cantabantur sibi laudes, ego dabam ipsi vicario sive notario, quando veniebat ad cantandum ipsas laudes, quicquid mihi placebat, et etiam aliis, qui cantabant. Sed quando non veniebat, nichil sibi dabam.

Decime vero, que ibidem solvebantur, dividebantur in quatuor partes. Una pars dabatur Episcopo Castellano; alias tres partes retinebam in me, et ex ipsis dabam ecclesie et pauperibus, sicut michi placebat.

Item dico, quod meo tempore ego consensi de gratia Homodeo, socero quondam Jacobi David, quod ipse laboraret super muros dicte ecclesie s. Marci, super murum videlicet, quod est apud callem, que est apud ecclesiam et super murum canipe, dicendo, quod ipse Jacob satisfaceret michi ad meam voluntatem, nec unquam michi aliquid satisfecit. Et hec per verum dico testimonium.

Signum suprascripti Marci Tinto, qui hec rogavit fieri.

† Ego Marcus Pasqualigo, judex, examinavi, mm. ss.

† Ego Nicolaus Faletro, judex, examinavi, mm. ss.

Ego Johannes Tervisanus, presbyter s. Raphaelis et notarius, complevi et roboravi.

## CCCLXXXVI.

**Thomasinus de Nona de confinio s. Pauli testificatur de decimis s. Marci de Nigroponte.**

A. d. 1293, die 10. m. Julii.

Flaminius Cornelius Ecclesiæ Venetæ T. VIII, p. 260.

In nomine Dei eterni. Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, mensis Julii die decimo intrante, indictione sexta. RIVOALTI.

Testificor ego Thomasinus de Nona, de confinio s. Pauli, et in veritate dico, quod est plus annos decem et octo et minus vigintiquinque, quod ego eram in Nigroponte, et tunc presbyter Benedictus s. Pauli, avunculus meus, erat Prior ecclesie s. Marci de Nigroponte pro domino Abbate monasterii s. Georgii de Venetiis et pro dicto monasterio; et fui cum dicto avunculo meo ibi bene quinque annos, et scio bene, quod tres partes decimarum, que ibidem solvebantur, erant ipsius Prioris, et quarta pars erat domini Episcopi Castellani.

Illud autem, quod dabatur in baptismatis, et omnia offertoria dicte ecclesie erant ipsius Prioris.

Verum est, quod dictus Prior donabat et dabat pro sua curiali tantum quandoque capellanis domini Bajuli et aliis, secundum quod ei placebat; et non tenebatur facere de jure; et id, quod faciebat, de facto faciebat. Et hec per verum dico testimonium.

Signum suprascripti Thomasini, qui hec rogavit fieri.

† Ego Marinus Pasqualigo, judex, examinavi, mm. ss.

† Ego Nicolaus Faletro, judex, examinavi, mm. ss.

Ego Joannes Tervisanus, presbyter s. Raphaelis et notarius, complevi et roboravi.

## CCCLXXXVII.

**Andronici, Imperatoris, de pace cum Venetis reconcilianda legatio.**

A. d. 1295.

Incidit haec treugae renovandae petitio in cruentissimum illud bellum, quod ultimo huius saeculi decennio Venetos inter ac Genuenses quoquoversus exarserat. Cfr. Andreae Danduli chron. p. 404 sqq. Laurent. de Monacis p. 201 sqq. Le Bret I, 639 sqq. Quae sequuntur, Italico charactere expressa, sunt excerpta e Georgii Pachymeris Andronico.

*Regnante Andronico, Graecorum Imperatore, a. D. 1296, die dominica 22 Julii, Veneti cum LXXV longis navibus infesti Constantinopolim adversus Genuenses illic degentes appellunt, ingressi Galatam; ubi, non repertis Genuensibus, domos eorum incenderunt urbemque* (Galatam) *variis locis oppugnarunt. Mox audito, pugnare pro Genuensibus Graecos, Galatam reversi aedes illic sitas Graecorum flammis absumserunt* (Georgius Pachymeres in Andronico 3, 18. Opp. ed. Bonn. T. II, p. 237 sqq.). *Imperator Graecorum Nicephorum, Episcopum Cretae titularem* (ea enim Venetis tum parebat), *Venetias, ut de his expostularet, ablegavit. Interim Venetis, urbis Constantinopolis inquilinis, in reparationem damni per ipsorum populares illati multam numorum 80,000 indicit, oppigneratis in eam summam omnium illorum bonis* (Georg. Pach. l. c. cap. 19, pag. 241 sq.). *Brevi post* (mense Decembri) *Genuenses Venetos Constantinopoli degentes cum Baiulo illorum trucidant: accedit primatum ibi Venetorum carnificina. Vilior Venetorum plebs, e. g. mechanicarum artium professores, elapsi Venetias receduut* (G. Pach. l. c. cap. 20, p. 242). *Propter ea brevi post Andronicus Imperator Maximum Planudem, monachum, et Leonem, orphanotrophei praefectum, Aquilejam misit, sui apud senatum Venetum purgandi gratia* (G. Pach. l. c. cap. 21, p. 243). En vero ipsa Graeci scriptoris de his rebus verba:

Ὁ γὰρ βασιλεὺς ἅμα μὲν τῷ ταῦτα γενέσθαι δι' ἐννοίας γενόμενος, μὴ αἰτίαν σχοίη, ὡς συμπράξειε δῆθεν, πρέσβεις ἐκλεξάμενος τόν τε μοναχὸν Μάξιμον τὸν Πλανούδην καὶ τὸν ὀρφανοτρόφον Λέοντα, ἄνδρας ἐλλογίμους καὶ συνετούς, ἐπ' Ἀκουϊλίας ἀπέστειλεν, ἀπολογούμενος τῷ κοινῷ συνεδρίῳ τούτων καὶ παριστῶν τό οἱ ἐπὶ

τοῖς τετελεσμένοις ἀναίτιον. Οἳ καὶ παραγεγονότες ἐν χρῷ κινδύνου κατέστησαν, τῶν προσγενῶν τῶν φονευθέντων σφίσιν ἐπαναστάντων. Μόλις δὲ τοὺς περιόντας οἰκείους ζητήσαντες καὶ λαβόντες, περὶ τῆς μετὰ τῶν Ῥωμαίων εἰρήνης τῆς νῦν ὡς πάλαι καιρὸν ἐτίθουν βουλεύεσθαι. Οὐ μὴν δὲ καὶ πρέσβεις ἀντεπέστελλον (l. ἀνταπέστελλον) τότε· ἀλλὰ δι' αὐτῶν περιαλγῶς ἐξωνειδίζοντο βασιλεῖ τε καὶ Ῥωμαίοις, ὅπως ἐντὸς χειρῶν ἐκείνων τοιαύταις συμφοραῖς, μὴ χωρουμέναις τῷ ἐκείνων ἔθει, τοὺς οἰκείους οἱ ἐχθραίνοντες περιέβαλον. Τὰ μέντοι γε πράγματα τῶν Βενετικῶν καὶ σφοδρότερον ἀνταπήτουν (τὰ δ' ἦσαν, ἃ φθάσας ὁ βασιλεὺς ἀντὶ τῶν πυρποληθεισῶν οἰκιῶν ἐνεχύραζεν), ὡς οὐχ οἷόν τε (adde οὐσῶν) τῶν σπονδῶν γενήσεσθαι, εἰς ἀνανέωσιν ἤδη κειμένων, ἐξηνυσμένων τῶν τῆς προτέρας εἰρήνης καιρῶν [1]), εἰ μὴ ταῦτα γένοιτο· Βασιλεὺς δὲ καὶ ἔτι ἀπρὶξ εἶχετο τούτων, οὐ κατὰ χρείαν μᾶλλον, ἢ τὴν τοῦ δικαίου δόξαν, ὑπερηφανῶν ὅλως, ὡς ἐκείνων καὶ μᾶλλον αὖθις τῆς πρὸς Ῥωμαίους δεηθησομένων εἰρήνης.

*Multae remissione a Graecorum Imperatore diu protracta Veneti Constantinopolim classe postmodum oppugnant* (G. Pach. l. c. 4, 23, p. 322 sq.), *tandemque remissionem oppignerationis impetrant* (l. c. cap. 26). Factum hoc a. D. 1302.

## CCCLXXXVIII.

### Quaestio in facto latrocinii apud Ajacium Armeniae.

A. d. 1295, die 2. m. Septembris.

Liber Commemoralium archivi Caesareo-Vindobonensis II, 163.

De mercatura Massiliae orientali, quae urbs iam inde a saeculo XII fere medio multa privilegia per Crucesignatos acquisiverat (de Ruffi „histoire de la ville de Marseille“ I, 93 sqq.), per hocce aevum florente, cfr. Depping „histoire du commerce entre le Levant et l'Europe“ I, 278 sqq. Documentum plus una ratione haud negligendum, praesertim propter mercium nomina.

In nomine Dei. Amen.

Infrascripti sunt testes producti a Petro Quattrolingue de Marsilia ad probandum, qualiter ipso eunte de Layasso Hermenie

[1]) Nimirum treugâ anno 1285 decennali ad finem adductâ. Cfr. supra nr. CCCLXXVIII.

ad fodum[1]) Romanie cum quadam naui, que uocabatur la Bondimira siue sanctus Nicolaus, fuit depredatus a quatuor galleis Venetorum de quadam carauana Venetiarum, de qua erat capitaneus dominus Marcus Bazillii, et quod sibi obtullerant (leg. *abstulerant*).

Et admisit (leg. *amisit*) ballam unam gausaparum et mercragiorum[2]), et fillit incerti[3]) et bassinorum et rassoriorum et aliarum mertium, quas dixit sibi constitisse Bisantios Saracinatos ducentos quinquaginta.

Item ballam unam camatororum[4]) de Cormi et carpitarum de Curcha, quas dixit sibi constitisse Bisantios Saracinatos centum quinquaginta.

Item cassiam unam cum claui, plenam centuriis de Parisiis, et cultellis et speculis et sabone et candellarum de cera, quam dixit sibi constitisse Bisantios Saracinatos centum quinquaginta.

Item scrineum unum paruulum, in quo habebat, ut dixit, Bisantios quinquaginta introssis transuersibus[5]) Saracinatos.

Item lectum suum et uestes et arma et suppellectiles suas, quas et que extimabat Bisantios centum quinquaginta Saracinatos.

Sub examine domini Joannis Bordi, Consulis Plasentinorum in dicta terra Layassi. Anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, indictione septima, die secunda mensis Septembris.

Bacciamens Saruetula de Picis iuratus dixit, quod predictus Petrus perdidit et depredatus fuit a dictis quattuor galleis rebus et pecunia, et omnibus, que habebat super dicta naui; uerun-

---

[1]) forum?
[2]) manutergiorum?
[3]) Corrupte: filati non texti?
[4]) camasororum?
[5]) in trossis transuersariis?

tamen, quas res et quantas fuissent, ignorabat, sed bene uiderat ipsam super Dedo Nani emite[1]) ad dictum viadum cum ballis et cassis et aliis rebus. Interrogatus, quomodo hoc scit, respondit: quia interfui, quando dicte gallee ceperunt dictum Petrum et ipsas res et omnes alias dicte nauis.

Interrogatus, quando fuit hoc, dixit: de proximo preterito mense Maii.

Item interrogatus, ubi fuit, dixit: prope dictam terram Layassi.

Ipsa die Petrus Danielis de Narbona, scripnamen[2]) olim dicte nauis, et Bonusenha Albertin de Pisis, iurati dixerunt, quod dictus Petrus Quattrolingue caricauit et misit quasdam ballas et cassiam suas in dictam nauem, sed nesciebant, de quo essent uel quod intus haberent, et suas armeses *(arneses)* et suppellectiles; quas res omnes dixerunt, quod ceperunt et depredauerunt predicte gallee Venetorum.

Interrogati, quomodo sciunt, dixerunt, quia dictas res uiderunt in dicta naui, et quia interfuerunt, quando predicte gallee ceperunt eas.

Item interrogati, quando et ubi fuit, dixerunt: de suprascripta mense Maii, iuxta dictam terram Layassi.

Actum in Layasso Hermenic, in logia Plasentinorum.

## CCCLXXXIX.

**Littera Vitalis Michaelis, Ducae Cretensis, de pace Alexii Kalergii.**

A. d. 1299, die 4. mensis Aprilis.

Liber Pactorum IV, fol. 310 sq.

Andreas Dandulus l. c. p. 409 (e codice Ambrosiano): *„De pace cum Alexio Calergi. Cum inter comune Venetiae et Alexium Calergi, Magnatem insulae Cretae, ium annos XVIII*

---

[1]) Haec punctis, ut spuria, notata. Lege salvo meliori: ipsum super dicta naui euntem ad d. v.

[2]) scribanus?

*discordia et guerra durasset, auctore Vitale Michaele, Duca Cretae, in pacem tranquillam et bonam reducta est cum honore maximo Venetorum*".

Flaminius Cornelius Creta Sacra II, p. 289: „*Senatus virum nobilissimum* (sc. Al. Calergium), *quem, diuturna licet rebellione irretitum, Veneto nomini addictum ostenderant responsa Januensibus datu, cupiens ad antiquam fidem factis pridem comprobatam reverti, Vitali Michaeli, cui post Theupulum Candiae regimen delatum fuerat anno 1299, mandavit, ut de pace cum Alexio Calergio ineunda studiosius ageret. Ut autem hominem invenit in gratiam cum Venetis redeundi maxime quidem cupidum, sed tamen augendae suae conditionis non mediocriter avidum, aegre admodum factum est, ut statuendae reconciliationis pacta cum eo, quod rempublicam principem decebat, decore et utilitate firmarentur. Sagacitate itaque Joannis et Andreae ex gente Cornaria, qui conciliandae pacis munus ex Michaelis Duchae mandato susceperant, effectum est tandem, ut Alexius a rebellione ad debita obsequia reverteretur; cumque ipse practeriti reatus veniam postulasset, Vitalis Ducha antiquas praerogativas et privilegia non solum ei publico nomine renovavit, sed et alia quoque honoris insignia et redituum incrementa adjecit, quae fusius recensentur in litteris, nulla chronica nota signatis, per quas ipse Ducha eiusque consiliarii firmatae concordiae tractatum et conditiones Petro Gradonico, Duci Venetiarum, et senatui significarunt*".

Cfr. Le Bret I, p. 646 sq.

Excellentissimo domino eorum, domino Petro Gradonico, Venetiarum, Dalmatie atque Chroatie inclyto Duci et domino quarte partis et dimidie totius Imperii Romanie, Vitalis Michael, Ducha Crete, et eius consilium cum omni reverentia et subiectione se ipsos.

Noverit vestra magnificentia per presentes, quod in principio nostri regiminis fuit visum nobis conveniens, pro meliori negotio supersedere et non incipere aliquem tractatum cum Alexio Calergio ad hoc, ut ab eo aliquis inciperetur tractatus; qui elapsis diebus aliquibus de pacis tractatu fecit per personas interpositas nos requiri, et nos per easdem personas sibi

fecimus respondere, quod, si vellet cessare ab inconuenientibus petitionibus, et haberet voluntatem faciendi illud, quod conveniret pro honore dominationis vestre et bono statu Cretensis insule, dominatio faceret sibi illud, quod esset conueniens. Ipse vero misit petendo talia, quibus non esset prebendus auditus, et nos supersedimus de negocio usque ad unum mensem, ostendendo, nos nihil curare de negotio; et ipse occasione cujusdam burgensis vestri capti ab hominibus de Monouasia et transmissi ad eum Alexium pro concambio faciendo pro quibusdam hominibus de Monouasia, quos in carcere inveneramus Crete, misit litteras suas nobili viro Joanni Cornario, continentes, quod, si permitteremus eum et nobilem virum Andream Cornarium ire ad eum, volebat ordinare de dicto concambio et tractare ac loqui cum eis. Dictus vero Joannes presentavit nobis litteras suas, et nos vidimus eas, et per ipsarum tenorem non apparuit nobis, quod ire deberet; immo commisimus eis, quod non deberent sibi mittere respondendo, nisi super facto concambij; et ipse Alexius misit eidem Joanni scribendo, quod volebat facere illud, quod conveniebat pro honore vestro et bono terre. Et tunc permisimus eos ire; sed commisimus eis, quod deberent deducere de petitionibus suis juxta eorum posse; et si non deducentur tot, quot videbitur eis, quod negotium possit deduci ad effectum, quod non deberent inde audire aliquid. Ipsi vero iuerunt, et redeuntes tulerunt nobis in scriptis ultra cambium, que Alexius postulabat: in quibus scriptis multa dimiserat de his, que primitus postulabat. Et nos ex deliberatione consilii duodecim ordinatorum ad hoc iuxta mandati nostri formam deducendo etiam per nos multa de his, que petebat, fecimus sibi scribi per eosdem nobiles Joannem et Andream Cornario ea, que sibi facere poteramus. Et dictus Alexius venit ad rixam pro dicto concambio, et misit pro nobilibus supradictis. Nos autem permisimus eos ire, qui non sine longa verborum serie, immo cum multo et laborioso tractatu

verborum et multorum sermonum ratiocinio fuerunt concordes de omnibus, excepto de Episcopatibus; et stando pluribus diebus et videndo, quod negotium remanebat, considerato periculo utriusque capitis et totius insule, et etiam considerato honore vestro et bono statu Venetiarum ac securitate insule, habita deliberatione consilij diebus pluribus super hoc, apparuit nobis et supradicto consilio, non dimittere negotium pro ipsis Episcopatibus; et id de ipsis fecimus, quod continetur in rescripto dicti tractatus, quod magnificentie vestre mittimus, presentibus introclusum; et ipse Alexius venit iterato ad rixam pro dicto concambio, et nos misimus dictos nobiles pro firmando tractatum predictum, qui die Lune quarto exeunte Aprilis iverunt ad eum; et ea, que tractauerant, fuerunt per eos ex parte nostra et per eundem Alexium sacramento firmata.

Et ut sciat magnificentia vestra tractatum totum et omnia, que firmauimus cum Alexio memorato per reformationem status Cretensis insule de voluntate et consensu nobilium duodecim predictorum, excellentie vestre denotamus ea in supradicto scripto; noscendo, pro tante[1]) universalitatis et spetialitatis letitia in insula Crete ex huiusmodi pace provenit, quod vix exprimi posset litteris vel sermone. Nam dictus Alexius cum multa verborum et iuramentorum[2]) promittit, se fidelitatem vestram et pacem omnibus inviolabiliter perpetuo servaturum, et esse semper ad vestrum servitium et honorem. Nos enim speramus in Domino, quod dirigemus et ponemus ad tale punctum insulam vestram, quod perseverabit in longa pace, et quod incole eiusdem insule dante Domino sibi sentient advenisse statum prosperum et tranquillum. Et cum in dicto rescripto contineatur, quod non debeat tenere equas, sed pro decem, quas habet, debet mittere magnificentie vestre litteras suas pro ipsis tenendis,

---

[1]) Lege: noscendo, quod tanta.

[2]) Lacuna. Adde copia vel simile.

et eis fieri debeat infra unum *annum*, quod nobis miseritis iniungendo; de quibus volentes nos dare sibi ronzinos decem pro restauratione, non potuimus de ipsis cum longo tractatu verborum ad aliud peruenire. Vos autem tamquam Dominus de hoc facietis, quod conuenire videbitur excellentie vestre; nos tamen non consulimus, quod eque predicte remancant in insula ullo modo. Credimus tamen, quod erit conveniens atque bonum, super restauratione dictarum equarum dignemini sibi facere illam provisionem, que magnificentie vestre videbitur convenire. De sollicitudine vero dictorum nobilium, quam habuerunt in tractatu predicto, non scribimus vobis per ordinem, quoniam longum esset; sed hoc sub brevitate describimus, quod ita operati fuerunt, ac si fuisset negotium totum suum; et si ipsi non fuissent, non potuisset pacis negotium percompleri, propter quod eos habere dignetur vestra magnificentia commendatos.

Hec est forma pacis firmate cum Alexio Kalergio, que debet in publicam formam reduci.

Nos Vitalis Michael, de mandato domini Ducis Venetiarum Ducha Crete, cum nostris consiliarijs et successoribus nostris notum facimus universis, tam Latinis, quam Grecis, presentibus et futuris, presentem paginam inspecturis, quod recepimus te nobilem virum Alexium Calergium ad fidelitatem predicti domini Ducis et nostram, et fecimus generalem remissionem, bonam, puram, fidelem et sine fraude tibi et omnibus, qui sunt ad presens in insula Cretensi, ac Michaeli Curtatio, et omnibus alijs rebellibus, cuiuscumque conditionis sint, de omnibus offensionibus factis tam tempore pacis, quam guerre.

In primis omnium damus et concedimus tibi omnia feuda, que habebas in principio huius guerre ante tuam rebellationem, cum omnibus suis habentijs et pertinentijs ac villanis.

Item damus et concedimus tibi militias quatuor a scalis Strumbuli ultra versus ponentem cum terra de Megapotamo; et

accipere debeas, quascumque volueris, a scalis de Prinangulo citra versus levantem.

Item damus et concedimus tibi militias de Stimbolo et Chorio monasterio, sicut olim tenebat eas Georgius Chortacius: te tamen solvente(m) pro ipsis illis, qui eas habebant, yperperorum duo millia, vel quicquid fuerint extimate.

Item damus et concedimus tibi militias duas pro eo pretio, quo fuerint extimate, unam quarum possis accipere, quam volueris, in Chisamo vel in Arna[1]) cum hac conditione, quod tu possis eam dare, cuicumque volueris ex rebellibus, non reservando extra aliquid in te, nec pro tuis heredibus; et alteram possis accipere, quamcumque volueris, a scalis de Prinanculo citra versus levantem.

Item damus et concedimus tibi militias quinque, quas possis accipere a rebellibus et dare, cuicumque placuerit, tibi solvendo yperperos centum pro quolibet, non accipiendo de ipsis ultra militiam unam a Demitrio Valasto[2]); et si accipies aliquam ex ipsis in Chisamo vel in Narna, quod non possis ex eis aliquid tenere pro te, nec pro tuis heredibus.

Item volumus, quod possis emere quolibet anno cum tuis heredibus equos quindecim ab armis vel ronzinos ad voluntatem tuam; et si non posses eos habere ad emendum, quod Signoria teneatur dari facere tibi et tuis heredibus quolibet anno pro iusto pretio equos decem ab armis; si tibi non deficerent a numero dictorum quindecim de illis, qui sunt extra varnitionem.

Item volumus, quod habeas libertatem dandi feuda et equos, que et quos tibi superius concessimus, cuicumque volueris.

Item damus et concedimus tibi omnia monasteria comunis, que sunt ultra scalas Stromboli versus ponentem, pro

---

[1]) Narna Corn. Mox hocce recurrit. Sed cfr. Cornel. II, 309.

[2]) Valastro Corn.

quo debellasti, debeant esse franci; et qui non fecerunt renovare suas cartas franquitatum ex justo impedimento, quod Signoria debeat eos facere francos, si debent esse franchi de jure.

Item volumus facere tibi francos centum de rebellibus de feudis, que stant ultra scallas, et de villanis comunis, de quibus volumus, quod possis accipere decem rebelles de feudis, que sunt citra scalas.

Item volumus, quod possis tenere jumenta(s) sive equas; pro illis decem, quas tu habes, possis mittere Venetias litteras tuas, et id, quod dominus Dux mittet dicendo vel scribendo, facere debeas infra unum annum. Et si elapso termino dominus Dux non concesserit tibi, quod possis eas tenere, mittere debeas eas in continenti extra insulam.

Item volumus, quod, qui est Arcondus, debeat esse Arcondus; et qui est Arcondopulus, debeat esse Arcondopulus; qui est Vasmulus, debeat esse Vasmulus, et qui est Latinus, debeat esse Latinus et haberi Latinus.

Item, quod Papates et Diaconi et filii Papatum, qui non sunt possessi pro villanis, non sint villani. Volumus, quod non debeant dari pro villanis, qui non sunt capita, a viginti supra, et debeant scribi nominatim.

Item volumus, quod tu cum alijs rebellibus dare debeas obsides viginti in manibus Signorie annis duobus, et possint cambiari sive commutari pro aliis tam bonis, ut erunt illi, qui erunt dati prius.

Tu vero jurasti fidelitatem domino nostro Duci Venetiarum, nobis et successoribus nostris, et habere amicos Venetiarum pro amicis, et inimicos Venetiarum pro inimicis.

Hec omnia rata et firmata volumus observari, donec domino nostro Duci Venetiarum, nobis et successoribus nostris obediens fueris et fidelis et observabis, que superius dicta sunt.

## Epimetrum.

Alexii Calergi rebellio quam longum in tempus recedat, quam late serpserit, quanta fortunae vicissitudine processerit, id ut melius intelligatur, exhibemus hic, uti iam antea in pari occasione fecimus — cfr. Tom. II, p. 166 sq. — particulam gravissimi auctoris Laurentii de Monacis, textu pro gustu nostri aevi politiori apparato. En ille p. 157 sqq. ita refert:

*Deinde* (ab anno 1236) *usque in tempus Nicolai Navigaioso, qui fuit Ducha 1261, nunquam defuerunt tumultus in aliquibus insulae locis, tam orientis, quam occidentis, quos Duchae, succedentes per tempora, diversis modis et artibus represseruut. Tempore autem Raynerii Geno, Ducis Venetiarum* (a. 1249—1252), *dum quidam villani de Turinis, Crices et Mirabelli facinoroso ausu iniecissent manus violentas in Paulum Dono, Cretensem feudatum, redeuntem de partibus Sithiae, dictus Nicolaus Navigaioso, ne haec favilla maiorem ignem accenderet, egressus fuit cum apparatu gentium contra ipsos villanos; sed ipsis cum eodem Paulo Dono obviam Duchae pacifice venientibus et suppliciter misericordiam implorantibus, acceptis obsidibus certisque oneribus eis impositis, venia datur.*

*Sub Duce Venetiarum praedicto eoque Ducha quidam Graecus, nomine Stengo, missus cum uno fusto* [1]) *armato ad partes Cretae per Michaelem Palaeologo, qui se gerebat pro Imperatore Graecorum, de portu Sudue in terram descendens auxilio aliquorum rebellium expugnavit castrum de Lurmiro, cui ob vehementem impetum boreae succurri non potuit. Custrum Chissami oppugnatum fortiter est defensum. Tunc Alexius Calergi senior notificari fecit Duchae, quod ille nuntius Palaeologi cum archontis Graecis inierat secretum colloquium eisque praesentaverat litteras Palaeologi, continentes, „quod ipse recuperaverat Constantinopolim; suum gonicho* [scil. *gonicon*], *id est patrimonium, intendebat recuperare insulam Cretae, et quod bellum moverent Latinis ipsosque de insula pellerent, quia mitteret eis exercitum in auxilium“. Archontes autem respondisse, „quod erant sub iusto et potenti dominio; sed, si mitteret exercitum et vinceret, eo casu sua servarent praecepta“.*

---

[1]) Alibi fusta, species navigii biremis, quam Venetiis saeculo XV. in usum venisse opinantur. Cfr. Venezia e le sue Lagune I. 2, 219.

*Constitit tamen, quod Alexius tacuit, multos ex eis iurasse fidelitatem dicto Palaeologo et promisisse, decantare ei laudes. Eodem tempore Marinus Zane, castellanus Melipotami (i. e. Milopotami) scripsit eidem Duchae, praefatum Alexium cepisse et interfecisse quemdam hominem franchum, nomine Lango, servitorem dominii, imoque retinuisse novem homines dicti Alexii. Ducha rescripsit eidem castellano, quod, si constaret sibi, dictum Alexium mori fecisse dictum Lango, suspendio interficeret illos novem homines dicti Alexii. Constat quadam littera, scripta per dictum Nicolaum Navigaioso, Ducham, Andreae Barbadico, Baiulo Nigropontis, consanguineo suo, ipsum Alexium cum fratribus fuisse rebellem. In dicta littera sic inter caetera continetur: „nova autem et conditiones huius insulae volumus vos non latere, quod Alexius Calergi cum fratribus suis, et qui ad eum spectant, extra fidelitatem domini nostri Ducis exiverunt et nobis moverunt guerram, facientes et operantes illud malum, quod possunt, quod in suum damnum redundabit, Domino largiente.“*

*Sub Laurentio Theupulo, Duce Venetiarum* (a. 1268—1275), *et Andrea Geno, qui Ducha fuit, anno Domini 1271* [1]), *seditio civilis et paene incredibilis civitatem invasit. Homines duo de familia Richioldae, relictae Pauli Dono, ex numero illorum, qui serviunt in varnitionibus, quos soldaderios vocant, trucidarunt nefario modo in ruga magistra Candidae, in conspectu Johannis Secreto et Leonardi Contareno, consiliariorum, Marcum Selenga, filium Johannis Simeonis Selenga; et paene in eodem momento interficitur quidam Marcus Novello, barbitonsor, qui mortem Selengae altis vocibus aggravabat. Sequenti mane commota civitate Johannes Selenga, pater interfecti, cum aliis tribus filiis flagitat, fieri iustitiam, tam contra interfectores, quam contra Laurentium Bono et Leonardum Quirino et Richioldam praedictam, quorum subornatione filius suus ritu sicario fuerat interfectus. De interitu vero Marci Novello neque accusator, nec testis erat.*

*Ducha, ut par erat tanto sceleri, sub tali inquisitione formato processu, mandat Richioldae, ut manifestet Girardum et Pascalinum, soldaderios suos, eius sceleris patratores. Asseverante illa,*

[1]) Aut in Ducha, aut in anno erratum. Haecce pars narrationis fulcitur epistolâ, quam dedimus supra p. 102 sqq. ipsius Andreae Geno.

*Candidae. Huic Ducha mandat per riparium, ne transeat scalas. Non parenti Johannes Secreto, consiliarius, missus a regimine, iussit Alexio, ut sub poena amissionis feudorum et debito iuramenti dissolvat congregationem et revertatur ultra scalas. Respondit, se non movisse nec venisse contra statum dominationis, sed occasione enormis excessus, commissi in personam propinqui sui, ut de culpabilibus fiat iustitia; nam in promissionibus feudatorum continetur, quod dent favorem et auxilium Duchae et consiliariis ad complendas iustitias. Dictus Alexius post duos dies retrocessit, nulla alia novitate sequuta. Misso auxilio gentium, armorum et pecuniarum de Venetiis, civitas in statum pristinum refirmatur. Idem Andreas Geno cum suo consilio coëgit Michaelem Scordili Psarameligo, dum esset Candidae, dare decem vades seu fideiussores, quod nec per se, nec per suos homines fieret aliqua violentia Georgio Cortazi, nec suae genti, qui suis dissensionibus rebellionum pericula seminabant.*

*Ducante autem Laurentio Theupulo et praesidente Duchatui Cretae Marino Geno anno Domini 1273 Latinam discordiam rebellio Cortaziorum excepit. Georgius et Theodorus Cortazi, fratres, inter Graecos nobilitate sanguinis eminentes, adorsi sunt, extirpare Venetam dominationem de insula. Discursis igitur multis locis insulae cum praedis, incendiis et caedibus, collegerunt se in partibus Pirgiotissae*[1]*), et occuparunt angustias de Xilodema, et ibi multos armatos in insidiis collocarunt. Contra eos Marinus Geno cum exercitu et multis nobilibus equitavit; sed intrantes inexplorato loci angustias ab insidiatoribus profligantur. Trucidati sunt in ipsis insidiis Ducha et unus ex consiliariis Petrus, et Nicolaus Cornario, tres de prole Abrama, quatuor de prole Gradonicu, duo de prole Fuscula, Andreas Fuscarinus, Johannes Tonisto, Nicolaus et Johannes Quirino, duo de ca' Faledro, unus de prole Gisiu, unus de ca' Justo, unus de ca' Pantalio, Marcus Tonisto, Nicolaus Sesendulo, Angelus Mudazo, Johannes Pasquasi* [l. *Pasquali*], *Johannes Grimani, Marinus Lucari, Nicolaus Vido multique populares.*

*Laurentius Theupulus Dux ferens gravissime hanc cladem mittit in Cretam Morinum Mauroceno Ducham in a. 1274 cum copia equitum, peditum et balistariorum multaque pecunia, qui*

[1]) Variat scriptura loci. Cfr. T. II, p. 144, ubi Priotissa. Alias Piriotissa.

*gestis multis praeliis cum rebellibus variis eventibus repatriavit, non imposito fine rebellioni, quae nec est finita sub Petro Geno successore. Sub Jacobo autem Contareno, Duce Venetiarum* (a. 1275—1280), *Marinus Gradonico mittitur cum aliis copiis armatorum anno Domini 1279. Hic inter alia peracta certamina gravi praelio vicit Georgium Cortazi et Theodorum fratrem, versus Candidam hostiliter venientes, et tandem illos cum principalibus sequacibus extra insulam exire coëgit; reliqui rebelles misericordiam implorantes, remissis offensis, datis obsidibus pro conditionibus, suscipiuntur ad gratiam, inter quos fuerunt aliqui Scordili et Agiostefaniti. Tradunt aliqui, clam fecisse scribi litteras suprascripto Georgio Cortazi, quae sibi mittebantur a Constantinopolitano Imperatore, in quibus hortabatur eum accedere Constantinopolim; nam daret sibi coningem quamdam neptem suam et cum subsidio galearum et gentium mitteret eum potenter in Cretam; et quod hac spe illectus et astu deceptus cum dicto fratre et aliquibus ex principalibus suis sequacibus, transfretavit Constantinopolim. Dictum fuit, quod* [quoque?] *Alexium Calergi, complicem suum, persuasisse dictis Cortaziis sub dolo, ut irent in Romaniam, et ob hoc rediisse in gratiam Venetorum. Praesidente autem dicto Marino Gradonico ob rebellionem illorum de Arna et Agrii castrum Sellini* (Selini) *aedificatur. Ducha autem Cretae Andrea Daudulo circa annos Domini 1282 sedata fuit quaedam rebellio turbarum Chissami et Arenae* (Arnae) *per tractatum cuiusdam Sarachinopoli, et certis habitis conditionibus dimittuntur obsides de Anapoli et Cato- et Apano-Siuritorum, Calamo et de districtu Rethimi atque Sithiae*[1]).

*Rebellio Alexii Calergi coepta est sub Jacobo Dandulo Ducha, qui creditur esse ille Alexius, qui rebellavit sub Nicolao Navigaioso; nam solus ex Alexiis vulgo cognominabatur l' Antigo, et Antiquus inscribitur in pactis secuti concordii. Hic primo adhaesit Cortaziis; deinde eis fuit adversus, unde accedens Venetias sub obtentu fidelitatis suscipitur honorifice. Reversus in Cretam prolabitur in rebellionem. Duplex fuit fama de eo. Quidam tradunt, quod per ambitionem sub dolo faverat expulsioni Cortaziorum, ut primus esset inter Graecos. Quidam dixere, quod Graeci male dispositi, non*

[1]) De his locis cfr. Tom. II, 143—145. 236. Supra p. 379.

*habentes tunc alios, quos dignarentur inter eos habere primatum — nam quidam Michael Cortazi, qui remanserat in insula, tantae rei impar videbatur — detraxerunt eum ad se dulcedine huius honoris. Utcunque fuerit, magna industria atque arte hanc rebellionem initiatus est. Illum ante suspectum, quam detectum dominatio Veneta per regimen Cretae capi iussit. Et quando supervenit tale mandatum, casu erat Candidae; reditus praevisus a quodam Graeco, qui venerat cum nave, quae detulerat mandatum, mox insalutato recessit hospite. Monetur placidis verbis, ut Candidam veniat; dum nollet, iubetur ad omnem tollendam suspicionem, ut mittat ad civitatem loco obsidum uxorem et filios. Idem mandatum fit Georgio Scordili, complici suo. Dum nedum* (i. e. *nec tunc*) *parerent, sed verbis profiterentur et actibus detegerent se rebelles, statuitur publice pretium interficientibus vel praesentantibus eos vivos in potestatem regiminis. Adhaerent Alexio Demetrius et Georgius Vlasto; at Georgius Scordili ad fidelitatem revertitur, daturque sibi provisio ac stipendium, et militat contra rebelles. Johannes Delphino, consiliarius, cum equitibus et peditibus* (mittitur) *Milopotamum. Statuuntur signa in multis locis insulae, ultra quae nullus fidelis audeat habitare, et prosternuntur monasteria, sita ultra signa praedicta. Mandatur castellanis, ut describant omnes masculos ab annis XVIII usque ad XL, iubeturque: nullus habitet nisi in locis munitis, et tollantur animalia de Lasiti. Eliguntur armigeri de omnibus cavaleriis; Marcus Venerio et Antonius Quirino eliguntur et equitant cum exercitu ultra scalas.*

*Dum vero ad Alexium Calergi plus, quam credebatur, confluerent infiniti villani et archontes multi, rebellesque omnia occupassent praeter municipia a Milopotamo usque ad caput insulae occidentis, et multos passus ab oriente, Ducha et ambo consiliarii equitant cum ingenti exercitu ultra scalas, pugnatumque est hinc inde variis eventibus. Johannes Dandulo, Dux Venetiarum, cum consiliis ordinatis scripsit Petro Justiniano Duchae, deinde Andreae de Molino, quod Alexius Calergi, Demetrius Georgius et Fimi Vlasto, Vasilius Varugha, Georgius Gavala bannirentur cum suis heredibus in perpetuum, nec unquam possent habere concordium cum commune Venetiarum aut Candidae.*

*Et ut hanc perstringam materiam, et sequentes Duchae, scilicet Petrus Justiniano, Andreas de Molino, Albertinus Mauro-*

*ceno, Hermolaus Justo, Andreas Dandulo, Jacobus Theupulo Scopulo vi decertarunt terra marique cum dictis rebellibus, tam cum Cretensibus militibus, quam cum aliis armigeris et balistariis, stipendio conductis de extra insulam, et de Venetiis missis.*

*Aliqui tractatus de pace habiti propter excessivas petitiones Alexii effectu caruerunt. Jacobus Theupulo Ducha scripsit Petro Gradonico, Duci Venetiarum, quod divisis exercitibus in diversis locis insulae fortissime dimicabat, et quod multi ad fidelitatem rediissent, nisi Alexius, summis curis in contrarium vigilans, eos prece, pretio, minis in sua sententia retineret, et quod bellum, quod tunc inter Venetos ac Januenses erat acerrimum, ipsum Alexium ab concordio retrahebat.*

*Tandem, XVIII. anno rebellionis, Vitalis Michael Ducha anno Domini 1299, tertio die exeunte Aprilis, revocata parte loquente in contrarium, in perpetuum cum dicto Alexio firmavit concordium, incluso in eo Michaele Cortazi et aliis sequacibus. Et confirmatis dicto Alexio suis cavalariis et concessis sibi multis praeclaris immunitatibus et praerogativis in pactis, loquente Ducha sicut inferius continetur: „Tu vero iurasti fidelitatem domino nostro Duci Venetiarum et nobis et successoribus nostris in perpetuum et de obediendo praeceptis praenominati domini nostri Ducis,* (nostris) *et successorum nostrorum, et amicos Venetorum pro amicis habere et inimicos Venetorum pro inimicis, et si aliquid, quod sit contra honorem domini nostri, Ducis Venetiarum, nostrum et successorum nostrorum et bonum statum huius insulae Cretae scieris vel tractari cognoveris, absque mora dabis operam cum affectu turbandi illud atque impediendi toto tuo posse, et quam cito poteris, id nobis et successoribus nostris in notitiam dabis. Nos autem cum nostro consilio per nos et successores nostros iuravimus, omnia et singula suprascripta tibi attendere et observare, donec domino nostro Duci Venetiarum, nobis et successoribus nostris fidelis et obediens eris".*

*Praefatus Alexius hoc semper concordium illibata fide servavit, adeo, ut nulla unquam fabula alicuius infidelitatis aut minimae suspicionis emerserit et illum fervorem rebellionis perpetua pacis observantia et fidelitatis mansuetudine superaverit. Conciliavit animos multorum Graecorum potentiae Venetorum, aliquas detexit insidias, nonnullos motus suis viribus in ipso ortu repressit.*

## CCCXC.

### Pax inter Venetos ac Januenses.

A. d. 1299, die 25. m. Maji.

Finem imposuit haec pax Mediolani firmata bello, inter duas invidiosissimas civitates diu vehementerque grassanti. In ipsis condicionibus sunt, quae ad Romaniam omnino atque ad rationes Venetorum et Imperatoris spectant. Ideo adiiciemus, quae tamquam ex ipso viso instrumento protulit Laurentius de Monacis p. 205:

„*Dum Veneti ingentem galearum classem praepararent, interponentibus se summo Pontifice* (i. e. Bonifacio VIII), *Carolo II, Rege Siciliae, Matthaeo, Vice-Comite Mediolani, pax concluditur in hac forma:*

Quod fiat pax, perpetuo inviolabiliter observanda.

Captivi relaxentur, remittantur damna, offensiones et iniurie et excessus hinc inde et iniurie et damna illata in partibus Romanie, nec Imperatori aliquid peti possit.

Item, si per Venetos fieret aliqua occupatio de aliqua terra Imperii, quam tenet Imperator Grecorum, si Januenses resisterent dicte occupationi vel invasioni, non intelligantur facere contra pacem; et etiam non intelligantur Veneti facere contra pacem, si offenderent Januenses, taliter resistentes.

Quod durante guerra, quam Venети habent cum Imperatore Grecorum, Januenses non possint navigare ad aliquam terram, quam teneat Imperator intra Culfum [1]); et etiam, si habebunt Veneti guerram cum dicto Imperatore vel cum aliqua civitate vel comunitate, que sit intra Culfum, seu cum persona habente aliquam iurisdictionem intra Culfum. Et e contra, quandocunque erit guerra inter comunia Janue et Pisarum, Veneti non possint navigare Pisas nec in Sardiniam neque a Civitate Veteri usque Nixam, pena constituta marchie $\frac{m}{50}$ argenti.“

[1]) I. e. Adriae.

Cfr. Andreae Danduli chron. l. l. p. 409. Le Bret I, p. 645. 646. Documentum Italice ediderunt Marin V, 127 sq. et Romanin l. l. II, 337 sq. Hujus pacis instrumenta invenies locupletissima in Libr. Pact. III, 99 sqq. Cfr. Nos in libro „der Doge Andreas Dandolo und die von ihm angelegten Urkundensammlungen“ (Abhandl. der bayer. Akad. 1855), p. 115.

## CCCXCI.

**Petri Gradonici, Ducis, commissio pro Marino de Molino, ambassadore ad Regem Tunisii.**

Sine anno.

Cod. bibliothecae S. Marci diplomaticus Trevisanus, cl. X, cod. CLXXXI, fol. 283; superscripto: *ex quadam commissione in pergameno in rotulo.*

Edidit Marin VI, 322, qui de hoc memorabili diplomate latius egit ibidem pag. 259 sqq. In cod. nostro anni certa significatio deest. Marin profert a. 1300. Nos singulare hoc exemplar, naevis multis antea remotis, tamquam in corollario positum noluimus desiderari.

Nos Petrus Gradonicus etc. vobis Marino de Molino committimus, quod ire debeatis in nostrum nuncium ad serenissimum dominum Regem . . . . . Tunisi. Sed volumus, quod, antequam loquamini cum eo, loqui debeatis cum viro nobili Angelo Marcello, Consule nostro illic, et aliis nostris fidelibus etc., et sumpta informatione postea, quando vobis videbitur, accedatis ad Regem; et salutato et expositis verbis benevolentie, decenter significate ei, quod facta sint sub suo dominio contra nostros fideles molesta et gravia, que illi displacitura firmiter credimus, et convenit etiam, quod amicitiam inter ipsos et nos diminuet.

Nam vir nobilis Marcus Carosus emit olim gabellam vini Tunisii a domino Rege predicto pro Bisantiis $\frac{m}{34}$ [1]) per unum annum cum conditione, sicut accepimus, quod non debebat ei accipi dicta gabella per totum annum predictum, et quod tot

[1]) I. e. triginta quatuor milia.

non erat quasi viuum in mari; et procuravit vinum conduci in copia, et a sex mensibus ultra, quibus modium vini fuerat ibi, ita, quod dicit se perdidisse in dictis sex mensibus de gabella circa Biz. $\frac{m}{6}$. Fecit tantum vinum conduci, quod securus erat, quod restauraretur de eo, quod prius amiserat, et etiam de lucrari, si eam tenuisset pro anno Biz. $\frac{m}{20}$. Verum quando scitum fuit per dominum Regem tantum vinum esse in Tunisio, ad sugestionem alicujus voluit, quod gabella auferet, et dedit eam cuidam Pisano per Biz. $\frac{m}{10}$ ultra illud, quod dedit ei de illa Marcus predictus. Et nos per nobilem virum Marinum Michaelem, quem *(tunc?)* Consulem nostrum in Tunisio, misimus litteras dicto Regi; qui respondit Consuli nostro, quod commisit cuidam officiali suo, qui dicitur Ben Mechim, qui satisfaceret ei. Et Consul fuit sepius cum dicto Ben Mechim, qui ita produxit factum in longum, quod dictus Consul complevit suum Consulatum. Quare nomine nostro rogabitis Regem, ut satisfaciat de Bizantiis $\frac{m}{20}$ domino Marco. Sed si intelligeritis in Tunisio aliqua, per que videretur vobis dictam quantitatem maximam esse, diminuite petitionem, ut vobis videbitur.

Item discretus vir Clemens Bondeminus, fidelis noster, fuit in portu Tunisii per Pisanos derobatus, et notum est Regi et aliis de Tunisio, et de modo, et damnificatus de ligno combusto per eos, et de mercationibus suis in ligno, et de arnesiis et marinariis solutis pro tempore non servito usque ad summam Biz. $\frac{m}{7}$ et 26, et per Consules sententiatum est in Tunisii doana. Verum per dictum Regem satisfactum est ei de Biz. $\frac{m}{3}$ et 200, et non permittebatur discc(n)dere, nisi faceret quietationem de toto damno predicto; unde, cum contineatur in pactis, quod alta sua potentia debet satisfieri facere de damnis et injuria nostris facta a Saracenis et a Christianis, qui sunt in sua pace, requiretis et rogabitis, ut faciat satisfacere de toto, quod restat. Tamen si plus obtinere nequibitis, sitis contentus in fine de eo, quod restat de sententia Consulum. Sed si dictus Clemens

vellet facere quietationem de minore quantitate, debeatis esse contentus.

Item cum nobilis vir Nicolaus Contarenus, fidelis noster, de proximo mense Septembris elapsi cum quadam sua nave onerata frumenti ivisset de Sicilia in portu Tunisii, et vendidisset ipsum frumentum in Tunisio, et de parte recepisset solutionem, et deberet recipere de integro, commisit nobili viro Michaeli, tunc Consuli, quod dictum reliquum exigeret a debitoribus, et de eo solveret debitum suum de lana, quam emeret valentem pretium dicti frumenti non soluti; et cum fecisset onerari in dicta navi lanam dictam, dohanerii Regis dixerunt, quod solveret medium drictum curie Regis. Et ipse respondit, quod non debeat solvere, quia lana erat empta de denariis frumenti, quod est franchum in introitu et exitu; et Consul nolebat, quod solveret. Sed dohanerii retinuerunt dictum Nicolaum per dies tres et ultra, et coëgerunt eum solvere Biz. 377 et miliarisios septem. Unde dicatis, quod nostri debent esse salvi in habere et personis et honorati in suo dominio, et quod grave habemus, et quod satisfieri faciat de dicta summa dicto nostro fideli, et reprehendere dictos dohanerios, et ordinare, quod de cetero similia non contingant. Sed si dictus Nicolaus vellet facere quietationem de minori quantitate, sitis contentus.

Item cum die primo Februarii nuper elapsi tarida Simeonis Boni et Petri Victuri, fidelium nostrorum, existeret in portu Tunisii, due gallee et unus galeonus, quorum armatores fuerant Guilielmus Rondello et Jacobus Vincentius de Finari et Venturinus de Plumbino, accedentes ad dictam taridam, dederunt ei plura prelia, in quibus dictus Simeon fuit occisus, et ascendentes tandem ipsam taridam occiderunt pedotam[1]) ipsius, et vulneraverunt ambos pennenses[2]) et sex ex marinariis, derubantes

[1]) Somavera: *pedota, pedoto, guida per mare, ποδότας.*

[2]) Henschel: *pennensis, qui exercet officium noclerii seu nautae, cum dormit aut vacat.*

omnia, quc invencrunt, frangendo capsellas et spoliando omnes de forsida(m) omnibus bonis suis, et nudos expellentes de ipsa, ita, quod damnificati fuere in Biz. 7695, et pro damno, quo dicta tarida navigare non potuit tempore congruo, Z. 1000 ad gross., ut habetis in nota sigillati.

Eodem modo, ut Consul, qui nunc est ibi, ad nos scripsit, dum tarida quedam nobilium virorum Joannis Superantii et illorum de ea' da Pesaro, de qua erat patronus Blasius Danti, foret in dicto portu Tunisii, quidam de castello de castro eum quadam navi et cum quadam galea et cum quodam galeone armatis damnificaverunt eam in mercationibus et rebus pro valore Biz. 1520 et milliares. 6.

Item cum Marinus de Magnoco de Ragusio, fidelis noster, venisset in portu Tunisii eum quadam sua tarida onerata vino Greco et aliis rebus, duc naves de Sicilia, quarum una vocabatur Aquila, et alia s. Salvator, ceperunt dictam taridam eum rebus, que erant in ipsa; et quamvis dictus Rex quemdam ambasciatorem Regis Sicilie, qui erat Tunisii, et Consulem Catelanorum ad dictam taridam *mitterent*, per facere eam relaxari cum rebus dcintus, responderunt illi de duabus navibus, quod eam non redderent, sed eam conducent in Siciliam eum rebus. Et est possibilc, quod eam illuc conduxerint. Sed sive in Siciliam sive alio conduxcrint, noster fidelis nihil habere potuit, cujus damnum fuit, sinc naulo, quod habere debebat de mercatoribus forinsecis de rebus, que intus erant, uncie auri mille. Undc placeat domino Regi satisfacere juxta pacta.

Preterea co tempore, quo fidelis dominus Michael fuit Consul in Tunisio, fuit vendita per Regem gabella vini cuidam Pisano, dicto Raynerio Martello, que pro nescia qua occasionc postea Rex detinuit, et abstulit gabellam; et per dietam capparram dictus Consul noster non potuit habere per illos sex menses 50 Biz., quos dare debent Consuli Venctorum pro quolibet mensc illi, qui emunt dictam gabellam pro co, quod non

debeat facere vendi vinum in fontico Veneto; de quibus sex mensibus debet habere Biz. CCC. Et ideo rogabitis eum, quod heredibus dicti Dominici Michael satisfaciat illud, quod poteritis, fideli nostro.

Item nobilis vir Franciscus Julianus stetit in servitio dicti Regis cum equis et armis per menses 44, et debebat habere in diem Biz. 3, quod ascendit Bizant. 3860 (l. *3960*). De quibus recepit in pluribus vicibus Bizant. 1800. Restat habere 2160. Et pro honore Regis ipse tenuit plures equos et maiorem familiam, quam alii ejusdem conditionis, ut scire potest per Christianos et Saracenos, ita, quod tota dicta pecunia fuit expensa. Rogabitis, ut satisfaciat.

Item cum discretus vir Joanninus Magistri Petri, gestor negotiorum nobilium virorum Marini et Joannis Superantii in Tunisio, magnas exercuerit ibi mercationes pro illis nobilibus, tam cum officialibus curie, quam cum aliis, et vellet de Tunisio discedere, ipse fecit ante discessum rationem et quietationem cum omnibus creditoribus suis; et etiam ille, qui erat Messeruffus[1]), nomine Faehim Boamiram, fecit dicto Joannino quoddam scriptum, continens, quod ipse Joanninus plene rationem omnibus fecerat, et omnibus satisfecerat, quod debebat, et quod nullo tempore molestari posset; et dictus Faehinus Messeruffus promisit solvere Philippo Bono Bisantios 2241, et meraneserios (l. *miliaresios*) . . . . . , et dicebat, personaliter se soluturum dictam pecuniam, ducendo de die in diem usque per annum et ultra; et in fine se excusabat, dicendo, quod dictus Joanninus habebat de rationibus curie circa quantitatem predictam, et non solvit. Sed dicti nobiles miserunt dictum Joanninum adhue Tunisium pro faciendo omnes rationes dicto Messeruffo; et incontinenti fecit eum detineri, et constrinxit eum solvere sibi dictam quantitatem, licet dictus Joanninus se offerat,

[1]) Videtur significari officium in re pecuniaria constitutum.

semper protestans, se paratum facere adhue omnes rationes a capite usque in finem. Sed nihil ei valuit; immo oportuit eum solvere. Et ideo rogabitis dictum Regem, quod faciat sibi restitui dictam pecuniam; et intelligetis dictam responsionem Regis, faciendo id boni, quod poteritis.

Preterea debeatis eidem exponere alia damna et injurias, quas per Consulem nostrum dictum vel per alios intelligetis esse factas nostris fidelibus, ut melius vobis videbitur convenire honori nostro, requirendo de omnibus emendam. Et si satisfaciet, facietis quietationem, si a vobis petit. Si vero denegaverit satisfactionem ac duceret in longum, aggravetis negotium Regi et aliis, qui habent loeum; et intra alia gravamenta dicatis, quod, si per eum non satisfiet, nos non poterimus pati, quod nostri eant in terras suas; et inde dicatis nostris, quod ita se parent de eorum negotiis, ut, quandocumque preeipiemus eis discessum, ipsi ilieo diseedant sub penis, quibus nobis videbitur.

Debetis habere pro vestro salario hujus ambaseiarie Z. 400, et habere sex servitores, de quibus unus sit eoquus, et quilibet X grossos pro una robba, salvo, quod coquus et dispensator habebunt singuli $^{7}/_{15}$ gross.

Item debetis habere sacerdotem et 4 tubatores, quos debetis aecipere, sieut melius poteritis. Debetis ire et stare ad expensas comunis Veneti, quousque vestram faciatis ambasciatam. Sed ipsa facta habebitis a eomune $^{7}/_{40}$ gross. pro expensis in meuse, et insuper naulum, si redibitis per mare. Si vero rediretis per terram, debetis habere $^{7}/_{40}$ grossos pro mense pro expensis, et insuper veeturas 8 requ. [1]), et non aliud. Et si plus expenderitis, expendetis de vestro; et si minus, illud, quod superfuerit, deveniat in comune.

---

[1]) Sic; requirendum apud Marin.

Dona, que nos mittimus domino Regi, presentabitis ei ex parte nostra, salvo, quod ex ipsis donis possitis dare, quibus vobis videbitur de curia sua, usque ad Z. 400. Dona vero, que recipietis, adducetis ad nostram presentiam.

Et in vestro discessu, si discedatis ab eo cum obtentu vestre intentionis, recommendabitis altitudini sue Consulem nostrum et alios nostros, qui erunt in terris suis. Et si aliqui de nostris fidelibus essent in suis carceribus, rogabitis eum pro parte nostra, ut eos vobis donet.

Observabitis omnia vobis commissa bona fide, et observabitis formas consiliorum de donis et gratiis, non recipiendis, nisi pro nostro comuni, et de ratione reddenda, sicut ipsa consilia continent de scripturis curie nostre reddendis.

Jurastis profectum et honorem Venetorum stando, eundo et redeundo; et volumus, quod debeatis inquirere de omnibus nostris, qui iverunt ad castellum de castro post nostram inhibitionem, et nobis adducatis in scriptis, aut omnes finit . . .

## CCCXCII.

**Pactum, quod habet dominus Tyri cum Soldano de facto casalis Batiole et allorum casalium.**

Sine anno.

Registri dei Patti archiv. Veneti II, fol. 24. Extat etiam in Libr. Pact. Vindob. I, 279. II, 29. De anno huius pacti ex ipso contextu nihil elucet, nec magis, quae fuerint partes paciscentes. Casalia, de quibus hic agitur, memorantur in treugua Margerithae, dominae Tyri (viduae Johannis de Monteforte), cum Sultano *Melik-Mansur* eiusque filiis *Melik-Saleh* et *Melik-Aschraf*, facta in decem annos (684—694 Prophetae, i. e. ad annum Chr. 1285). Edidit, in Franco-Gallicum tradidit et explicavit hanc treugam Ét. Quatremère, „histoire des Sultans Mamlouks de l'Égypte“ T. II, partie I, p. 173 (Appendice: traité avec la Princesse de Tyr). Ibi p. 216 haec leguntur: „*La reine Mararit* (Marguerite), *Souverain de Sour*,

*aura pour son domaine, parmi les villages du territoire de Sour, dix villages faisant partie de la prairie de Sour, et qui appartiendront en propre à cette Princesse, ainsi que les choses ont été réglées dans la trève conclue sous le règne de Melic-Dâher; ces dix villages dépendront exclusivement de la principauté de Sour et leurs noms sont exprimés ainsi qu'il suit: Aïn-abou-Abdallah, Kâsemieh, Sedes, Kahlab, Marfouf, Djâroudiah, Djamâdiah, Madkalah, Râs-alaïn, Burdjelasbetar".*

Nostrum pactum utrum huic treuguae tempore sit prius, an posterius, non liquet: illud probabilius videtur. Nos saeculo XIII° asserere satis habemus. Singula ad liquidum perducere, non est nostrum.

Cest le capistre des X casaus franches de mon seignor de Sur, alamonasse e la deuise, hambonhabdeleeh, la casemie, ledin, mehlep, le babouc, la hamadie, rashelam, la cor de lospital, batiole, lagariddie.

E toz les X casaus de deuant dites son de mon seignor de Sur, a totes lur raisons et lur devises, et totes lur terres et ce qui eutre en les devant diz casaus et ce qui se part de iaus.

E ce est lo coumandement, que le mesage de mon seignor de Sur sire Jacob Port a as amiraus de Safed de par le Soudan por le fait dou casau de Batiole, que il dovent[1]) enquere dou fait de la gastine et de lautre[2]), que le Soudan dona (add. *atot*) le casau de Batiole a mon seignor de Sur, se la tere estoit del devant dit casau, et ce la tere dou devant dit casau est prise et proprie[3]), et mis a la gastine. Et lenqueste doit estre par droit et par raison, par les aneiens gens de la tere et par la veginanse[4]), et que vos deies[5]) enquere lial enquestre, se la tere est de Batiole, si come el diee[6]), ou de la gastine. Et ce la tere est de la raison de Batiole, ou de

[1]) l. e. doivent.
[2]) de la tere?
[3]) porprise?
[4]) l. e. voisinage.
[5]) l. e. devés.
[6]) il dit?

# Appendix.



Digitized by Google

## Venetae reipublicae Statuta navium.

A. d. 1255. 6 August.

Benevolos nostrae Collectionis lectores cum pretiosum Venetae antiquitatis monumentum, quod ad illustrandam et supplendam historiam aliquammultum conferre videtur, ab hoc Corpore diplomatico abesse minus bene laturos esse putemus, en illud ipsum in medium proferre non dedignamur. Est autem *Capitulare nauticum* sive *Statuta et ordinamenta super navibus;* in quo libello non tam jus stricti sensus maritimum docetur, quam politia et disciplina navigantium omnis generis, quaqua versus spectans, exponitur. Operae pretium duximus, Andreae Danduli verba de hac re allegare (Scriptt. rer. Itall. XII, 363): *Tertio anno Dux, navigantes congruis legibus regulare cupiens, Nicolaum Quirino, Petrum Baduario et Marinum Dandulo elegit, qui utilia statuta condiderunt; et illa Duci exhibita, auctoritate majoris et minoris consilii et publicae concionis approbata sunt.* Ubi significatur annus Domini 1255, Dux vero Raynerius Zeno, qui regnare coepit anno 1252. In hoc Capitulari minus novam legislationem introductam esse videmus, quam antiquiora statuta pro ratione temporum emendata et in alius ordinis compendium redacta, coll. titulo opusculi, ubi ope studioque triumvirorum ibidem memoratorum Statuta et ordinamenta super navibus *emendata et composita esse* dicuntur. Hunc Statutorum nauticorum codicem insequentibus seculis publica auctoritate gavisum fuisse, nulli equidem dubitamus, quamquam alias subinde consimilis indolis consiliique Collectiones disciplinares in ejus locum successisse arbitramur, quas investigare et examinare aliorum esse ingenue fatemur. Quid? quod anno demum 1792, id est paucis annis ante finem interitumque ipsius reipublicae Venetae, noster libellus typis impressus fuit. Eum edidit vir summe reverendus Paulus Canciani, Clericus Venetus, de studiis

medii aevi bene meritus, et quidem ex codice Andreae Quirini, senatoris Veneti, in tomo quinto diplomatarii ab ipso curati, cujus titulus: *Barbarorum leges antiquae* cett. Venet. 1792. Notas pauculas, mere criticas, b. Canciani addidit, ab exegeticis, quibus libellus, innumeris obsitus difficultatibus tenebrisque, maximopere indiget, summo legentium incommodo prorsus abstinens. Quam lacunam recentioris aevi editor quodammodo explere conatus videtur Franco-Gallus J. M. Pardessus, vir clarissimus, cui specimen quoddam commentarii in egregium vereque singularem libellum debemus, et quidem in ipsius collectione legum nauticarum, cujus operis celeberrimi inscriptio: *Collection de lois maritimes antérieures aux XVIII^e^ siècle.* Tom. V. 1839. Satis multa ibi quoad nomenclaturam mercatorum et nautarum medii aevi marisque mediterranei valde abstrusam et obscuram e Ducangio potissimum secundum antiquiorem textum Glossarii latini (nova editio anno 1840 prodire occoepit) illustrata et enucleata videmus: longe tamen plura intacta dolemus futurisque interpretibus commissa et relicta. Quos tandem aliquando in ipsa Venetiarum urbe exorituros esse, etiam atque etiam nos quidem speramus. — In nostra libelli editione textum Cancianeum diligenter expressimus: eum ex codice melioris notae manasse, doctiores lectorum, vel nobis non monentibus, facile sibi persuasuros esse confidimus.

---

Hec sunt statuta et ordinamenta super navibus et lignis aliis, que de mandato domini Raynerii Geno, Dei gratia incliti Veneciarum, Dalmacie atque Chroacie Ducis[1]), cum suo conscilio, emendata et composita fuerunt per nobiles viros, Nicolaum Quirinum, Petrum Badoarium et Marinum Dandulum, per ipsum dominum Ducem et suum conscilium majus et minus, et quadraginta laudata, et in concione publica approbata, et voce Veneti populi confirmata: currente anno ab incarnacione Domini nostri Jesu Christi MCCLV, indictione prima, die VI intrante Augusto, in ecclesia beati Marci.

---

[1]) *Duci* ed. Canc.

I. *Qualiter patroni naves et alia ligna corzatas* [1]) *debeant habere.*

Statuentes statuimus, quod patroni navium debeant dare naves suas bene corzatas et calcatas de foris, et paredos, et ambas cohoperturas, et vannum, et supervannum, et coredorium, et andicta, scermum et barcham et gondolam, sub pena librarum denariorum Venetorum XX pro quolibet centenario milliari de eo, quod navis fuerit extimata; que pena in nostrum comune deveniat.

Et hoc intelligimus de nave et quolibet ligno cohoperto.

II. *Quod naves et ligna cohoperta debeant palmizari.*

Affirmamus, quod navis et aliud lignum cohopertum palmizetur, sicut patroni fuerint concordes cum naulizatis, sub pena librarum Venec. L, quam penam patroni solvere debent; et deveniat in nostrum comune ipsa pena.

III. *Quod naves debeant saornari.*

Statuimus, quod, cum navis fuerit mercatoribus naulizata, debeat saornari. Patroni vocare debeant mercatores, qui sunt ituri in sua nave, et ab ipsis duos mercatores petere debeant, qui pro parte mercatorum navem debeant saornare; et ipsis assignatis, navis expensis patronorum debeat saornari, sicut mercatoribus et nauclerio et uni ex patronis videbitur convenire. Et si de hoc concordes non poterunt esse, unum quintum elligant, quem voluerint, in concordia; ita navis debeat saornari. Et si de quinto tollendo non concordaverint, nos Dux, aut Bajulus, sive Rector Venetiarum, qui fuerimus in ipsa terra, in qua navis fuerit, ipsum quintum, quem voluerimus, eis dare debeamus. Et si in eo loco fuerit Rector pro nobis et comuni Veneciarum, et non fuerint alii mercatores navis, illum quintum, quem voluerint [2]), eis debeat assignare. Et sicut omnes vel maior pars ipsorum in concordia venerit, ita patroni navem debeant saornare sub pena XX soldorum Venetorum pro quolibet milliario, de eo, quod navis fuerit extimata; que pena in nostrum comune deveniat. Et patroni, antequam navis sit saornata, non possint, neque debeant caricum recipere, nec imbolium, nisi de consensu et voluntate predictorum, vel maioris partis eorum, sub pena predicta. Et si quintus ille, vel aliquis illorum supradictorum quatuor ad navem saornandam esse recusabit, Rector

---

[1]) *coriatas* Canc.

[2]) Forte *voluerit* Canc. Recte.

noster illius loci, in quo navis fuerit, debeat et possit illi vel illis penam imponere, quam voluerit, et auferre. Et si navis fuerit in loco, in quo Rector pro nobis et comuni Veneciarum non fuerit, [et aliquis][1]) predictorum ad saornandum navem esse recusaverit, penam librarum XXV incurrat; que pena deveniat in nostrum comune.

Et intelligimus hoc de nave et ligno quolibet coboperto.

IV. *Quod adstringantur sacramento, qui in saornanda nave fuerint ellecti.*

Mandamus, quod omnes partes predicti, qui naves saornabunt, astringantur sacramento, quod bona fide, sine fraude, navem saornabunt, sicut ipsis bonum videbitur pro salute navis in viatico, in quo debeat ire, et ipsis videbitur convenire. Et eciam, si fuerint alique partes, in quibus Rector non fuerit pro nobis et comuni Veneciarum, predicti duo mercatores, qui pro parte mercatorum navem saornaverint, ipsam mensurabunt et extimabunt simul cum scribano ipsius navis secundum tenorem de mensuracione statuti nostri; extimacionem[2]) navis et omnia alia faciant, que continentur in ipso capitulo.

Et hec intelligimus de nave et omni ligno coboperto.

V. *De saorna non accipienda de nave.*

Precipimus, quod[3]), postquam navis predicto ordine fuerit saornata, nihil de nave per aliquam personam de ipsa saorna extrahatur vel minuatur modo aliquo vel ingenio; et si de ipsa saorna fuerit aliquid minuitum vel extra navem projectum, patronus vel patroni ipsius navis nostro comuni emendare teneantur soldos XX denariorum Venetorum parvorum per quodlibet milliare, quod navis fuerit extimata; nisi causa necessitatis ad intrandum in portum Rivoalti, vel per voluntatem illorum, qui navem ipsam habeant saornatam, foras projectum fuerit de saorna; et patroni nihil de pena teneantur.

Et hec de nave intelligimus et omni ligno coboperto.

VI. *De ferro, plombo vel stagno et rame ponendo pro saorna, quod tantum de saorna foras extrahatur de nave.*

Statuimus, quod, postquam navis fuerit saornata, si patroni navis plumbum et rame non laboratum, stagnum, ferro, vel de omnibus

---

[1]) *et aliquis* def. apud Canc.

[2]) *extimacione* Canc.

[3]) *quod* def. apud Canc.

istis quatuor simul tantum posuerint pro saorna, tantum possint de saorna extrahere, quantum posuerint de predictis quatuor rebus; et hoc sit, presente nauclerio et scribano ipsius navis. Si autem de ipsa saorna aliquid aliter extraheretur de navi, patroni navis nostro comuni emendare teneantur[1]) soldos XX denariorum parvorum pro quolibet milliario de tanto, quanto ipsa navis fuerit extimata.

Et hoc intelligimus de nave et ligno aliquo cohoperto.

VII. *Quod navis convenienter ornetur.*

Dicimus, quod de arboribus et antenis et eciam antenis de dolone et timonibus navis et omne aliud lignum de milliariis CC et inde supra decenter sit ornata.

VIII. *De ornatione coredum.*

Volumus, quod navis et alia ligna extimata de milliariis CC usque ad CCL ancoras septem habeat, et endegarios septem convenientes, canovos novos in corcoma septem, et alios canovos septem convenientes; et in vellis sic ornetur, sicut patroni eum naulizatis simul fuerint concordati.

IX. *De ornatione coredum.*

Affirmamus, quod navis vel aliud lignum extimatum de milliariis CCC usque ad CCCL habeat X ancoras, endegarios X convenientes, canovos novos X in coreoma, et alios canovos XII convenientes.

X. *De eodem.*

Stabilimus, quod navis vel aliud lignum extimatum de milliariis CCCC usque ad CCCCL ancoras XIII habeat, endegarios XIII in corcoma, et alios canovos XIII convenientes.

XI. *De eodem.*

Mandamus, quod navis vel aliud lignum extimatum de milliariis D usque DC habeat ancoras XV, endegarios XV convenientes, canovos novos XV in corcoma, et alios canovos XV convenientes.

XII. *De eodem.*

Statuimus, quod navis vel aliud lignum, extimata vel extimatum de milliariis DC usque DCL, habeat ancoras XVI, endegarios XVI convenientes, canovos novos in coreoma XVI, et alios canovos XVI novos convenientes.

---

[1]) *teneatur* ms.; *teneantur* recte Canc.

XIII. [Deest titulus.]

Dicimus, quod navis aut lignum, extimata vel extimatum de milliariis DCC usque DCCL, habeat ancoras XVII, endegarios XVII convenientes, canovos novos XVII in corcoma, et alios canovos novos XVII [1]) convenientes.

XIV. *De eodem.*

Decernimus, quod navis aut lignum, extimata vel extimatum de milliariis DCCC usque DCCCL, habeat ancoras XVIII, endegarios XVIII convenientes, canovos XVIII novos in corcoma, et alios canovos novos XVIII convenientes.

XV. *De eodem.*

Confirmamus, quod navis aut lignum, extimata vel extimatum de milliariis DCCCC usque DCCCCL, habeat ancoras XIX, endegarios convenientes XIX, canovos novos in corcoma XX, et alios canovos XX convenientes.

XVI. *De eodem.*

Volumus, quod navis vel aliud lignum, extimata vel extimatum de milliariis mille, habeat ancoras XX, endegarios XX convenientes, canovos novos in corcoma XXII, et alios canovos XXII convenientes.

XVII. [Deest titulus.]

Decernimus, quod navis, vel buzo, aut buzonavis, vel aliud lignum, de CC milliariis usque ad CCC non completa, habeat canovos, quos debet habere in corcoma, longos passibus LXII; et navis, vel buzo, aut buzonavis de milliariis CCC usque CCCC non completa, habeat canovos in corcoma longos passibus LXV; et navis, vel buzo, aut buzonavis, de milliariis CCCC usque DL *[non completa, habeat in corcoma canovos longos de passibus LXX; et navis, vel buzo, vel buzonavis de milliariis]* [2]) DL usque DCC non completa, in corcoma canovos longos habeat de passibus LXXV; et navis, vel buzo, aut buzonavis de milliariis DCC et inde supra, habeat canovos in corcoma de passibus LXXX. — Ordinamus, quod omnes isti canovi sint convenientes in grossecia secundum longitudinem illorum.

---

[1]) Post XVII Canc. inepte repetit *novos*.

[2]) *non completa — milliariis* def. in ms. Addidit Canc.

XVIII. *De vellis.*

Affirmamus, quod navis, vel buzo, aut buzonavis de milliariis CCC usque DC in proda ita sit contiata in vellis: habeat artimonem [1]), terzarolum et dolocium unum de fustagno vel de bambasio, et parpaglonem unum de canevaza; in medio habeat majorem *terzarolum* et dolonem unum de bambacio vel de baracame, et parpaglonem unum de canevaza.

XIX. [Deest titulus.]

Mandamus, quod navis, vel buzo, vel buzonavis, vel aliud lignum de milliariis DC et inde supra sic ornetur in vellis: in proda habeat artimonem [2]), terzarolum et dolonem unum de fustagno et de bambasino, et parpaglonem unum de canevaza. In medio habeat maiorem terzarolum et dolonem unum de bambacio vel baracame, parpaglonem unum de canevaza.

XX. *De arboribus et antenis.*

Ordinamus, quod arbores et antene cujuscunque navis vel ligni de CC milliariis et inde supra concientur de bovistis et sostis et sarciis convenienter.

XXI. *De novis mantis superfluis.*

Decernimus, quod navis et buzo et buzonavis et aliud lignum de CCC milliariis usque ad DC unum mantum novum superfluum habere debeat; et navis vel aliud lignum de milliariis DC et inde supra habere debeat duos mantos novos superfluos.

XXII. *De emendatione defectus.*

Statuimus, quod, si aliquis defectus fuerit in coredis et ornamento navium, buzorum, buzonavium vel aliorum lignorum predictorum, patroni lignorum illorum duplum naulizancium [3]) teneantur emendare defectus.

XXIII. *De preparatione mantorum.*

Ordinamus, quod nulla navis de milliariis CC et inde supra mantum habere debeat reperatum [4]) in arbore de proda; et manti alii, qui fuerint in arboribus, sint convenientes. Patronus navis, qui

---

[1]) *antim.* Canc.

[2]) *artimone* Canc.

[3]) Forte *naulizamenti.* Canc.

[4]) Anne *repezatum* (resarcitum?). Canc.

sue navi mantum posuerit reperatum, aut poni fecerit modo aliquo vel ingenio, vel permittet, nostro comuni in duplo valimenti boni et novi mantis computatis illi navi, vel in simili, debeat emendare.

Et hoc intelligimus in nave et buzo et buzonave et alio ligno.

XXIV. *De preparatione coredum.*

Dicimus, quod quelibet navis et alia ligna de milliariis CC et inde supra, que de Veneciis exiverit, sit ornata de omnibus suis coredis secundum tenorem statuti nostri, sub pena dupli naulizamenti tocius defectus; et ipsam penam nostro comuni pacabit patronus navis, si aliquid sibi defecerit de coredis.

Et hoc intelligimus de nave et aliis lignis cohopertis.

XXV. [Deest titulus.]

Nolumus [1]), quod brulla, stupa et acuti debeant esse in expensis patronorum navium et omnium lignorum cohopertorum de milliariis CC et inde supra.

XXVI. *Ubi patroni possint facere camerelas.*

Decernimus, quod patroni navium in pope navis possint facere camerelas sub vanno navis; et eciam sub coredorio, atque portam sentine versus popem usque ad antevannum, et in proda similiter a cathene [2]) colatoria usque ad portam prode; et in alio loco non possint cameram facere sub pena XXX soldorum grossorum pro omni camera in alio loco facta. Que pena in nostrum comune deveniat.

Et hoc intelligimus de nave et buzo et buzonave et ligno cohoperto.

XXVII. *Quod patroni facere debeant expensas pro nave de portu Veneciarum trahenda.*

Precipimus, quod expense, que fuerint pro navibus et lignis omnibus cohopertis de portu Veneciarum trahendis, sint super patronis navium et omnium lignorum facte.

XXVIII. *De marinariis habendis.*

Affirmamus, quod navis et omne aliud lignum de CC milliariis habeat XX marinarios; et pro omnibus X milliariis, quod plus navis

---

[1]) *Volumus* Canc. Recte.

[2]) *cathena?*

fuerit extimata, unum marinarium plus habere debeat. Si marinarius aliquis moriretur, vel navem relinquerit, patronus illius navis ipsum marinarium secundum ordinem et tenorem nostri statuti recuperare debeat, ubi navis [1]) portum fecerit. *Patronus autem*, qui [2]) hoc fecerit contra, nostro comuni in duplum teneatur emendare marinarieiam suam, scilicet comunalem, que in nave fuerit, pro quolibet marinario, qui navem defecerit.

XXIX. *De habere intromittendo marinariorum.*

Dicimus, quod, si aliquis marinariorum moriretur, patrono sit licitum intromittere tantum de bonis illius, que fuerint in nave, quantum per racionem ipsi habere pertinet, de residuo, quod sibi pertinet habere, et debet servire.

XXX. *De trombatoribus et trombis habendis.*

Volumus, quod navis de CCCC milliariis, que iverit extra Culfum, habere debeat duos trombatores cum duabus trombis convenientibus, qui sint marinarii computati, et hoc sub pena XXV librarum per quenlibet trombatorem; et nostro comuni ipsam penam patroni pacare teneantur. Similiter dicimus, quod omnis navis, que fuerit de CCCC milliariis, et inde supra, habere teneatur unam trombetam et unum tamburlum et duos timpanos, sub pena predicta.

Et hoc intelligimus de nave et quolibet ligno.

XXXI. *De patronis, qui non possunt esse marinarii.*

Dicimus, quod nullus patronus possit esse marinarius sue navis, si tantum unus patronus vel duo fuerint in ipsa navi; salvo, quod, si fuerint tres, unus illorum possit esse marinarius; et si fuerint quatuor, duo illorum marinarii esse possint; et plus duobus patronis in aliqua navi esse non possint marinarii, sub pena librarum L nostre monete. Quam penam quilibet illorum nostro comuni emendare teneatur, qui fecerit contra hoc statutum.

Et hoc intelligimus de nave et buzo et buzonave vel ligno alio de milliariis CC et inde supra.

---

[1]) *nares* Canc.

[2]) *Ant. q.* ms. Canc. suadet *qui autem*. Nos sententiam complevimus, coll. nr. XLIII, p. 414.

XXXII. *De illis, qui non possunt esse marinarii.*

Statuimus, quod nullus minor XVIII annorum possit esse marinarius; et eciam nec miles, nec peregrinus, nec serviens in aliqua navi marinarius possit esse. Patronus vero, qui in sua nave [*minorem*] [1]) XVIII annorum habuerit, vel militem, vel peregrinum, aut servientem pro marinario, nostro comuni pro quolibet libras XXV debeat emendare.

Et hoc intelligimus in nave et omni ligno cohoperto de CC milliariis et inde supra.

XXXIII. *De tollendo sacramento marinariis.*

Jubemus, quod, cum patronus pro sua nave acceperit marinarios, accipiat sacramentum ab eis; si marinarii fuerint minores XVIII annorum, et ipsis credat per sacramentum, patronus penam non incurrat.

Et hoc intelligimus de nave de CC milliariis et omni ligno cohoperto et inde supra.

XXXIV. *De locis non habendis in nave.*

Affirmamus, quod marinarius, vel alius, qui marinariciam defenderunt, in nave mercatorum locum mercatoris dormiendi habere non possit de medio versus popem, nisi super bertescam discovertam, que est supra coredorium et supra vannum, excepto patrono, marinario computato, qui dormire possit ab arbore de medio usque pope. Marinarius vel aliquis alius, qui contra hoc fecerit, nostro comuni soldos X denariorum grossorum debeat emendare.

Et hoc intelligimus de nave et buzo et buzonave et omni ligno cohoperto de CC milliariis et inde supra.

XXXV. *De armis, que marinarii tenentur habere.*

Statuimus, quod omnis marinarius de omni nave vel de alio ligno de milliariis CC et inde supra habeat unam capelinam de corio, aut helmum de corio vel de ferro, et scutum, et zupam, et cultelum de ferire, et spatam, et lanceas III; marinarius, qui libras XL et plus habebit pro marinaricia, panceram vel lameram de ferro cum armis

---

[1]) *minorem* def. apud Canc.

predictis habeat. Similiter nauclerius, si libras XL et plus habuerit, panceram vel lameram de ferro, et unam balestram de corno cum C quadrellis cum armis predictis habeat.

Et hoc intelligimus, quod in hoc capitulo continetur, de omnibus supradictorum sub pena librarum X Venetorum parvorum; quam solvere teneatur quilibet comuni Venetiarum.

XXXVI. *De noclerio, qui a navi tolli non potest.*

Ordinamus, quod omnis nauclerius et marinarius, qui navi servire tenetur, non possit tolli armis per aliquod debitum, donec patrono servire teneatur.

XXXVII. *De armis, que naves vel alia ligna debent habere.*

Precipimus, quod navis et buzo et buzonavis vel aliud lignum de CC milliariis usque ad CCC non completa teneantur habere duas panceras, duos capirones, duos helmos vel duas capellinas cum mascaris, lanzones vel gitarollas centum, scutos II, ballistras II de corno, II de strevo et unam de pesarola vel de turno, quadrellos C pro ballista de strevo, et L quadrellos pro ballestra de pesarolla, I croco, I pesarollam, cordas II, magistram unam pro omni ballista.

XXXVIII. *Item de eodem capitulo.*

Asserimus[1]), quod navis et buzo et buzonavis vel aliud lignum de CCC milliariis usque D non completa habere teneantur quatuor panceras, quatuor capirones, quatuor helmos vel capellinas cum mascheris, quatuor scutos, lanzonos vel gitarolas CC, balistas duas de strevo et duas de pesarola vel de torno, quadrellos L pro omni ballista de strevo, quadrellos L pro omni ballistra de turno vel pesarola, et duas cordas, et unam magistram pro omni ballistra.

XXXIX. *Idem.*

Mandamus, quod omnis navis de milliariis D usque DCC non completa teneatur habere sex panceras, sex capirones, lanzonos vel gitarolas CCC, *ballistas*[2]) sex de corno, tres de strevo et tres de pesarola vel turno, CL quadrellos pro omni balestra de strevo, L pro omni balestra de pesarola vel de torno, tres crochos, tres tornos, tres pesarolas, duas cordas, unam magistram per quamlibet balistam.

---

[1]) *Afferimus* ms.; *asserimus* Canc., recte.

[2]) *ball.* supplevit Canc.

XL. *Idem.*

Injungimus, quod navis vel aliud lignum de DCC milliariis et inde supra habeat octo panceras, octo capirones, octo helmos vel capelinas cum mascheris, octo scutos, lanzones vel gitarollas CCCC, ballistas quatuor de corno, .. de strcue [1]), ballestras quatuor de pesarola vel torno, quadrellos CL pro omni balestra de streue, quadrellos L pro omni ballestra de pesarola vel torno, quatuor crochos, quatuor tornos, quatuor pesarolas, duas cordas, unam magistram per omnem balistram.

XLI. *De emendatione armorum.*

Statuimus, quod, si aliquis defectus in armis fuerit de istis quatuor capitulis supradictis, patronus vel marinarius navis vel alius [2]) ligni, cui aliquid defecerit de predictis, valimentum de omni defectu in duplum comuni nostro debeat emendare.

XLII. *De statera in nave habenda.*

Volumus, quod patroni cujuslibet navis vel alterius ligni de milliariis CC et inde supra pro sua nave unam stateram habere debeant de justo pondere Veneciarum, cum qua ad minus libras DCC ad grossum possint pesare, sub pena soldorum grossorum XX; que pena in nostrum comune deveniat.

XLIII. *Ubi patroni navem intrare tenentur.*

Dicimus, quod, si navis in ipsa ituros patronos plures habuerit, unus ad minus in navem intret [3]), antequam navis transeat modulum sancti Nicolai, in causa [4]) omni dic morando; similiter in reditu suo in Venecias moram in ipsa nave faciendo, usque dum navis non fuerit infra modulum predictum. Patronus autem, qui contra hoc fecerit, penam librarum L incurrat; quam penam nostri Consules in Veneciis exigere debeant et accipere infra XV dies, *postquam eis datum fuerit in notitia; et si dictam penam non poterunt excutere, nos cum nostro conscilio infra dies XV* [5]), postquam nobis fuerit declaratum, ipsam in duplum accipere vel accipi facere teneamur.

---

[1]) An *strevo*? Lacunae signum posuimus, deficiente numero.
[2]) *aliud* Canc.
[3]) *intrat* Canc.
[4]) *in ea* conjicit Canc.; accuratius: *in ea ipsa.*
[5]) *postquam — XV* supplevit Canc.

Et hoc intelligimus de nave et ligno de milliariis CC et inde supra.

XLIV. *De illis, qui in nave morari possunt per patronos.*

Precipimus, quod, si navis tantum unum patronum habuerit, qui cum nave ire teneatur, ille navem intrare debeat, antequam navis modulum transeat sancti Nicolai, semper in ipsa morando. Similiter in reditu suo Venecias, moram in nave ipsa faciendo, dum navis non fuerit infra predictum modulum, nisi patronus ille aliquem dimiserit loco sui, fratrem, filium, filium fratris vel sororis, consanguineum vel parentem germanum, fratrem patris vel matris, generum vel cognatum; et omnem, prout sibi videbitur, poterit in nave dimittere de predictis; et ille, qui remanserit per patronum, ipsam potestatem habeat, quam habuit, qui navem reliquit [1]). Et si predicta non observaverit, que patroni observare tenentur, patronus, qui eum dimisit loco sui, nostro comuni solvere teneatur *libras* [2]) L; quam penam nostri Consules excutere teneantur infra dies XV, postquam eis datum fuerit in noticia; et si dictam penam non poterunt excutere, nos cum nostro conscilio infra dies XV, postquam nobis fuerit declaratum, ipsam penam in duplum tollere vel tolli facere teneamur. Nauclerius autem et marinarius sacramento teneatur, quam cito poterit, nostris Consulibus in Veneciis manifestare patronum, vel illum, quem dimiserit loco sui, facientem contra predicta.

Et hoc intelligimus in nave, buzo et buzonave et omni alio ligno de milliariis CC et inde supra.

XLV. *De marinariis et nauclerio, qui navem tenentur intrare, antequam transeant modulum sancti Nicolai.*

Mandamus, quod nauclerius et marinarius navem intrare debeant, antequam navis ipsa transeat modulum sancti Nicolai; et de nave non exeat, nisi a patrono vel patronis navium, aut a naucleriis, vel a maiori parte ipsorum sibi licentia data fuerit. Similiter in suo reditu in Venecias nullus de nave exeat, donec navis fuerit infra modulum predictum, aut licenciatus fuerit a prefatis hominibus. Tam in eundo, quam redeundo due partes marinariorum semper sint in nave residenciam facientes. Qui autem fecerit contra predicta, pro omni die,

---

[1]) *reliquid* Canc.

[2]) *libras* supplevit Canc.

quo fuerit extra navem et steterit, penam soldorum XL incurrat. Statuimus, quod a patrono vel patronis navis marinarii sacramento astringantur, manifestare patrono vel patronis ac scribano navis, nec non et Baiulis et locorum Rectoribus et civitatum, qui pro nobis et comuni Veneciarum fuerint in terris, in quibus portum navis fecerit, facientes contra predicta; tunc vero Rectores nostri vel Bajuli dictam penam pro nostro comuni excutere teneantur et accipere. Et in Venetiis marinarii infra octo dies, postquam Venecias intrabunt, manifestare nostris Consulibus teneantur; et tunc nostri Consules infra dies XV dictam penam teneantur excutere, postquam eis dictum fuerit: si autem dictam penam non poterunt excutere, nos cum nostro conscilio infra dies XV, postquam nobis dictum fuerit, eam accipere vel accipi [*et*][1]) tollere faciemus; de qua pena comune habeat duas partes, et accusator terciam.

Hoc iutelligimus in nave et omni ligno de CC milliariis et inde supra.

XLVI. *Quod patroni non possunt marinarios cambiare.*

Confirmamus, quod patronus aliquem marinarium, quem in sua nave habuerit, in viatico vel viaticis non debeat cambiare, nisi de voluntate maioris partis mercatorum. Ipsius vero navis patronus, qui contra hoc fecerit, nostro comuni in duplum marinarieiam marinarii emendare teneatur. Ordinamus, quod omnes marinarii teneantur hoc manifestare scribano navis, aut Baiulo, vel Rectoribus, qui erunt in ipsis terris et locis pro comuni Veneciarum, in quibus naves portum fecerint. Si patronus minime observabit ante dicta, nostri Baiuli vel Rectores pro comuni Veneciarum a patrono illius navis dictam penam auferre debeant; si tollere non poterunt, nobis debeant suis literis intimare; marinarii autem infra dies XV, postquam Venecias intrabunt, similiter debeant Consulibus manifestare; et tunc dicti Consules a patrono navis infra dies XV debeant dictam penam excutere; et si predictam penam excutere non poterunt, nos cum nostro conscilio infra dies XV, postquam nobis datum fuerit in notitia, ipsam penam accipere, vel accipi facere teneamur.

Et hoc intelligimus de nave et ligno alio de milliariis CC et inde supra.

---

[1]) *et* videbatur addendum.

XLVII. *De nave naulizanda.*

Affirmamus, quod nullus, nisi qui navem juraverit, navem aliquam debeat naulizare, donec ipsa navis non fuerit naulizata usque ad tercium sui extimacione. Quicunque vero contra hoc fecerit, et navem naulizaverit, penam soldorum V per quodlibet milliare incurrat de tanto, quanto navis fuerit extimata; quam penam nostri Consules in Veneciis tollere debeant infra dies XV, postquam eis dictum fuerit: et si aceipere non poterunt, nos cum nostro conseilio infra dies XV, postquam nobis fuerit dictum, ipsam tollere vel tolli facere faciemus; que pena in nostro comuni veniat. Ipse, cum navem juraverit, astringi debeat sacramento; cum navem voluerit [1]) naulizare, inquirat vel inquiri faciat sine fraude dilligenter, si correda illius navis, videlicet arbores, antene, timones, timonarie fuerint magagnate, ipsis corredis dilligenter cercatis. Cum ad partes aliquas navis fuerit naulizata, si magagna aliqua in ipsis corredis inventa fuerit, vel sciverit, aut credetur, statim ipsam magagnam manifestabo [2]), quam scivero vel credidero, et dicam primis naulizatis, tam si pro ipsis requisitus fuero, quam non; et si per eos interrogatus fuero, si alicui navem promiserit, ipsis dicam, cui comisit. Similiter patronus, qui navem jurabit, teneatur sacramento habere predicta coreda et varnimenta sue navis, et eciam marinarios, quos secundum formam statuti habere tenetur: que sacramenta nostri Consules ab eo recipere tenentur.

Hoc intelligimus in nave et quolibet alio ligno de milliariis CC et inde supra.

XLVIII. *Quod non vendantur neque alienentur sarcia vel correda navis.*

Precipimus, quod patronus astringi debeat sacramento, quod non vendat, neque vendi faciat, neque alienabit, neque alienari faciet modo aliquo vel ingenio illa sarcia vel correda, vel aliquid ex eis, que in viatico, vel in viaticis pro sua nave habuerit, nisi causa meliorandi pro utilitate ipsius navis illa sarcia vel correda, vel ad subveniendum in necessitate aliquam navem, cui necessaria fuerint ipsa sarcia vel correda; de quibus licitum sit patrono, cum voluntate et consensu maioris partis naulizatorum et marinariorum ipsius navis vendere ex

[1]) *noluerit* ms.; *vol.* Canc.

[2]) *Variatio personae, quae hic usque ad finem periodi occurrit, sensum legis non intervertit.* Canc.

suis coredis vel sarciis illi navi: ita tamen, quod illa correda vel sarcia, que vendiderit ipse patronus, quam cicius poterit, per sacramentum recuperare teneatur. Patronus autem, qui contra hoc fecerit, in duplum valimentum corredi, quod vendiderit, debeat emendare nostro comuni.

Et hoc intelligimus in nave et alio ligno de milliariis CC et inde supra.

XLIX. *De aliquo non ponendo super crucem.*

Item patroni astringantur sacramento, quod non ponent, neque poni facient, neque etiam poni permittent aliquid super crucem, quod possit facere aliquod impedimentum ad rectam mensuracionem faciendam illius navis, sub pena dupli de omni eo, quod posuerint. Et si illius patroni, vel illorum patronorum navis non fuerit, sed illi fuerit comissa, et ipse, aut ipsi predictam penam solvere non poterit, patronus vel patroni, cujus aut quorum navis fuerit, nostro comuni penam predictam debeat vel debeant emendare.

Hoc intelligimus in nave et alio ligno de milliariis CC et inde supra.

L. *De tollendo sacramento a marinariis navium.*

Imponimus, cum patroni alicuius navis, vel alterius ligni de milliariis CC et inde supra pro sua nave aut ligno acceperint marinarios, et cum aliquo illorum fuerint concordes, talle accipiat ab ipso sacramentum.

Hec est forma sacramenti, quod facere debeant marinarii.

LI. *Capitulum sacramenti, quod faciunt marinarii.*

„Juro bona fide, sine fraude, quod navem et correda et avere, quod erit in nave, cujus sum marinarius, custodiam et salvabo; et in viazo isto non furabor, nec furari faciam ultra soldos quinque denariorum Venetorum parvorum in ipsa navi. Si vero per totum istum viazum aliquem scivero, qui defraudabit ultra soldos quinque denariorum Venetorum parvorum in ipsa nave, ipsum, quam cito potero, patrono vel patronis istius navis aut nauclerio vel minus quinque de naulizatoribus, si tanti erunt in ipsa nave, et si quinque non erunt, illis, qui erunt, manifestare non tardabo. Et si aliquam magagnam scivero in arboribus ipsius navis, vel timonariis, timonibus, ipsam magagnam nauclerio et penasio et quinque naulizatis, si tanti fuerint naulizati in

ipsa navi, et si tanti non fuerint, illis, qui erunt, quam cicius potero, dicam et manifestabo. Similiter et, si de saorna projectum fuerit extra navem, postquam fuerit saornata, avocatori [1]) comunis, si in Venecias intravero, manifestabo; et si ad partes aliquas ibo, in quibus fuerit Rector pro domino Duce et comuni Veneciarum, quam cicius potero, dicam Rectori ibidem moranti, nisi esset factum de comuni utilitate et voluntate maioris partis illorum, qui saornaverunt ipsam navem, aut pro cambio quatuor rerum, que inferius continentur, scilicet ferri, stagni, plumbi et rami non lahorati: dicendo mercatoribus, avocatoribus comunis vel Rectori supradicto, quanta fuerit illa saorna, bona fide, que extra navem projecta fuerit. Et manifestabo patrono, vel patronis, scribano navis, nec non Bajulo vel Rectori, qui pro domino Duce et comuni Veneciarum in loco extiterit, in quo navis portum fecerit, et in Veneciis avocatoribus comunis in reditu meo, omnes facientes contra tenorem statuti de nave, postquam ipsa in eundo modulum transierit sancti Nicolai, vel antequam navis sit infra modulum predictum in redenndo, qui tenentur stare in ipsa nave secundum formam statuti. Et habebo arma in isto viazo, sicut in statuto comunis Veneciarum continetur. Et si in illa navi ellectus fuero timonarius, non recusabo, nisi justum habuero impedimentum, a marinariis illud precium habendo, quod quicunque sentenciabunt, vel maior pars illorum, qui navem habent regere. Et si navis illa frangeretur, quod Deus avertat, ad recuperandum navem, res et merces et coreda ipsius stabo per quindecim dies, nisi remanserit per mercatores vel majorem partem eorum. De rebus, quas recuperabo, per centenarium tres habebo, et non plus."

Hoc intelligimus in nave et omni ligno de CC milliariis et inde supra.

LII. *De scribanis habendis.*

Mandamus, quod quelibet navis aut lignum de milliariis CC et inde supra duos scribanos habere debeat, qui scribere debeant, omnes *merces* et numerum et pondera, que in nave caricabuntur, signo signantes; qui constitui debent, si accepti fuerint in Veneciis, per nostros Consules vel maiorem partem eorum. Si autem accepti fuerint in locis, quibus per nos existit *[Rector]* [2]), constitui debeant de voluntate

[1]) *avocatore* Canc.

[2]) *Rector* supplevit Canc.

majoris partis *[patronorum navis et mercatorum]* [1]) et ipsius Rectoris ibidem existentis. Et si fuerint accepti in loco, in quo pro nobis et comuni Veneciarum non fuerit Rector, constitui debeant de voluntate maioris partis patronorum navis et mercatorum, patronus tanquam unus ipsorum in ipsis computatus. Qui cum *non* fuerint examinati, accepti examinentur, si ad istud officium fuerint sufficientes et legales. Patronus autem vel patroni, qui aliter scribanum vel scribanos accipient vel accipiet, nostro comuni pro omni scribano emendare debeat vel debeant libras centum pro omni scribano; quam penam nostri Consules in Vencciis infra dies XV, postquam eis dictum fuerit, excutere teneantur. Similiter et Rectores dictam penam teneantur excutere in omnibus locis, quibus fuerint, infra dies XV, postquam eis dictum fuerit, et accipere. Et si predicti nostri Bajuli et Consules ac Rectores ipsam penam non poterunt accipere, nos cum nostro conscilio infra dies XV, postquam nobis dictum fuerit per nostros Consules, Bajulos et Rectores, illam penam tolli facicmus predictam; de qua pena, qui acusabit, libras X denariorum debeat habere. Qui scribani in hunc modum jurare debeant et facere sacramentum.

LIII. *Sacramentum scribanorum.*

„Juro ad sancta Dei evangelia, quod scribam numerum et pondera et omnes merces, que caricabuntur in nave, cujus sum scribanus, legaliter et bona fide; et omni ebdomada [2]), usquedum navis non fuerit caricata, concors ero cum socio meo scribano de omni, quod in quaterno meo scriptum habebo, et quod socius meus in suo quaterno scriptum habuerit, et quod ponderatum et caricatum erit in ipsa nave, aut positum sine pondere, quod propter defectum statere non posset ponderari, vel quia totum conveniens non fuerit ponderandi; et in quaterno meo scribam omnia, que socius meus scripta habebit in quaterno suo, que michi ad scribendum dabit; et que ipso presente ponderata fuerint et caricata, scribam; et nullam [3]) mercem scribam in quaterno meo, vel dabo socio meo ad scribendum, nisi illa, que, ut dictum est, fuerit pesata, vel de concordia patroni et mercatoris in nave fuerit posita, que non potuit pesari pro eo, quod statera haberi non potuit, vel que non fuit conveniens ad pesandum, sicut sal,

[1]) *patr. — merc.* supplevit Canc.
[2]) *edomada* Canc.
[3]) *nulla* Canc.

mandule, valania, granum, nuces, nucele et res consimiles, pars quarum ponderari debeat. Et cum merces caricabuntur et pesabuntur, aut ponentur in nave de concordia patroni et mercatoris, me presente vel socio meo, scribam in quaterno meo nomen illius, cujus merces fuerint, et signabo signum illius, quod erit in colo suo [1]), aut fasso, vel bala. Et dabo et presentabo omni mercatori et marinario, si voluerint recipere, scriptum omnium suorum colorum, fassorum et ballarum et omnium aliarum suarum rerum, sicut scriptum habeo in quaterno meo; et dari faciam socio meo infra octo dies, postquam navis vellum fecerit. Et si ero ad partes aliquas, in quibus non fuerit Rector pro domino Duce et comuni Venecciarum, ipsam navem, cum caricata fuerit, mensurabo simul cum scribano, socio meo, et duobus mercatoribus illis, qui deputati fuerint ad ipsam caricandam et saornandam. Et si navis ipsa ultra statutum erit caricata, totum illud, quod plus caricatum fuerit de statuto, quanta miliaria fuerint vel cantaria, cum eis legaliter extimabo; et scribam in quaterno meo ipsam quantitatem, que ultra statutum plus fuerit caricata. Et infra octo dies, postquam in Venecias intravero, domino Duci et ejus consilio in scriptis presentabo. Et si ad aliquem locum navis portum fecerit, *[ubi est]* [2]) Rector pro domino Duce et comuni Veneciarum, dabo in scriptis ipsam quantitatem ipsi Rectori, qui ibidem steterit et fuit [3]). Dum scapulus fuero, si requisitus fuero de aliquibus rebus, que ad meum officium pertinebunt, secundum bonam meam conscientiam veritatem non tacebo. Item pesabo omnia, que a patrono et mercatoribus fuerint presentata, ipsis presentibus vel ipsorum nunciis pro utraque parte, legaliter et bona fide."

Hoc intelligimus in nave et omni ligno cooperto de milliariis CC et inde supra.

LIV. *Quod merces iterum debeant pesari.*

Precipimus, quod merces omnes debeant iterum pesari, que in alia nave caricabuntur, presente uno de scribanis; et omnes merces in nave posite camarate computentur in milliariis vel cantariis [4]). Si esset per defectum statere, quod tantum statera simul non levaret

---

[1]) *loco* ms.; *colo* Cane., qui addit: *vox negociatoribus usitata.*

[2]) *ubi est* supplevit Cane.

[3]) Post *fuit* comma ponit Cane. Ceterum lege: *fuerit.*

[4]) Post *cant.* comma ponit Cane.

merees, aliquod non poterit ponderari, merces ille ponantur in nave, sicut patroni se cum naulizatis coneordabunt; et si alique merces fuerint, que omnes non essent apte ad portandum [1]), sicut sal, mandule, valania, granum, nuees et nucelle et res consimiles, pars quarum debeat ponderari, reliqua vero computetur et ponetur in nave secundum raeionem partis ponderate. Patronus, qui contra hoc fecerit, duplum quantitatis nauli posite in sua nave sine pondere, vel aliter, quod dietum est, nostro comuni debeat emendare, nos tenentes semper ad earum nabulum, quod in ipsa nave fuerit naulizatum.

Hoc intelligimus in nave et omni alio ligno de milliariis CC et inde supra.

LV. *Quando Consules mensurare tenentur naves.*

Affirmamus, quod nostri Consules vel major pars ipsorum in Veneciis teneantur et ire debeant extra portum Rivoalti ad mensurandum naves secundum tenorem nostri statuti, postquam fuerint carieate causa suum viacium faciendi; et si ultra statutum navem aliquam invenient caricatam, illud plus, quot milliaria fuerint, extimabunt; et omni milliari de toto illo, quod ultra statutum plus caricatum fuerit, duplum nabulum a patronis ipsius navis exigere debeant et accipere. Et si penam illam auferre non poterunt, nobis nostroque conscilio debeant declarare; et nos cum nostro conseilio infra XV dies, postquam nobis dictum fuerit, penam dietam auferre vel aceipi faccre teneamur, nos tenentes ad carius naulum, quod in ipsa fuerit naulizatum.

Hoc intelligimus in nave et ligno alio cooperto de CC milliariis et inde supra.

LVI. *Quod Potestates, Duces, Bajuli, Castellani, Consules debeant naves mensurare.*

Deeernimus, quod Potestates, Duees, Bajuli, Consules et Rectores, vel ipsorum conseiliarii, qui et pro uobis et comuni Veneciarum fuerint in terris, quibus naves Veneciarum fuerint, debeant ire ad mensurandum naves, postquam fuerint caricate causa suum viacium faciendi; et si plus navem iuvenient caricatam de statuto, illud plus extimabunt, quot miliaria vel cantaria fuerint, et totum superfluum in duplum nauli accipere debeant a patrono navis, semper se tenentes

---

([1]) *ponderandum* mavult Canc. Recte.

ad carius naulum, quod in ipsa nave fuerit naulizatum; quam penam nobis pro comuni Veneciarum mittere bona fide, quam cicius poterunt, teneantur. Si tollere non poterunt penam illam, nobis suis litteris intimabunt: et nos infra XV dies, postquam sciverimus, dictam penam a patronis, quorum naves erunt, vel ab illis, quibus comisse fuerint, accipere vel tolli facere teneamur: videlicet a navibus, que caricabunt in Romaniam, soldos XXXII iperperorum pro omni iperpero; et a patronis navis, que caricabit ultra mare, pro omni bizancio soldos XXVIII; et a patronis navium, que caricabunt Carbo vel in Barbaria, soldos XVIII pro omni bisancio; et a patronis navium, que caricabunt in Ciliciam [leg. *Siciliam*] et in Calabriam et in Apuliam, pro omni uncia auri libras VIIII. Si vero predicti Rectores vel consciliarii eorum ire non poterunt ad mensurandas naves, sicut superius continetur, duobus legalibus hominibus vel [1]) comittant, ab eis sacramentum accipientes, quod naves ipsas bona fide legaliter mensurabunt; et si ultra statutum navem aliquam invenerint caricatam, superfluum caricatum, quot [2]) miliaria vel cantaria fuerint, extimabunt, dantes eis in scriptis totum illud superfluum. Tunc autem Rectores nostri penam ipsam a patronis accipere debeant, vel nobis significare, ut est superius denotatum. Et si isti duo predicti ire recusabunt ad naves mensurandas, tunc Rectores nostri possint ipsis penam vel penas imponere et auferre; et si tollere non poterunt, nobis debeant suis literis intimare; et nos cum nostro conscilio infra XV dies, postquam nobis notificaverint [3]), penam illam vel penas tollere vel tolli facere teneamur. Si autem aliqua navis ad talem partem venerit, in qua Rector pro nobis et comuni Veneciarum non fuerit, duo mercatores, *[qui]* [4]) ad navem saornandam fuerant deputati, et duo scribani ejusdem navis navem ipsam debeant mensurare. Si vero navem ipsam ultra statutum invenerint caricatam, quot miliaria vel cantaria fuerint, illud superfluum, quod fuerit caricatum, extimabunt, et illud ponentes in scriptis, in suo reditu in Veneccias nobis infra octo dies, postquam Veneccias intraverint, presentabunt. Et si in viatico illo Venecias non venerint, nobis suis litteris, quam cicius poterunt, denotabunt, et eciam Recto-

---

[1]) *vel* superfluit. Canc. Aliis post *vel* aliquid excidisse videatur.
[2]) *quod* Canc. hic et alibi.
[3]) *notificaverit* Canc.
[4]) *qui* supplevit Canc.

ribus ipsarum terrarum, et nobis. Et eis carius naulum, quod in ipsa fuerit naulizatum [1]), ipsi Rectores secundum ipsum naulum teneantur et debeant duplicem penam a patronis, qui plus caricabunt, excutere et accipere; et si excutere non poterunt, nobis tencantur suis litteris denotare; et nos cum nostro conscilio dictam penam infra XV dies, postquam notificaverint, accipere vel accipi facere teneamur.

Hoc intelligimus de nave et ligno alio cooperto de milliariis CC et inde supra.

LVII. *Si naves mensurari non poterunt.*

Precipimus, ut omnes predicti, qui naves mensurare tenentur, ordine [2]) premisso eas iverint mensurare, impediente mare vel alia justa causa non poterunt mensurare, ipsam debeant bona fide legaliter extimare; et si plus ipsam invenerint caricatam, secundum modum ipsum superfluum extimabunt, et ordine superius comprehenso.

Hoc intelligimus in nave et ligno de milliariis CC et inde supra.

LVIII. *Si navis fuerit mensurata, quod nichil in nave potest poni.*

Inponimus, quod, postquam aliqua navis, ut supradictum est, fuerit extimata vel mensurata, si aliquid in ipsa positum fuerit, patronus navis illius duplum recepti [3]) nabuli pro quantitate posita post mensurationem nostro comuni emendare debeat, nos ad carius naulum semper tenentes, quod in ipsa fuerit naulizatum.

Hoc intelligimus in nave et omni ligno de CC miliariis et inde supra.

LIX. *Quod inter duas covertas nichil habeat caricatum, nisi tantum imbolium, et victualia non debeat habere.*

Mandamus, quod nulla navis inter duas coopertas caricatum habeat, nisi tantum imbolium, exceptis victualibus, que ponuntur in glavam pro illis hominibus, qui sunt in nave. Super coverta de supra nulla merces mittatur, nisi zambeloti et opera de seta; que omnia supradicta super coverta de supra cum voluntate mercatoris et patroni fuerint posita, in patronorum custodia non debeant permanere.

Hoc intelligimus de omni nave et ligno de CC miliariis et inde supra.

---

[1]) Sic apud Canc., haud dubie corrupte. Lege tale aliquid: *Et nobis et eis tenendum est ad carius naulum . . . naulizatum. Ipsi R.* etc.

[2]) Deficit *si* vel simile quid ante v. *ordine.*

[3]) *repti* Canc.

LX. *De victualibus ponendis inter duas covertas.*

Volumus, quod, si navis aliqua de victualibus caricabitur in aliis partibus hujus mondi [1]), licitum sit patrono illius navis, duas covertas ponere de victualibus, glava non impediente, per nostra statuta ordinata.

Hoc intelligimus in nave et ligno alio de miliariis CC et inde supra.

LXI. *De mercibus in nave recipiendis.*

Injungimus, quod, quando mercatores et marinarii juxta navem et scalam voluerint conducere suas merces, et ipsas patronis ad caricandum dare, antequam fiat hoc, ut convenienter possit recipi de noticia patroni, tunc patronus vel alius pro ipso permanendo eas recipere teneantur, et in navem eciam caricare suis expensis. Similiter suis expensis teneantur patroni suas naves discaricare, et dare mercatoribus et mercatoribus integre suas merces, et in nave vel plato ponere, ubi navis discaricabitur. Patronus autem, qui contra hoc fecerit, in duplum emendare teneatur mercatori vel marinario de omnibus, que expendiderit pro suis mercibus tam caricando, quam discaricando. Et si patronus illud duplum emendare mercatori vel marinario recusabit, nos cum nostro conscilio, postquam nobis in noticia datum fuerit, infra XV dies illud duplum tollere vel tolli facere, et dare mercatori vel marinariis teneamur.

Hoc intelligimus de nave et omni alio ligno de CC miliariis et inde supra.

LXII. *Quod patroni habeant in custodia merces mercatorum vel marinariorum per scriptum.*

Dicimus, quod, postquam merces in nave fuerint posite secundum tenorem et ordinem statuti, vel buzonave et alio ligno de CC miliariis et inde supra, in patronorum custodia debeant permanere; et sicut in patroni custodia per scriptum merces receperit, ita eas per scriptum mercatori cum integritate restituere teneatur, excepto per forcium, per ignem, per fortunam temporis, aut quod extra projecte fuissent.

---

[1]) *modi* ms.; *mondi* recte Canc.

LXIII. *Quando mercatores debent accipere merces suas.*

Volumus, quod, postquam navis vel aliud lignum de CC miliariis et inde supra in aliquo loco portum fecerit, in quo debeat discaricare, patronus, cum properaverit [1]) merces mercatoris ad portum ad discaricandum, notificet mercatori, ut suas merces recipiat; et tunc ipso die, vel alio, suas merces recipere teneatur. Omnis mercator, qui hoc non fecerit, libras III omni die, quod plus steterit suas merces recipere, patrono illius navis solvere teneatur, salvo per impedimentum mali temporis; et de mercibus vastatis, quod in Veneciis nostri Consules, vel extra Venecias nostri Rectores debeant diffinire.

LXIV. *De vastatione mercimoniarum.*

Volumus, cum merces mercatoris, postquam in nave vastabuntur, si de restauratione dampni mercator concors esse non poterit cum patrono, tunc nostri Consules et Rectores illius loci, in quo navis fuerit, illud dampnum, antequam merces extrahantur de nave, videre debeant, et stimare dampnum, quod sit. Si vero dampnum in nave stimare non poterunt, merces discaricari faciant, ut illud dampnum stimare valeant. Facta existimatione (leg. *stimatione*), tunc dicti Consules vel Rectores de illo dampno possint et debeant facere satisfieri mercatori, secundum quod ipsis de jure videbitur convenire. Salvo, si patronus posset probare, quod illud dampnum fuisset occasione ignem extinguendi vel fortunam temporis habuisset, propter quam patronus penam aliquam non incurrat; que probatio fieri et cognosci debeat et determinari per Consules vel Rectores predictos. Si vero merces aliter vastarentur, et videbitur supradictis, quod occasione patronorum evenisset, illi, cujus merces fuerant, faciant satisfieri secundum stimationem dampni. Et si dampnum aliquod in oleo, vino, melle et zucaro vel aliud liquidum eveniret, si videbitur supradictis, quod occaxione patronorum evenerit, ipsi secundum stimationem dampni facient satisfieri. Et si aliter extraherent suas merces, nulla restauratio fiat eis. Si Rectores illius loci, in quo navis fuerit, non poterit [2]) satisfacere facere mercatori, nobis debeant suis litteris. quam eicius poterunt, intimare; similiter in Veneciis nostri Consules infra XV dies nobis debeant declarare; et nos cum nostro conscilio

---

[1]) *preparaverit* Canc., recte, ut videtur.

[2]) *non poterunt satisfieri facere* Canc. Recte; saepius in his peccatum fuit.

infra dies XV, postquam nobis a Consulibus vel Rectoribus nostris fuerit declaratum, mercatori secundum dampni stimationem satisfieri facere teneamur in duplum.

Hoc intelligimus in nave et omni ligno de milliariis CC et inde supra.

LXV. *De mercibus, que trahantur per pilum, quantum patroni solvere teneantur.*

Injungimus, quod de omni saco bambacii de ultra mare, qui de nave discaricabitur, fuerit [1]) extractum per pilum, patronus ipsius navis libras VII pro omni saco extracto per pilum, cujus sacus fuerit, debeat emendare: de omni saco de Romania vel Calabria libras IIII, et de omni saco de lana de Toniso vel Barbaria libras VI; de omni saco de lana rota libras IIII, et de omni saco et stora aliarum lanarum soldos XL. Et si patroni recusarent solvere, nos cum nostro conscilio infra XV dies, postquam nobis dictum fuerit, solvi facere teneamur, dantes illi, cujus sacus vel storia fuerit.

Hoc intelligimus in nave et omni ligno de CC milliariis et inde supra.

LXVI. *De cassellis in nave portandis.*

Mandamus, quod quilibet mercator vel marinarius aut miles aut presbiter ipsius navis tantum unam casselam habeat in ipsa nave ad mittendum in ipsa, quidquid voluerit: et nullus servitor in ipsa nave casselam habeat.

LXVII. *De mataraciis in nave portandis.*

Dicimus, quod omnes naulizati et marinarii potestatem habeant ponendi et portandi in nave unum mataracium de septem rotulis, et non plus; et si plus fuerit, de toto mataracio naulum solvat patrono: hoc et locum habeat, ut dictum est, si lectum non habuerit. Si lectum habuerit, et in nave posuerit mataracium, de ipsa solvat naulum patrono.

LXVIII. *De portandis lignis in nave.*

Jubemus, quod nullus mercator vel marinarius ligna portet in nave, nisi quanta ei fuerit suficiencia usque ad locum, ad quem est

---

[1]) *si fuerit?* Mox *extractus?*

iturus; et totum lignum, quod fuerit superfluum, patroni debeant habere.

Hoc intelligimus in nave et omni ligno de CC miliariis et inde supra.

LXIX. *De vino in nave portando.*

Confirmamus, ut ituri ultra mare per totam Barbariam unum biguncium de vino, et unum de aqua, et non plus, omnis eorum habere possit in nave, tam eundo, quam redeundo; ad omnes alias partes hujus mondi duas partes de biguncio de vino, et duas partes de biguncio de aqua in nave portare debeat, et non plus. Quicunque plus portaverit, illud plus in suis miliariis vel cantariis debeat computari.

Hoc intelligimus in nave et omni ligno de miliariis CC et inde supra.

LXX. *De farina et biscoto in nave portando.*

Statuimus, quod illi, qui debent ire ultra mare et ad omnes alias partes hujus mondi extra Culfum, quilibet de vobis portare possit duo staria et unam quartam inter farinam et biscotum, tam eundo, quam redeundo, eciam et in omni viatico extra Culfum. Quicunque plus posuerit, totum illud plus in suis miliariis vel cantariis debeat computari.

LXXI. [Deest titulus.]

Volumus, quod, si aliquis plus in nave posuerit, quod ponere non debeat, de illo plus in nave posito duplum nauli carioris patrono navis solvere teneatur.

Hoc intelligimus in nave et omni ligno de CC milliariis et inde supra.

LXXII. *Quantum navis et ligna caricari debeant super crucem.*

Affirmamus, quod navis vel aliud lignum de milliariis CC et inde supra, super crucem, que plus est sub aqua, debeat caricari tantum duobus pedibus et quarta, et hoc a primo die, quo velum fecerit usque ad quinque annos; et a quinque annis usque ad septem tantum possit duobus pedibus caricari; et a septem annis supra uno pede et medio possit caricari. Patronus, qui contra hoc fecerit, nauli duplum de omni eo, quod plus caricaverit, nostro comuni emendare teneatur de omni caro naulo, quod in ipsa nave vel ligno fuerit naulizatum.

LXXIII. *De nave et lignis, que caricabuntur de peregrinis.*

Mandamus, quod navis aliqua in Veneciis vel extra Venecias, que tota peregrinis fuerit naulizata, licitum sit patrono ipsam caricare, sicut cum peregrinis in concordia fuerit. Si plus caricaverit, nostro comuni in duplum debeat emendare.

Hoc intelligimus in nave et alio ligno de CC miliariis et inde supra.

LXXIV. *De lignis et nave, que caricabuntur de victualibus.*

Dicimus, quod navis vel aliud lignum de CC miliariis et inde supra, que caricabitur de victualibus vel de sale, per Culfum nostrum euntes aut venientes, ut cum naulizatis concordabunt, caricari debeant. Si autem plus caricaverit, illud, quod receperit, in duplum nostro comuni debeat emendare.

LXXV. *De nave et ligno, quod caricabitur extra Culfum Veneciarum.*

Inponimus, quod navis vel aliud lignum de CC milliariis et inde supra, quod infra nostrum Culfum navigaverit, et de mercibus caricaverit, tantum duobus et medio pedibus super crucem, que magis est sub aqua, debeat caricari; et hoc primo, postquam velum fecerit, usque ad septem annos. Si plus caricabit, duplum nauli de ipsa quantitate nostro comuni debeat emendare, ita, quod tenere debeamus ad carius naulum, quod in ipsa nave fuerit naulizatum. Navis, que a septem annis supra fuerit, *et* navigaverit per ipsum Culfum, tantum duobus pedibus super dictam crucem sub pena predicta debeat caricari.

LXXVI. *Idem.*

Confirmamus, quod navis vel alia ligna de CC miliariis et inde supra, que in Culfo occaxione eundi extra Culfum de victualibus caricabunt, tantum duobus pedibus et medio super crucem, que plus est sub aqua, possint caricari; et hoc, postquam velum fecerit usque ad septem annos; a septem annis supradictis in antea, duobus pedibus tantum. Patronus, qui contra hoc fecerit, naulum duplum de omni eo, quod plus caricaverit, nostro comuni debeat emendare, ita, ut nos semper teneamus ad carius naulum, quod in ipso fuerit naulizatum.

LXXVII. *De valania caricanda.*

Volumus, quod navis vel aliud lignum de CC miliariis et inde supra, quod vel que caricabitur de valania, in quo vel in qua non

fuerint mercatores, tantum duobus pedibus et dimidio debeant caricari. Valania tantum poni debeat, ubi sibi melius placuerit, excepto super cooperta superiori et glava, que debet dimitti per naves, que veniunt de Romania.

LXXVIII. *De adjuctorio in navi dando in necessitate.*

Dicimus, quod, postquam navis de portu exiverit, et contigerit, ut cum alia nave, cui fuerit aqua molata, vel fuerit periculata, si viserit [1]), ipsam invenerit in aliquo portu, liceat patrono ejusdem navis et illis, qui fuerint in ipsa nave, de rebus ipsius navis ad suam voluntatem recipere cum consensu et voluntate majoris partis mercatorum et marinariorum, ponendo eas, ubi melius vobis placuerit. Si autem propter hoc patronus plus caricaverit, penam aliquam non incurrat. Patronus, qui contra hunc ordinem fecerit, totum naulum, quod recipiet de rebus illis, nostro comuni debeat emendare.

Hoc intelligimus de nave et omni ligno de miliariis CC et inde supra.

LXXIX. *De naulo non recipiendo.*

Ordinamus, quod navis, que de aliquo portu exiverit de aliqua parte, et intraverit in aliquo loco, in quo naulum habere poterit, non debeat recipere aliquod naulum nisi cum majori parte de naulizatis et marinariis; de quo naulo navis quartam partem habeat; illius quod remanet, secundum usum dividatur. Et quicunque contra hoc fecerit, ipsum naulum in duplum debeat emendare comuni Veneciarum, salvis ordinamentis inter ipsos factis de ipso naulo; et nostra statuta salva, firma et stabilita per omnia esse debeant.

LXXX. *De glava in nave dimittenda.*

Injungimus, quod naves, que a Veneciis caricabuntur occaxione eundi extra Culfum, glavam dimittere debeant a secundis stantis arboris de medio usque ad stantos, qui sunt ultra portam.

Hoc intelligimus in nave et omni ligno de CC miliariis et inde supra.

LXXXI. *De mercibus habendis inter duas covertas.*

Statuimus, quod naves, que caricabuntur in Alexandria usque Sathaliam, inter duas covertas merces habeant ab arbore de medio

---

[1]) Canciani: forte addendum *aut*, et legendum *aut ipsam invenerit* etc.

usque ad arborem de proda; set una camarela esse debeat ab arbore de medio usque ad portam inter stantes pro utilitate sarciorum ipsarum navium.

Hoc intelligimus in nave et omni ligno de CC miliariis et inde supra.

LXXXII. *De glava inter stantes quatuor dimittenda.*

Ordinamus, quod naves, que caricabuntur a montibus de Barchis in antea usque ad Septam vel Ciciliam, dimittere glavam debeant, in quantum tenent quatuor stanti ipse porte de proda de latere in latere.

Hoc intelligimus in omni ligno de CC miliariis et inde supra.

LXXXIII. *De glava.*

Injungimus, quod naves, que veniunt de Romania, extra Culfum glavam dimittere debeant ab arbore de medio usque ad stantes, qui sunt ultra portam.

Hoc intelligimus de ligno et nave, que sunt de milliariis CC et inde supra.

LXXXIV. *De marinariis retinendis, qui navem reliquerint.*

Volumus, quod, si aliquis marinarius contra pactum convencionis voluerit relinquere navem, licitum sit patrono ipsum marinarium retinere, donec pactum convencionis adimpleat. Marinarius, qui navem reliquerit per forcium vel fortive contra pactum convencionis, totum illud, quod receptum habet per marinariciam, in duplum patrono reddere teneatur; et insuper tantum plus, quantum super hoc statuere aut diffinire voluerint judices ordinati.

Hoc intelligimus in nave et omni ligno de milliariis CC et inde supra.

LXXXV. *De pagamento non facto marinariis ad terminum.*

Ordinamus, quod, si patroni marinariorum ad statutum terminum non fecerint pacamentum, ex tunc in antea teneantur patroni ipsum pacamentum in duplum marinariis restaurare. Similiter, si naulizati patronis ad statutum terminum non pacaverint, naulum in duplum ex tunc in antea patronis mercatores solvere teneantur, et insuper pro pena soldos II pro libra. Ubi non erit terminus constitutus, volumus sub pena predicta, quod secundum convenciones, que facte sunt, observetur.

LXXXVI. *De juncta marinariorum et patronorum.*

Statuimus, quod navis naulizata ad partes Romanie eundum, vel ultra mare, vel ad alias partes hujus mondi, que cum marinariis ex pacto ybernare tenetur ibidem et Venecias reverti, et aliquid jungi debuerit navi et marinariis pro ybernare; et advenerit ipsa navis eundo in viatico ad partes alias, de comuni voluntate debeat ybernare; statuimus, quod in ipso loco, in quo ybernaverit, totum illud marinariis jungatur et patronis, quod est ex pacto stabilitum ybernare[1]) fuerat ordinatum; nichilominus statuentes, ut patroni et marinarii, quod statutum (quod) fuerat primo, teneantur per omnia naulizantibus observare.

Hoc intelligimus in nave et omni ligno de CC milliariis et inde supra.

LXXXVII. *Aliud capitulum.*

Volumus, quod navis naulizata ad partes Romanie, vel ultra mare, aut ad alias partes hujus mondi, ita, ut in illo loco scapula esse debeat; et advenerit, quod ipsa navis ad alias partes eundo et redeundo in viatico de voluntate omnium mercatorum et marinariorum, aut de voluntate majoris partis ipsorum debeat ybernare; statuimus, quod in illo loco, in quo navis taliter ybernabit, quartam par*tem* ipsius precii omnes debeant naulizati jungere patronis, et quartam partem marinaricie patroni marinariis jungere teneantur. Patroni et marinarii naulizatis, quod ordinatum primo fuerat, debeant observare.

Hoc intelligimus in nave et omni ligno coverto de milliariis CC et inde supra.

LXXXVIII. *De quinque hominibus constituendis super factis navium.*

Dicimus, quod patronus vel patroni omnis navis vel alius ligni extimate vel extimati milliariis CC et inde supra, mercatoribus naulizate vel naulizati, que vel quod iverat[2]) Ragusium, vel inde in antea, seu Sipamtum, vel inde in antea, tam eundo, quam redeundo, ita procurare debeat cum mercatoribus ipsius navis et ligni, quod in ipsa nave et ligno sint quinque homines constituti, ex quibus unus sit,

---

[1]) *dum ybernare* Canc. Potius: *ubi yb.*

[2]) *iverit* conj. Canc.

patronus constitutus, et alius nauclerius, et alii tres sint mercatores. Illi mercatores, qui fuerint, accipi debeant per majorem partem mercatorum et ellegi; et si patronus vel patroni hoc non posuerint coram mercatoribus, et, ut dictum est, procuraverint, penam incurrant librarum C pro omni eorum patronorum; et mercatores, qui ad hanc ellectionem et hoc factum fuerint, et contradixerunt, penam librarum X pro omni mercatore incurat [1]) Qui quinque supra dicti, vel major pars ipsorum, potestatem habeant navigandi, armizandi, collandi, vellum ponendi, vellum mutandi et temonarios elligendi — qui timonarii a marinariis [2]) illud precium, quod videbitur istis quinque — et in omnibus aliis, que ad navis regimentum pertinebunt in navigando: salvis omnibus nostris capitulis, que continentur in hoc statuto; et salvo eo, quod capitaneo in suo regimine est concessum. Et si aliquis istorum quinque supradictorum in dicto officio esse recusabit, nostro comuni libras C solvere teneatur; salvo, si majori parti mercatorum videbitur, quod justam habeant occaxionem. Si patronus vel patroni taliter facere contradicerent, quod isti supra dicti vel major pars eorum non possent complere, sicut eis melius videretur, quod datum est eis vel majori parti ipsorum, penam librarum CCC incurrant, nostro comuni pagandam. Et mercatores, qui ad hoc contradicerent, penam librarum X pro omni, et marinarii soldorum XL pro quolibet ipsorum penam incurrant. Quam penam nostri Consules in Veneciis infra dies XV, postquam habuerint in noticia, accipere et exeutere teneantur: et si auferre non poterunt, nos cum nostro conscilio infra dies XV, postquam nobis dictum fuerit, ipsam penam faciemus tolli. Si fuerint in loco, in quo Rector fuerit pro nobis et comuni Venecciarum, Rector illius loci penam infra dies XV, postquam sciverit, auferre et exigere teneatur; et si penam auferre non poterit, nobis, quam cicius poterit, suis litteris debeat intimare; et nos cum nostro conscilio inter dies XV, postquam in noticiam habuerimus, ipsam auferre vel auferri facere teneamur.

Et istud idem dicimus de omnibus navibus Venetorum et burgensium, que fuerint Venetis naulizate in aliquibus partibus a predictis locis et confinibus in antea.

---

[1]) *incurrant* recte Canc.

[2]) *habebunt* recte addit Canc.

LXXXIX. *De dampnis.*

Ordinamus, quod, si alieui navi vel ligno evenerit, quod Deus avertat, de arboribus, antenis et timonibus dampnum, illud [1]) sit in varea.

Et hoc intelligimus in nave et omni ligno de milliariis CC et inde supra.

XC. *Quod coredi concientur de marsupio patronorum.*

Et si isti coredi supra dicti dampnum aliquod habuerint, qui convenienter valeant reparari, de avere patronorum reparacio illa fiat. Et si de reparacioue ista inter mercatores et patronos questio oriretur, scilicet, quod patroni dicerent: „ista reparacio non est necesse", et mercatores dicerent, „sie est necesse", questio ista remaneat in sentencia capitanei vel capitaneorum eum illis, a quibus super hoc consilium habere voluerit vel voluerint; salvo, quod in libertate[m] capitanei vel capitaneorum sentencia debeat remanere. Si autem in loco fuerint, in quo Rector pro nobis et comuni Veneciarum extiterit, in libertate Rectoris vel Rectorum illius loci remaneat predicta sentencia. Et si fuerint in loco, in quo capitaneus vel capitanei, Rector vel Rectores non fuerint, remaneat in majori parte sentencia illorum quinque, qui navem habuerint ad regendum. Similiter, si contingeret, quod propter fortunam temporis vel aliquod impedimentum capitaneus ire non posset ad videndam questionem predictam, remaneat sentencia in majori parte quinque supra dictorum.

Et hoc intelligimus in nave et omni ligno de CC milliariis et inde supra.

XCI. *Qualiter fieri debeant supra dicta coreda, si taliter vastarentur, quod reparari non possent, et questiones orirentur inter patronos et mercatores.*

Si vero contingerit, quod arbores sive anthene vel temones taliter vastarentur, quod reparari non possent, si de hoc questio oriretur inter patronos et mercatores, videlicet, quod patroni dicerent, „hoc bene potest reparari"; et mercatores dicerent: „quod reparari non posset", remaneat hoc in sentencia capitanei vel capitaneorum.

---

[1]) Canc.: recenti manu in codice (post *illud*) addita est particula *non*.

Si vero fuerint in loco, in quo Rectoria pro nobis vel comuni Veneciarum extiterit, in libertate Rectoris vel Rectorum illius loci remaneat sentencia supradicta. Et si fuerint in loco, in quo Rector vel capitaneus pro nobis non fuerit, in majori parte illorum quinque Rectorum navis senteneia illa remaneat. Senteneiam vero istam predicti quinque dicere teneantur. Verum namque, si sentencia per istos supra dictos fuerit data, reparationem istam minime fieri posse, tencantur et debeant patroni vel patronus unum alium coredum, videlicet arborem, antenam vel temonem emere, quod sit sufficiens illi navi; ita tamen, quod patroni teneantur tantum dare et solvere ante part*em*(?) in ipsa arbore, anthena vel timone, qui comparabitur, quantum constiterat ipsa arbor, anthena vel timon devastatus. Et si plus ipsa arbor, anthena vel timon constiterit, illud plus de comuni avere navis et de ipsa nave solvatur: volentes, quod, si plus constiterit arbor illa, anthena vel timon de eo, quod constiterat arbor, anthena vel timon sic emptus, (sc. solvatur) de comuni avere navis et de ipsa nave. Et si arbor illa, anthena vel timon plus non constiterit de eo, quod constiterat arbor, anthena vel timon vastatus, remaneat et esse debeat patronorum navis. Patroni vero, qui contra hoc fecerint, penam librarum D nostro comuni solvere teneantur. Et si in aliis coredis dampnum aliquod evenerit, restitutio ipsius dampni fiat de comuni avere ipsius navis, et eciam de ipsa nave secundum usum. Et si coredum istud, quod vastatum fuerit, deeenter poterit reparari, tanta fiat restitutio ipsius dampni, quanta fuerit ejus pejoracio.

Hoc intelligimus in nave et quolibet ligno de CC milliariis et inde supra.

XCII. *Qualiter fieri debeat, si dampnum evenerit in coredis navium vel aliorum lignorum occaxione cazandi, vel quod cazaretur ab aliis navibus.*

Asserimus, quod, si dampnum aliquod alicui navi in coredis ipsius navis evenerit occaxione cazandi aliquam navem vel aliud lignum, vel quod ipsa cazaretur, dampnum illud sit in avariam averis ipsius navis, et eciam de nave, secundum usum: salvo, si videbitur quinque Rectoribus navis vel maiori parti eorum, quod dampnum illud supra dicta occaxione venisset [1]).

[1]) *evenisset?*

Hoc intelligimus in nave et quolibet ligno cooperto de CC milliariis et inde supra.

XCIII. *Qualiter fieri debeat, si dampnum evenerit in coredis navium vel aliorum lignorum, que fuerint naulizate peregrinis.*

Affirmamus, quod, si alicui navi vel alio ligno de CC milliariis et inde supra, que vel quod tota naulizata vel naulizatum fuerit peregrinis, dampnum aliquod evenerit in arboribus, vel anthenis, seu vellis, vel temonibus, aut ancboris, sive bareha, vel alio coredo navis vel ligni, supersalientes et marinarii in ipsa nave vel ligno existentes restaurare de ipso dampno minime teneantur.

XCIV. *Qualiter fieri debeat, si dampnum evenerit in coredis navium vel aliorum lignorum, que naulizate fuerint mercatoribus, in quibus fuerint peregrini.*

Dicimus, quod, si in supradictis coredis dampnum aliquod evenerit alicui navi vel alicui ligno de CC milliariis et inde supra, mercatoribus ad milliaria vel cautharia naulizate vel naulizato, in qua vel in quo peregrini existent, fiat restitutio ipsius dampni, secundum quod evenerit pro racione tocius quantitatis nauli peregrinorum et mercatorum: statuentes, quod partem peregrinorum ipsius dampni patroni navium debeant restaurare; excepto, si dampnum illud esset in arboribus, vel anthenis atque temonibus, quia dampnum illud in auria [1]) esse non debet, ut superius continetur.

XCV. *De pignore dando judicibus pro discordiis et diferenciis.*

Mandamus de navibus, que completo viatico suo ad portum aplicuerint, et alique discordie et diferencie fuerint inter euntes in eisdem navibus, infra quintum diem, postquam aplicuerint, debeant dare peregrinis [2]) pignus judici vel judicibus super boc ordinato vel ordinatis ad ipsam difiniendam racionem; pignore vero dato absque condicione discaricari valeat ipsa navis. Nave discaricata infra XV dies racio ex ipsis diferenciis vel discordiis exigatur. Et si infra XV dies non pecietur ratio ex predictis, pignus reddatur illi, qui illud dedit, ita, ut ex tunc in antea nulla questio valeat inde moveri. Si vero in

---

[1]) *avaria, varea* Canc. Recte. Cfr. supra LXXXIX.

[2]) *peregrini* Canc. Recte.

dando pignus insuficiens aliqua diferencia inter querentem et quesitum oriretur, tunc secundum quod judex vel judices super hoc electus vel electi statuerit vel statuerint, utraque pars debeat observare: salvis questionibus, quas debent nostri Consules difinire.

Hoc intelligimus in nave et quolibet ligno cooperto de CC milliariis et inde supra.

XCVI. *Qualiter observari debeat, si aliquis rebellis fuerit in dicto pignore dando.*

Decernimus, quod, si aliquis rebellis fuerit tam in non dando pignus, quam in dando pignus insuficiens secundum arbitrium judicis vel judicum, ex tunc in antea liceat querenti racionem intromittere de bonis quesiti, que sunt in nave, ut ipsis diferenciis atque discordiis valeat esse securus. Si autem bona ejus non fuerint in nave ipsius, judices debeant tollere tantum ex bonis ejus, ubicunque fuerint, quantum eis bonum super hoc apparuerit; et per hoc non remaneat, quod navis discaricetur.

Hoc intelligimus in nave et quolibet ligno cooperto.

XCVII. *Quod judices possint penam et penas imponere et auferre patronis, si non discaricaverint ad terminum eis impositum.*

Volumus, quod, si patroni navium ad terminum eis in portum [1]), naves non discaricarent, tunc nostri judices possint eis penam et penas imponere et auferre, que pene in nostrum comune deveniant; et si eam vel eas auferre non possent, nos cum nostro conscilio infra XV dies, postquam noticiam habuerimus, eas vel eam auferre et auferri facere teneamur.

Hoc intelligimus in nave et quolibet ligno cooperto.

XCVIII. *Quod judices elligantur in Veneciis pro istis statutis servandis.*

Asserimus, ut pro nostris statutis servandis in Veneciis tres ydonei homines pro judicibus elligantur ad difiniendum omnes diferencias et discordias, que inter euntes in navibus oriuntur, salvis questionibus, quas nos Dux et nostri Consules debent difinire. Et eciam in quocunque loco, in quo Potestas, vel Duca, vel Bajulus per

[1]) *impositum* Canc. Recte.

nos et comune Veneciarum extiterit, diete diferencie atque discordie coram eis aut coram hiis, quibus comiserint, terminari debeant et difiniri secundum tenorem nostri statuti: statuentes, ut vocatus ad primum terminum super hiis diferenciis atque discordiis vocati [1]) responsurus accedat.

Hoc intelligimus in nave et quolibet ligno cooperto.

XCIX. *De pena auferenda pro carico posito inter duas coopertas.*

Mandamus, quod, si aliquod caricum positum fuerit inter duas coopertas, quidquid valuerit naulum ipsius carici, in duplum nostro comuni patronus debeat emendare, ita, quod teneamur ad carius naulum, exceptis navibus de victualibus caricatis, et exceptis victualibus, que ponuntur in glava pro illis hominibus, qui vadunt in navibus.

C. *De pena auferenda pro mercimoniis positis supra cooperturas.*

Ordinamus, quod, si navis vel aliud lignum plures coopertas habuerit, super cooperta superiori mercimonie alique non ponantur, excepto eo, quod *[per]* [2]) nos superius est statutum. Si vero navis vel aliud lignum tantum unam coopertam habuerit, super illa cooperat mercimonie alique non ponantur, similiter excepto, quod per nos est superius declaratum. Quicunque vero contra hoc fecerit, de hoc, quod positum fuerit supra dictam coopertam, duplum naulum nostro comuni debeat emendare, ita, quod tenere nos debeamus ad carius naulum, quod naulum in nave vel ligno fuerit naulizatum. Et intelligimus, quod equi sint mercimonia.

CI. *De glava ingombrata contra tenorem statuti.*

Dicimus, quod, si glava aliqua alicujus navis vel alterius ligni de CC milliariis et inde supra fuerit ingombrata contra tenorem nostri statuti, duplum carioris nauli in nave naulizati pro illa quantitate, que ingombraret glavam, patronus illius navis vel alterius ligni nostro comuni debeat emendare.

CII. *De navibus et aliis lignis euntibus ultro marinas partes vel alias partes, causa disfaciendi ibidem.*

Inponimus, de navibus euntibus ad partes ultro marinas vel alias partes occaxione disfaciendi ibidem, in quibus non extiterint mercea-

---

[1]) *voranti* Canc. Recte.

[2]) *per* supplevit Canc.

tores, secundum ordinem, quem a nobis, vel a majori parte nostri consilii, vel a Bajulo, aut Potestate vel Duca receperint, ita facere teneantur. Quicunque vero contra hoc fecerint [1]), nostro comuni libras centum pro quolibet centenario milliari de eo, quod fuerit extimata, debeat emendare.

Hoc intelligimus in nave et quolibet ligno cooperto.

CIII. *De navibus et aliis lignis euntibus ad aliquem locum pro ybernare, in quibus non fuerint mercatores.*

Injungimus, quod navis, in qua non extiterint mercatores, ad aliquem locum pro ybernare itura, secundum ordinem, quem a nobis vel a maiori parte nostri consilii receperit, ita facere teneantur. Quicunque contra hoc fecerit, cadat in penam, quam nos Dux cum nostro consilio ei auferre voluerimus.

Hoc intelligimus in nave et quolibet ligno cooperto.

CIV. *Quantum marinarii navium et aliorum lignorum, que naufragium paciuntur, com patronis et mercatoribus stare debent ad reparandum res et merces ipsarum navium et lignorum.*

Statuimus, quod marinarii navis naufragium pacientis com patronis et mercatoribus ipsius navis per XV dies, postquam naufragium passa fuerit, stare et moram facere teneantur ad recuperandum res et merces et navem ac sarcia navis ejusdem legaliter et bona fide; et hoc, si patroni vel mercatores, vel maior pars eorum voluerit vel voluerint; de rebus, quas infra spacium illud invenerint, per centenarium tres habentes, et non plus. Si quis vero marinarius contra hoc fecerit, totam marinariciam, quam a patronis suscepit, nostro comuni debeat emendare; in Veneciis advocatores comunis, vel alibi Rectores, qui pro nobis et comuni Veneciarum extiterint, pro ipsa pena solvenda ipsum possint et debeant convenire.

Hoc intelligimus in nave et quolibet ligno cooperto.

CV. *Quod cooperta inferior navium et aliorum lignorum de CC milliariis et inde supra levari non possit, postquam ipse naves et ligna fuerint complete.*

Affirmamus, quod, postquam navis de CC milliariis, aut banzonus, aut buzonavis de CC milliariis et inde supra laboratus fuerit et com-

[1]) *fecerit* Canc. Recte.

pletus, ejus cooperta inferiori [1]) a modo in anthea sub pena librarum CC levari non possit; quam penam nos cum nostro conscilio infra XV dies, postquam habuerimus in noticia, auferre et auferri facere teneamur. Et *[si]* [2]) a modo in anthea levaretur, in loco, in quo prime cruces fuerunt, semper debeat mensurari, nihilominus penam solventes. Si vero hic retro levata fuisset, in loco, in quo prime cruces fuerunt, semper debeat mensurari.

CVI. *Qualiter non debet fieri gaita per servientes in navibus et aliis lignis.*

Asserimus, quod nullus mercator, nec patronus, nec marinarius, nec suprasalientis alicujus navis guaitam pro se fieri faciat per aliquem servientem sub pena librarum quinque, nostro comuni solvenda pro qualibet vice; cujus pene quintum accusatori concedimus.

Hoc intelligimus in nave et quolibet ligno cooperto.

CVII. *De dampnis, que evenerint causa libacionis.*

Affirmamus, quod, si navis in Ystoria [3]) libaverit vel supra portum, aut in alio loco, vel aliquid ex mercibus extraheretur de nave cum consensu et voluntate majoris partis mercatorum et patronorum, ipsius navis utilitate; si vero aliquod dampnum evenerit in illo avere, sic de nave extracto, dampnum illud sit in comuni avere navis, et eciam expense, que fuerint causa libationis: salvis condictionibus, que inter fratres mercatores fuerint facte et patronos.

Hoc intelligimus in nave et quolibet ligno cooperto.

CVIII. *De dampnis, que evenerint causa robarie.*

Volumus, quod, si navis vel aliud lignum robata fuerit vel robatum, dampnum sit comuni avere navis: statuentes, ut, si *[post]* [4]) aliquod tempus dictum dampnum recuperaretur, in ipsum comune avere debeat redumdare.

---

[1]) *inferior* Canc. Recte.
[2]) *si* supplevit Canc. Recte.
[3]) *in Istria* Canc. Recte.
[4]) *post* def. apud Canc.

CIX. *De convencionibus factis inter patronos et naulizatos et alios de navibus et lignis.*

Precipimus, ut omnes convenciones, que facte fuerint inter patronos et naulizatos ac sorcerios vel marinarios navium, vel inter omnes alias personas in eisdem navibus existentes, firme et stabiles debeant permanere: salvis omnibus nostris statutis vel ordinamentis, que integraliter observentur.

Hoc intelligimus in nave et quolibet ligno cooperto.

CX. *De advocatoribus, qualiter placitare debent et auferre penam vel penas ab hiis, qui iverint contra nostra statuta.*

Injungimus, quod in Veneciis advocatores comunis ab illis hominibus, qui iverint contra nostra statuta, tollere debeant et placitare pro nostro comuni ea omnia, in quibus ipsi ceciderint; et nostri judices ad cognoscendum veritatem super hoc, a quibuscunque eis melius placuerit, plenissimam potestatem habeant, qui pro comuni Veneciarum extiterint: salvis omnibus, que debemus nos Dux et nostri Consules diffinire.

CXI. *De termino, ad quem pacamentum fieri debet patronis et marinariis.*

Mandamus, quod mercatores per muduam Augusti extra Culfum ituri totum pacamentum, quod ex pacto in Veneciis facere debent patronis, quarto die exeunte Julii sub pena soldorum duorum pro qualibet libra eisdem facere teneantur; secundo vero die exeunte Julio codem modo sub pena predicta patroni pacamentum marinariis facere teneantur.

CXII. *De termino statuto de navibus et aliis lignis extrahendis extra portum.*

Volumus, quod omnes naves per muduam Augusti extra Culfum iture taliter sint parate, ut usque ad medium mensem Augusti, omni occaxione cessante, patroni navium eas extra portum sancti Nicolai trahere possint ad viaticum suum sine dillacione faciendum; et hoc facere teneantur sub pena soldorum XX pro quolibet milliario, quod de hoc navis [1]) fuerit extimata; quam penam patroni navium contra hoc facientes nostro comuni debeant emendare.

---

[1]) *de quo hec?*

Hoc intelligimus in nave et quolibet ligno cooperto de CC milliariis et inde supra.

CXIII. *Qualiter naves et alia ligna, que facte fuerint extra Venecias, extimari debent.*

Mandamus, quod, si aliquis Venetus faceret fieri navem in terris, in quibus Rector pro nobis extiterit, que extimationis CC milliarium vel plurium esse videretur, Rector illius loci navem illam secundum tenorem nostri statuti debeat extimare, dando ei illum ordinem, quem naves Venetorum habent secundum formam statuti. Si vero fieri faceret navem in terris, in quibus Rector pro nobis et comuni Veneciarum non fuerit, cum pervenerit ad locum, in quo Rector pro nobis extiterit, Rector illius loci navem illam secundum tenorem nostri statuti debeat extimare, dando ei ordinem illum, quem alie naves Venetorum habent secundum formam statuti: ordinantes, quod navem illam alicui forensi vendere non debeat; et si vendiderit, cadat in penam, in quam cadunt illi, qui vendunt naves, que sunt Veneciis extimate. Sed si eam Veneto voluerit vendere, et fuerit in loco, in quo Rector pro nobis extiterit, eam vendere non possit, nisi prius fecerit, quod Rector illius loci ab illo, qui navem illam emere voluerit, accipiat sacramentum, secundum quod faciunt illi, qui emunt naves in Veneciis factas. Si vero fuerit in loco, in quo Rector pro nobis non fuerit, et eam Veneto vendere voluerit, prius ab eo accipiat sacramentum, secundum quod faciunt illi, qui emunt naves in Veneciis factas: statuentes, quod ille, qui navem Veneto vendiderit, faciat fieri breviarium de sacramento, secundum quod juraverit ille, qui navem illam emerit; et Venecias, quam cicius potest, ducere vel mittere teneatur; et infra XV dies, postquam breviarium fuerit in Veneciis, nostris Consulibus debeat presentari. Quicunque contra hoc fecerit, cadat in penam, in quam cadunt illi, qui vendunt naves Veneto factas in Veneciis.

Hoc intelligimus in nave et quolibet ligno cooperto.

CXIV. *Qualiter naves et alia ligna computari debent ad caricandum in cantariis.*

Ordinamus, quod navis de milliariis mille computetur de cetero ad caricandum de cantariis mille quinquaginta, s.[1]) navis, que caricaverit

[1]) Forte *scilicet*. Canc.

in ultra maris partibus; et navis de DCCCCXC milliariis computetur de kantharis MXXXVIII; de milliariis DCCCCLXXX kantharia MXXVI; de milliariis DCCCLXX kantharia MXIV; de milliariis DCCCCLX kantharia MII; de milliariis DCCCCL kantharia DCCCCXC; de milliariis DCCCCXL kantharia DCCCCLXXVIII; de milliariis DCCCCXXX kantharia DCCCCLXVI; de milliariis DCCCCXX kantharia DCCCCLIV; de milliariis DCCCCX kantharia DCCCCXLII; de milliariis DCCCC kantharia DCCCCXXX; de milliariis DCCCXC kantharia DCCCCXVIII; de milliariis DCCCLXXX kantharia DCCCCVI; de milliariis DCCCLXX kantharia DCCCXCIV; de milliariis DCCCLX kantharia DCCCLXXXII; de milliariis DCCCL kantharia DCCCLXX; de milliariis DCCCXL kantharia DCCCLVIII; de milliariis DCCCXXX kantharia DCCCXLVI; de milliariis DCCCXX kantharia DCCCXXXIV; de milliariis DCCCX kantharia DCCCXXII; de milliariis DCCC kantharia DCCCX; de milliariis DCCXC kantharia DCCXCVIII; de milliariis DCCLXXX kantharia DCCLXXXVI; de milliariis DCCLXX kantharia DCCLXXIV; de milliariis DCCLX kantharia DCCLXII; de milliariis DCCL kantharia DCCL; de milliariis DCCXL kantharia DCCXXXVIII; de milliariis DCCXXX kantharia DCCXXVI; de milliariis DCCXX kantharia DCCXIV; de milliariis DCCX kantharia DCII; de milliariis DCC kantharia DCXC; de milliariis DCXC kantharia DCLXXVIII; de milliariis DCLXXX kantharia DCLXVI; de milliariis DCLXX kantharia DCLIV; de milliariis DCLX kantharia DCXLII; de milliariis DCL kantharia DCXXX; de milliariis DCXL kantharia DCXVIII; de milliariis DCXXX kantharia DCVI; de milliariis DCXX kantharia DXCIV; de milliariis DCX kantharia DLXXXII; de milliariis DC kantharia DLXX; de milliariis DXC kantharia DLVIII; de milliariis DLXXX kantharia DXLVI; de milliariis DLXX kantharia DXXXIV; de milliariis DLX kantharia DXXII; de milliariis DL kantharia DX; de milliariis DXL kantharia CDXCVIII; de milliariis DXXX kantharia CDLXXXVI; de milliariis DXX kantharia CDLXXIV; de milliariis DX kantharia CDLXII; de milliariis D kantharia CDL; de milliariis CDXC kantharia CDXXXVIII; de milliariis CDLXXX kantharia CDXXVI; de milliariis CDLXX kantharia CDXIV; de milliariis CDLX kantharia CDII; de milliariis CDL kantharia CCCXC; de milliariis CDXL kantharia CCCLXXVIII; de milliariis CDXXX kantharia CCCLXVI; de milliariis CDXX kantharia CCCLIV; de milliariis CDX kantharia CCCXLII; de milliariis CD kantharia CCCXXX; de milliariis CCCXC kantharia CCCXVIII; de milliariis

CCCLXXX kantharia CCCVI; de milliariis CCCLXX kantharia CCXCIV; de milliariis CCCLX kantharia CCLXXXII; de milliariis CCCL kantharia CCLXX; de milliariis CCCXL kantharia CCLVIII; de milliariis CCCXXX kantharia CCXLVI; de milliariis CCCXX kantharia CCXXXIV; de milliariis CCCX kantharia CCXXII; de milliariis CCC kantharia CCX; de milliariis CCXC kantharia CC; de milliariis CCLXXX kantharia CXC; de milliariis CCLXX kantharia CLXXX; de milliariis CCLX kantharia CLXX; de milliariis CCL kantharia CLX; de milliariis CCXL kantharia CL; de milliariis CCXXX kantharia CXL; de milliariis CCXX kantharia CXXX; de milliariis CCX kantharia CXX; de milliariis CC kantharia CX.

CXV. *Hec sunt merces, que poni debent pro saorna.*

Hec sunt merces, que pro saorna ponuntur: videlicet plumbum, ferrum, stagnum et ramum non laboratum.

CXVI. *Hec sunt merces, de quibus tantum debet poni pro saorna, quantum videbitur illis, qui navem vel aliud lignum saornabunt.*

Hec sunt merces, de quibus tantum debet poni pro saorna, quantum videbitur illis, qui navem saornabunt: scilicet vitrum in massa, smerilum aut pigmentum, vitreolum, alumen de roza, alumen album de Alexandria.

CXVII. *De mercibus, que poni debent pro carico.*

Hec sunt merces, que poni debent pro carico: scilicet galla, moltoline, infilachis, bocarani, canavacia, panni de lino, piper, incensum, endegum, zinziber, bedoana, zucarum in capellis et sine cassis, mira, laca, gomarabica, alloe, nuces muscate, garofalli, gardamomi [1]), melegete, canfora, aurisium, sandalli, mirabolani, gallenga, simoniacum, cubebe, piper lungum, armoniacum, mandule fracte, seta et opera sete, cera, pulvis zucari in sachis, mel, vinum, granum et tota alia blava, excepto ordeo, oleum cum vasellis metra XXII pro milliario, et oleum cum udris metra XXVIII pro milliario.

CXVIII. *De mercibus, que poni debent tres pro carico pro quatuor de carico.*

Hec sunt merces, que poni debent III de carico pro IV de carico: becune crude cum pilo et sine pilo, moltoline crude, tossoni crudi et mezalana.

[1]) *gardamoni* Canc.

CXIX. *De mercibus, quibus debent duo milliaria de carico pro tribus de carico.*

Hec merces debent poni duo milliaria de carico pro tribus de carico; scilicet moltoline, tutalana.

CXX. *De mercibus, que ponuntur in cantaria tres pro duobus cantariis imbolii.*

Hec merces ponuntur in caricum tria kantaria pro duobus kantariis imbolii: scilicet verzi, linum, canella, cuminum, mazi, anizi, cambeloti, ordeum, nuces, uucele, mandole cum scorzo, zucarum cum cassis.

CXXI. *De mercibus, que ponuntur pro imbolio.*

Hec merces pro imbolio ponuntur: scilicet becune, moltoline conzate, agneline, leporine, mastici, grana, panui de lana, bambacium, lana lavata.

CXXII. *De coriis sicis, qualiter poni debent.*

Coria sica ponantur quatuor de carico pro quinque de carico.

CXXIII. *De mercibus non spacificatis* [1]*), qualiter poni debent.*

Omnes alie merces, que non sunt superius in istis capitulis spacificate, ponantur, secundum quod mercatores in concordia evenerunt [2]) cum patronis.

Hec autem omnia jubemus et volumus observari, salvis nostris statutis de navibus caricandis super crucem; salvis eciam omnibus ordinamentis naviuni et statutis.

CXXIV. *Quantum mercatores accipere possunt pro expensis ex denariis, quos habent.*

Ordinamus, quod omnes mercatores, tam Veneti, quam burgenses, qui ad aliquas partes hujus mondi vadunt cum mercato, possint accipere et habere pro vestimentis et calciamentis et omnibus suis aliis arnesiis soldos XX pro centenario in anno, a libris C usque ad

---

[1]) *specif.?*
[2]) *convenerunt?*

tria millia librarum completa. Et si plus uno anno steterint, plus accipiant pro racione; si vero minus steterint, minus accipiant pro racione. Et si aliquis plus librarum tria millia habuerit in mercato, de illo plus nihil accipere possit, nec debeat. Set id, quod sibi evenit de libris tribus millibus, videlicet libras XXX, sicut dictum est, dividere et computare debeat comuniter inter totum avere, quod habuerit. Insuper vero omnibus mercatoribus arma omnia et expensas pro cibo et potu factas, et eciam solutionem, quam debent facere servitores, super colleganciam habere concedimus.

CXXV. *De banderiis, quas mercatores habere et portare tenentur.*

Dicimus, ut quilibet mercator, qui habuerit in mercato libras M et plus usque ad tria millia libras completas, habere teneantur ex denariis, quas eis pro vestimentis et calciamentis et aliis arnesiis concedimus, supra unam banderiam pro quolibet milliario. Et si plus trium millium librarum habuerit, pro illo plus non teneantur habere aliquam banderiam. Quicunque vero contra hoc fecerit, penam librarum trium pro qualibet banderia incurrat; que pena in nostrum comune debeat devenire.

CXXVI. *Capitulum de berteschis.*

Ordinamus, quod nulla navis nec aliud lignum de CC milliariis et inde supra habere debeat a modo in anthea supra coredorum [1]) ab arbore de medio usque ad vannum supra camarclas plus de una bertescha, sub pena librarum quinquaginta pro qualibet nave vel ligno pro quolibet viatico. Et patroni navium et aliorum lignorum de CC milliariis et inde supra, que habent plus de una bertesca supra dictum coredorium, debeant ipsam berteschaam destruere et removere sub eadem pena quinquaginta librarum denariorum pro quolibet viatico; que pena in comune nostrum debeat devenire. Et nos cum nostro conscilio ipsam penam ab omnibus contrafacientibus debeamus auferre qualibet vice, qua contrafecerint, infra octo dies, postquam aliquem contrafecisse sciverunt [2]).

CXXVII. *Capitulum super peregrinis.*

Preterea statuimus, quod naves, que de partibus Syrie cum peregrinis exiverint, debeant exire et collare, secundum quod patroni

[1]) *coredorium?*

[2]) *sciverimus* conj. Canc. Recte.

ipsarum navium fuerint in concordia et pacto cum eisdem peregrinis, nisi remaneret justo impedimento temporis. Et patroni navium teneantur se presentare et jurare coram Bajulo ac Comite vel Rectore nostro, qui ibidem fuerit pro tempore, sub pena tocius medietatis nauli, quod receperit [1]) a peregrinis, quod legaliter et bona fide portabunt et conducent peregrinos suarum navium, ubi ire debent, prout eum eis ordinaverint et pactum fecerint, et quod personas et res eorum salvabunt et custodient. Et si acciderit, illos aplicare in aliqua terra vel loco Romanie, aut in alia terra vel parte, et tres partes ipsorum peregrinorum voluerint exire de navi, et ire viam suam, et quarta pars voluerit ire viaticum suum, patroni navium teneantur eos conducere et portare secundum eorum pactum et convencionem, tanquam *[si]* [2]) omnes peregrini essent in navi. Et si in navi remanserit minus de quarta parte peregrinorum, aut patroni portent eos et conducant ad locum, prout convenerunt cum ipsis peregrinis, vel reddant eis et restituant totum naulum, quod ab eis receperunt. Si quis vero patronus predicta vel aliquid predictorum non observaverit, nostro comuni solvere teneatur pro pena soldos XX Veneciarum parvos [3]) pro unoquoque milliario, de quanto navis fuerit extimata; quam penam nos et nostrum conscilium exigere teneamur.

Et hoc intelligimus in nave et quolibet ligno de CC milliariis et inde supra.

CXXVIII. *Capitulum generale de penis tollendis patronis, tam illis, quorum sunt naves, quam illis, quibus sunt comisse.*

Statuimus, quod in predictis statutis nostris navium, ubicunque dicitur, quod patroni navium incurrant in aliquam penam tam comuni Veneciarum, quam mercatoribus, quam marinariis, quam eciam aliis personis modo aliquo, si non observaverint ea, que facere et observare tenentur secundum ipsa statuta, naves ipse non fuerint ipsorum patronorum, sed fuerint sibi comisse, penam vel penas ipsas ipsi patroni solvere cogantur et debeant de suo mobili; *[si vero aliquis non]* habuerit, unde possint ipse pene vel pena persolvi, patroni, quorum naves fuerint, cogantur et debeant predictas penas vel penam

---

[1]) *receperint* Canc. Recte.
[2]) *si* def. apud Canc.
[3]) *parvi* Canc.

persolvere, vel id, quod defecerit, de suo mobili et immobili, si mobile ad solvendum non sufficeret. Quas penas nos Dux cum nostro conscilio vel officiales nostri exigere vel auferre teneamur, secundum quod supra dicta statuta declarant.

CXXIX. *De potestate, quam habet dominus Dux et conscilium minus et majus declarandi obscuritates, que essent in dictis statutis.*

Si autem in predictis statutis nostris aliqua obscuritas alicubi fuerit, potestatem habemus nos Dux cum nostro conscilio minori et majori declarandi et reformandi ipsas obscuritates, sicut bonum videbitur.

# Addenda et Corrigenda.

Vol. I, p. 36, l. 12 lege: fol. *81.*

p. 41, l. 8 infer. lege: eod. *CLXXXI.*

p. 55, l. 19 lege: *Rosmiro.*

p. 79, l. 7 infer. lege: *aver* nule; ibid. l. 6: qui ont *contest.*

p. 84. Pactum Warmundi post Guilielmum Tyrium integrum protulit *Andreas Morosini* in libro 'l'impresa et espeditione di Terra santa et l'acquisto fatto dell' Imperio di Constantinopoli dalla Ser.^ma^ republica di Venetia' (Venetia MDCXXVII in 4.); quem librum diu nobis desideratum nuperrime demum suppeditavit Jos. Valentinelli, viri optimi, offieiosa amieitia. Ibi p. 43—49 hoc inatrumentum exhibetur, his, quae sequuntur, potioribus lectionis varietatibus: p. 84, l. 11 infer. deo *excelso* auxiliante; ibid. l. 1 nos quidem *Guarcmundus*; postea semper *Guarimuudus*; p. 85, l. 1 ecclesie *cumpatribus;* p. 86, l. 6 infer. illam eiusdem *plateae partem rughaeque Accon . . .* alind . . . *firmans* (hoc quidem reete); p. 87, l. 8 Guiberti de *Joppe*, omisso *generis Laude*; ibid. l. 14 set *sit* liber (recte); p. 89, l. 12 *Asquirinus* (prave, coll. LeQuien. l. l. III, 1277): ibid. l. 16 *Aldoinus.*

p. 90 l. 7 lege: da *Canale.* — Hoc quoque inatrumentum cfr. apud Andream Morosini l. l. p. 68—72. Ex variantibus adnotamus p. 91, l. 4 mel mensuraudum *pro rata sua* faeere; l. 12 *rugae dicimus* unum; p. 93, l. 7 infer. *Ebramundus*; l. 4 Ego *Acquirinus Damiatae* eps. (leg. *Asquitinus Bethleemit.*, eoll. p. 89); l. 2 Ego *Rugerius Lubensis* epiae. (lege *Rogerius Lyddensis*, eoll. p. 89 et LeQuien. III, 1271); l. 1 Ego *Tafadus Laconc eps.;* p. 94, l. 1 Guido *Maliaeo;* l. 2 *Ramirus de Fauentillis.* In l. 3. 4. 5, uti Muratori; l. 6 *Rubertus* de *Caiphas;* l. 7 Ego *Ganduinus*, a. s. M. *vallis* Jos.; l. 10 *Gaicardus;* l. 14 Ego *Valis* de *Buirez, Tiber. dominus;* l. 15 ut Murat.; l. 16 Ego *Gualterus Huleri Berythi* d.; l. 18 omiss.; l. 19 R. de *Padio;* l. 20 uti Murat. — Haec statuta fero integra invenies etiam apud *Bernardum Thesaurarium* 'de acquisitione Terrae sanctae', cap. CXVII, CXVIII, in Morator. rerum Italiearum scriptt. VII, p. 757. 758, qui scriptor fere totus innititur in ipso Goilielmo Tyrio.

p. 113. Hoc paetum (nr. LI), uti reliqua privilegia Comnenorom, Angelorum, Palaeologorum ete., eoncessa Venetis, post nos edidit et retractavit C. E. Zachariae a Lingenthal in libro: Jus Graeco-Romanum. P. III. Novellae eonstitutiones. Lips. 1857.

Vol. I, p. 118, not. 8. *Theologon* esse *Ephesum* aero intelleximus. Cfr. Forbiger l. l. II, 188.

p. 217, l. 13 lege: *tutelae.*

p. 311. Scriptoribus de quarta Crucesignatorum expeditione deque capta urbe Constantinopoli ac diviso Regno Byzantino (coll. nr. CXXI) Latinis iam alios quosdam eo aequius hic adiicere visum est, quo illi ex pretiosioribus ideoque rarioribus fontibus hauriendi sunt. Simul haec excerpta docebunt, illos scriptores aevi medii, sicuti fieri solet etiam per lucidiora saecula, alium de alio dempsisse, quae ad suum consilium adcommodaret.

Radulphi Cogghesalae abbatis Chronicum Anglicanum in „Recueil des historiens de la France" T. XVIII, p. 97:

*„Anno MCCIII urbs Constantinopolis a Duce Venetiae et a Comite Flandrensi Baldewino et a reliquis sociis eorum Jerusalem tendentibus expugnata est atque infra octo dies obsidionis eis reddita, Imperatore falso fugiente, qui Kir Isacum Imperatorem, fratrem suum, inique excaecaverat et in carcerem cum Imperatrice sua retruserat, cum isdem Kir Isacus prius fratrem suum de captivitate gentilium liberaverit. Et Alexis, filius Kir Isaci, a Francis factus est Imperator, qui eos in auxilium invitaverat, et a Corfaut usque Constantinopolim per portum Duceaviae* [editt. f. *Durachii*, potius *Buccaviae* s. *Bucceaviae*, cfr. Ville-Hard. cap. 65, ed. DuCange] [1]) *et per strictum mare et per brachium s. Georgii navigio perduxerat.*

*A Corfaut, navibus ascensis, scilicet ducentis praeter naviculas et bargas, octavo die applicuerunt ad portum Duceaviae* (l. *Bucceaviae*), *a quo portu usque Constantinopolim centum leugae numerantur. Alexis vero, effectus Imperator, promisit, quod toti exercitui, quem secum adduxerat, per annum integrum victualia largiretur et quod decem millia equitum ad annuum terrae Jerosolymitanae succursum ad sumptus suos haberet. Promisit etiam, quantum viveret, ad stipendia sua quingentos milites se in Terra sancta habiturum. Dedit etiam Duci Venetiae centum millia marcarum argenti, et totidem toti exercitui erogavit pro collato auxilio, sicut eisdem prius pollicitus erat.*

*Patriarcha autem Constantinopolitanus et Alexis Imperator cum tota Orientali ecclesia et cum toto Imperio Romano Pontifici deinceps obtemperare promiserunt, et* (quod) *Romanae ecclesiae*

[1]) Idem iam Wilken. V, 199.

*sese esse filios recognoscent, praestita juramenti cautione, et quod a domino Papa suae dignitatis pallium Patriarcha praefatae civitatis sit recepturus.*

*Hujus exercitus duces fuerunt Comes Flandrensis Baldewinus, Comes Lodowicus Blesensis, Marchio de Monteferrato, Dux Venetiae, Comes Sancti-Pauli, Matthaeus de Montemorenci, Marescallus Campaniae, Conus de Betunia, Milo de Braiban, Johannes Fussien, Johannes de Friase, Petrus de Brachol, Anselmus de Kaeu, Episcopus de Alvestot* (i. e. de *Halberstatt*, cognomine *Conradus*, de quo dubitavere edd., cfr. Nos Tom. I, p. 337), *Episcopus de Trohies, Johannes Faicete et plures alii. . . .*

Ibid. p. 101: *Adepta igitur civitate, communi consilio factus est Imperator Baldewinus, Comes Flandrensis, fugiente Morculfo; qui statim tertiam partem Imperialis thesauri inter principes et exercitum Latinorum magnifice distribuit. Quae tertia pars continebat XVIII centena millia marcarum argenti; quae infinita pecunia apud nos, sicut et caetera, quae de Graecorum divitiis et constructione praedictae civitatis et Agiae Sophiae narrantur, incredibilia esse videntur. Denique dicunt redeuntes, quod quotidianus redditus Imperatoris continet XXX millia perpres* (i. e. *yperpera*); *perpre vero est nummus aureus et valet tres solidos argenti . . . . Si quis autem plenius nosse desiderat, qualiter urbs Constantinopolis semel et iterum ab exercitu Latinorum, Jerusalem tendentium, capta sit, et quomodo Comes Flandrensis Imperator sit effectus, et de adeptione reliquarum civitatum, et de dissensione, quae suborta est inter praedictum Imperatorem et Marchionem de Monteferrato, legat epistolas, quas idem Imperator et H*(ugo), *Comes de Sancto-Paulo, direxerunt ad amicos suos in occiduas mundi partes commanentes* (cfr. Tom. I, p. 304).“

---

Chronicum Guillelmi de Nangis (Recueil des historiens Tom. XX, p. 750 sq.):

„*MCCIII. Peregrini regni Franciae post multa impedimenta, quae in Venetia passi fuerant, initis quibusdam pactis cum Venetis, Jaderam, regis Hungariae urbem maritimam, Venetis inimicam, expetunt atque eam obsident, capiunt et incendunt. Tunc Alexius, filius Cursath* (i. e. *Kyr Sach*), *Imperatoris Graeciae, audito, quod Franci cum Venetis apud Jaderam essent,*

*mandavit eis per nuntios, quod, si ei succurrere vellent, eos a debitis triginta milium marcharum erga Venetas* (leg. *Venetos*) *liberaret, pretiaque navium solveret, nec non et Orientalem ecclesiam Papae subjiceret, ac Terrae sanctae mirabiliter subveniret. Quod Franci audientes ipsum ad se venire faciunt, ac super sponsionibus exsolvendis datis et receptis ab invicem sacramentis, simul cum eo et Venetis apud Constantinopolim navigant, et ibidem in brevi applicant.*

*Per medios igitur fluctus strictioris maris, quod Bosphorus sive Brachium sancti Georgii dicitur, navigantes intrepide, turrim, quae Galathas nuncupatur, expugnant et catenam, qua fit accessus ad portum, rumpunt; littoribus vero occupatis terram circumjacentem vi capiunt, Graecis fugientibus et intra urbem se recipientibus. Quod videns invasor Imperii cum Francis et Venetis congredi disposuit, habens secum triginta milia equitum et pedites innumerabiles. Partibus itaque vicinis, quantum arcus potest sagittam jacere, tyrannus divinitus pavefactus intra urbem se recepit, fugiens cum paucis ea nocte. Quo Graeci comperto in palatio congregantur et adolescentis exulis solemnis electio celebratur. Mane facto portas aperientes inermes in castris Francorum se ingerunt, suum requirentes electum, quem illico recipientes Cursath patrem ejus de carcere sublevant et ipsum Alexium, filium ejus, in Imperatorem fecerunt protinus coronare. His peractis pretia navium et debita Venetorum solvuntur, ac Francis et Venetis marcharum ducenta milia conferuntur; et dum ibi cum Graecis hyemarent, pacta de obedientia Romanae ecclesiae et de succursu Terrae sanctae innovantur atque confirmantur. . . .*

*MCCIV. Alexius, Graecorum Imperator, Francos et Venetas* (leg. *Venetos*) *secum apud Constantinopolim hyemantes rogat, ut egrediantur ex urbe propter discordias Graecorum evitandas; qui continuo acquiescentes ex adverso urbis interjacente portu castra sibi constituerunt. Sed Imperator, tam patris, quam Graecorum suggestione seductus, animum avertit ab eis, et classem incendere parat, quae ipsum ad coronam adduxerat. At ejus conatus Dei gratia ad nihilum deductus est. Graeci vero postea exosum habentes Alexium, Imperatorem suum, sibi creant Imperatorem alium, cumque Alexio Imperatori nulla spes esset, nisi in Francis, misit*

*ad ipsos Morgulfum, sibi familiarem, multa eis promittens: qui jurat ex parte Imperatoris, se eis traditurum quasi pactionis obsidem palatium, Blakernam dictum, donec fieret plena impletio promissorum; sed dum accedit ad recipiendum palatium Marchio de Monte-Ferrato Bonifacius, ipsi et Francis illuditur. Interim Morgulfus revelat Graecis secretum de reddendo palatio, et in odium Alexii statim tertius Imperator efficitur Morgulfus. Qui mox in Alexium Imperatorem, dominum suum, insurgens, eum dormientem strangulare fecit, et Nicolaum, Imperatorem creatum, occidit. Interim, dum haec agerentur, Cursath, pater Alexii Imperatoris, moritur, et Morgulfus, Francos et Venetas* (leg. *Venetos*) *postea persequens, ab eis, capta urbe Constantinopoli, occiditur. Mortuo itaque Alexio Imperatore et tyrannis invasoribus, Franci de consilio Ducis Venetiarum aliorumque Principum cum assensu cleri et populi Balduinum, Comitem Flandriarum, Imperatorem creaverunt.*"

---

Robertus Altissiodorensis, Praemonstratensis ad s. Marianum Canon., in chronologia (Recueil des historiens XVIII, p. 266): „*Ipso anno* (sc. 1203) *peregrini nostri per multas impeditiones, quas in Venetia tulerant, initis quibusdam pactis eum Venetis Jaderam, Regis Hungariae urbem maritimam, Venetis inimicam, expetunt, obsident, capiunt et excidunt . . .* (Alexius filius Isaaci) *eo tempore, quo peregrini nostri votivum iter aggressi sunt, quibusdam de nostris in Italia veniens in occursum apparuit. Inde ad sororem suam et sororium suum, Philippum, Henrici Imperatoris fratrem, in Alemanniam proficiscens, competentes nuncios misit ad nostros in Venetia: qui patris et ipsius causam omnium miseratione dignissimam lacrymabiliter exponentes multis supplicationibus satagebant inflectere nostros ad condolendum carceri patris et exilio filii, asserentes, quod ipsis assisterent in hoc facto majores Imperii, et Regiae civitatis pars potior domini sui reditum suspiraret.*

*Praeterea pollicentur, quod, si dominus suus optatis successibus potiretur, liberaret eos a debitis triginta millium marcarum argenti, quibus adhuc Venetis tenebantur, et pretia navium restitueret; Orientalem quoque ecclesiam Romanae ecclesiae tamquam membra capiti subderet et uniret, et ad subventionem Terrae*

*sanctae totius Imperii vires exereret et de suo sumptus exercitui procuraret.*

*Attendentes igitur nostri causam justissimam, et quia inter ipsos plurimi laborantes inopia Terrae sanctae gravamen essent potius illaturi, quam allaturi subsidium, spondent nunciis, quod exorant. Vocato proinde et adducto apud Jaderam adolescente jam dicto, et super sponsionibus exsolvendis datis et acceptis invicem sacramentis, nostri cum Venetis, iter eorum Domino prosperante, aura favente navigant, et in brevi applicant, quo tendebant, videlicet VI Kal. Julii, nullo tamen, prout crediderant, consilio vel auxilio ab incolis terrae clam vel palam invento; sed nec adveniunt improvisi.*

*Ille namque impius proditor et tyrannus non solum ex Imperii finibus, sed ex remotis partibus gentes aggregaverat innumeras, cum quibus observans littora parat obsistere, ne nostrorum stolus possit littoribus applicare. Ex una parte civitas munitior, major et populosior, quam ulla in orbe sit, apparebat; ex altera vero armatorum, equitum et peditum, multitudo aderat infinita. Neutrius tamen partis viribus impediti nostri et Veneti per medios fluctus strictioris maris, quod Bosphorus vel Brachium sancti Georgii dicitur, intrepidi navigant et turrim, quae Galatas vocatur, expugnant, rumpuntque catenam, qua fit accessus ad portum, et, littoribus occupatis, terram circumjacentem vi capiunt, Graecis refugientibus et sese recipientibus infra* (i. e. *intra*) *urbem. Disponunt praeterea terra marique urbem obsidione vallare.*

*Sexto igitur Idus Julii, adaptatis machinis et bellicis instrumentis, per terram nostri, per mare Venети moenibus urbis appropiant et, urgentissimos dant assultus, frequenti et vario interveniente conflictu, nostraque paucitate contra eorum multitudinem semper obtinente victoriam. Ingruit eis interea victualium tanta penuria, quod equorum suorum carnibus, urgente inedia, vesci compulsi sunt; et nisi coelitus adiuti fuissent, obsidionem ultra quindecim dies protelare nulla ratione valerent.*

*Porro die obsidionis octava Veneti violenter in urbem irruunt ignemque apponunt, et partem urbis non modicam incendio grassante devastant. Nostri quoque partem muri ruperant, sed non irruperant, cum ecce ille incubator Imperii suas ordinat acies, et ad dimicandum contra nostros in campum egreditur, habens secum*

*sexaginta millia equitum et infinitam multitudinem peditum armatorum. E contra nostri, licet illorum respectu paucissimi (nam vix plus quam duo millia tunc temporis erant), ad pugnandum parati, quadam tamen divinitus inspirata securitate confisi, dum ardentibus animis praestolantur congressum, et jam utraeque acies, quantum arcus jaceret, appropinquassent ad pugnam, tyrannus cum suis tantam nostrorum admiratus audaciam, divinitus pavefactus illico refugit et intra moenia se recludit. Ea nocte sine uxore et liberis clam cum paucis aufugit; quo comperto Graeci proceres in palatio congregantur, et, accensis luminaribus copiosis, adolescentis exulis solemnis electio celebratur.*

*Mane facto, die obsidionis nono, XV Kal. Augusti, civitas aperitur; prodit in castra inermis Graecorum procerum multitudo suumque cum gaudio quaerit electum; restitutam civitati asserit libertatem, et regredienti filio ad fasces Imperii cum inaestimabili laetitia sublevatum de carcere caput patris Tursach* (i. e. *Kyr Sach*), *quondam Imperatoris, ostendunt. Praeordinatis igitur, quae necessaria videbantur, ad ecclesiam Ἁγίας Σοφίας, i. e. sanctae Sophiae, quae Christus est, cum solemni processione novus Imperator deducitur, atque ita, tam in ecclesia Patriarchali, quam in Imperiali palatio, Imperiale sibi restituitur diadema cum plenitudine potestatis.*

*His ita gestis, pater et filius grata cum nostris miscent colloquia flagitantque, ut secum per hyemem demorentur. Quae promiserat filius, accumulanter exsolvit: restituit pretia navium, liberat nostros a debitis Venetorum, victualia omnibus ministrat copiose et sumptibus suis stolum prolongat in annum. Ducenta millia marcarum argenti nostris et Venetis de Imperiali munificentia largitur, pacta prius inita de subventione Terrae sanctae et de obedientia Romanae ecclesiae exhibenda renovat et confirmat*".

---

Idem Robertus Altissiodorensis persimilia de capta iterum Constantinopoli, potius ex ipsa Balduini epistola (cfr. Tom. I, p. 501) deprompta, tradit ibidem p. 270—272.

---

Eadem ratio obtinet in Chronico notissimo Alberici, Trium-Fontium monachi, ibid. p. 765—767; coll. p. 772, ubi de partitione terrarum Imperii Constantinopolitani refertur.

---

Joannis Iperii Chronicon Sythiense s. Bertini (Recueil des historiens T. XVIII, p. 601):

„. . . *anno MCCII, mense Aprili, Balduinus, Comes Flandriae, crucesignatus peram et baculum Brugis assumpsit in Terrae sanctae subsidium . . . Balduinus et qui cum eo erant, capitaneum sibi statuerunt Theobaldum, Campaniae Comitem et eo mortuo, Bonifacium, Marchionem Montisferrati; et sic Venetias applicuerunt, ubi cum Henrico Dandulo, tunc Duce Venetiarum, conveniunt, ut ipsi cum Venetis et Venetorum expensis Jadriam, Sclavorum civitatem, Venetis inimicam, capiant et Venetis restituant; deinde, sicut placet, in iter acceptum procedant.*

*Jadria capta, dum ibidem hyemare coguntur, puer Alexius, Imperator Constantinopolitanus, de carceribus avunculi sui elapsus ad eos venit, petens, eorum auxilio Imperio suo restitui, promittens expensas et munera atque subjectionem sacrosanctae ecclesiae Romanae. Accesserunt et preces Philippi, Regis Alemanniae, qui sororem ejus habebat uxorem, preces quoque Regis Hungariae.*

*Peregrini cum Venetis veniunt, eorumque virtute Constantinopolis capitur, et puer Alexius in Imperatorem coronatur: quam civitatem ejus incolae per hominem capi posse non credebant propter ejus fortitudinem, et quia prophetiam se habere dicebant, quod per Angelum caperetur. Latinis itaque intrantibus per locum, ubi pictus erat Angelus, se deceptos per aequivocationem Angeli cognoverunt. Post coronationem pueri Alexii, Latinis adhuc ibidem in patria existentibus, Graeci in eorum exitium machinantur; tutor etiam pueri Alexii eum nocte suffocavit.*

*Quare Latini iterato contra civitatem venerunt et eam ceperunt, omnibus fere majoribus et conspirationis auctoribus interfectis. Quo facto, Imperium diviserunt: media pars obvenit Francis mediaque pars Venetis. Deinde a toto exercitu Balduinus, Flandriae Comes, in Imperatorem Constantinopolitanum elegitur et coronatur anno MCCIV, et communi consensu Franci partis suae mediam, id est quartam totius Imperii partem, Imperatori novo dederunt; similiter et Veneti partis suae mediam Imperatori resignarunt. Marchioni Montisferrati, quoniam capitaneus fuerat exercitus, regnum obvenit Thessalonicense.*“

Sicardi Cremonensis Episcopi Chronicon apud Murator. rer. Ital. scriptt. VII, p. 620 (Recueil des historiens XIX, p. 247). postquam paucis de itinere Crucesiguatorum, de capta Jadra [Zadra], de foedere inter Alexium puerum et eosdem icto, de capta semel et iterum Constantinopoli egit, haec de divisione Imperii addit:

*„Barones Balduinum, Flandriae Comitem, in Imperatorem diademate coronarunt, Venetis cum Januensibus votis conniventibus Imperium sortientes: nam quarta Imperatoriae Majestati tribuitur; quartarum medietas cessit Venetis et cetera Peregrinis. Bonifacius vero Marchio, qui Margaritam Imperatricem, quondam Isachii, sororem Aymerici Regis Hungariae, sibi in matrimonio copulavit, Thessalonicam vindicavit“.*

Sic Codex Murat. Estensis. Contra Vindobonensis:

*„Barones. B. Fl. Com. Imperatorem d. cor., votis convenientibus Imperium sortientes. Nam quarta cessit Imp. Maj.; trium quartarum medietas cessit Venetis et cetera Peregrinis. Marchio vero Bonifacius obtinuit Thessalonicam.“*

Cod. Monac. Lat. p. 314 (quem Murat. p. 524 desideraverat) huic consentit, nisi quod „*in* Imper. d. cor.“ et „*opt*inuit“ legit.

---

His succedat auctor rerum Orientalium gravissimus, quem iure aliis, verum etiam nobis desideratum nunc demum in aciem vocare licuit.

Ibn-el-Athiri chronicon, quod perfectissimum inscribitur. Edidit Car. Joh. Tornberg. Ibi volum. XII, p. 124—126 de capta Constantinopoli haec leguntur, quae lectorum gratia ita Latine reddere studuimus, ut singulari sermonis Arabici ingenio non nimium detractum esse videatur.

**Narratur, quomodo Constantinopolis Rumaeis erepta sit.**

*„Hocce anno mense Scha'bân* (i. e. anno Prophetae 600, anno Christ. 1204 m. Apr. die 4 — m. Mai. die 3) *occupaverunt Franci urbem Constantinopoleos a Rumaeis, ac sustulerunt regnum Rumaeorum ex ea. Et erat eius rei causa, quod Rex Rumaeorum in ea in matrimonium duxerat sororem Regis Francigenarum, qui erat de summis Regibus Francorum; et ex ipsa ei natus fuit filius. Tunc frater eius in thronum insiluit et eum prehendit urbemque cepit ab eo, atque ipsum occoecatum in carcerem injecit. At natus eius aufugit et abiit ad avunculum suum, auxilium rogans contra patruum.*

*Atque contigit illud, quum iam convenisset multitudo Francorum, ut exirent versus terram Syriae ad liberandum Hierusalem. Et duxerunt natum Regis secum, viamque direxerunt ad Constantinopolim, eo consilio, ut res inter eum et patruum componerent; nec quicquam praeter illud intendit.*

*Postquam advenerunt, exiit patruus eius cum exercitu Rumaeorum, eum oppugnaturus; et factum est proelium inter eos mense Dī'lka'da anno quingentesimo nonagesimo nono* (i. e. a. Christ. 1203 m. Jul. die 12—m. Aug. d. 10). *Et fugerunt Rumaei, atque intrarunt urbem, simulque cum eis intrarunt Franci; Rex vero Rumaeorum effugit usque ad extremam terram. Verum dicitur quoque, Regem Rumaeorum non oppugnasse Francos foris extra urbem, hosque eum obsedisse dumtaxat in ea. Sed erant Constantinopoli ex Rumaeis multi, qui praeoptarent iuvenem: igitur iecerunt ignem in urbe; dumque occupati erant homines in eo extinguendo, aperuerunt portam ex portis urbis; iam ingressi sunt in eam Franci, et Rex eius exiit fugiens.*

*Tunc tradiderunt Franci Regnum isti iuveni; nec tamen hic quicquam habebat summae potestatis. Etiam patrem eius ex carcere eduxerunt; sed nonnisi Franci erant arbitri in urbe. Graviter vero animadvertebant in populum, exquirebantque ab eis pecuniam, licet hacce destitutis. Deinde ceperunt opes ecclesiarum et quidquid in iis auri argentive erat et praeterea vel quod in crucibus et quod in figura Messiae — cui sit benedictum — atque apostolos; et quod super evangeliis erat, inde quoque ademerunt*[1]).

*Acerbum hoc fuit Rumaeis, et ingentem inde perceperunt dolorem. Corripuerunt igitur hunc iuvenem imperantem et occiderunt, Francos vero eiecerunt ex urbe et clauserunt portas et adduxerunt Regem; atque hoc factum est mense Djumâda' lûla anno sexcentesimo* (i. e. a. Christi 1204, m. Januar. die 6—m. Februar. d. 5).

*Verum Franci morabantur foras, obsidentes Rumaeos, eosque oppugnabant studiosi debellandi eos diu noctuque. Jamque Rumaei ad maximam debilitatem adducti erant ac miserunt ad Sultanum Ruknuddîn Suleimân, filium Qilidsch Arslan, dominum Iconii et*

[1]) De ratione, qua Latini tunc in urbe Constantinopolitana barbarorum modo grassati sint, vide ais Cotelerii ecclesiae Graecae monumenta, T. III, p. 510 sqq., ibique epistolam ad Innocentium III, p. 514.

*regionum aliarum, auxilium eius imploraturi; sed non invenit ad hoc facultatem.*

*Erat autem in urbe magna copia Francorum commorantium, prope triginta milia, nec tamen propter loci amplitudinem hocce apparuit. Ipsi iam conspirarunt et qui Franci extra urbem erant, et in ea insurrexerunt et ignem disiecerunt altera vice atque combusta est fere quarta pars urbis. Tum patefecerunt portas eamque intraverunt, ac tres dies gladiis saeviebant, grassantes in Rumaeos caesim raptimque. Et postquam mane illuxit, cuncti Rumaei aut inter mortuos erant aut inopes, ut nihil possiderent.*

*Postea intravit multitudo optimatium Rumaeorum ecclesiam capitalem, quae vocatur Sufia, et venerunt Franci ad eam; tunc exiit ad eos turba presbyterorum et episcoporum et monachorum, tenentes in manibus suis evangelium et crucem, conciliaturi ita Francos, ut vitae suae parcerent. Sed hi illos non respexerunt, verum cunctos trucidarunt, ecclesiamque diripuerunt.*

*Erant autem tres Reges* (Principes), *Dux Venetiarum, et hic quidem dominus navium maritimarum, atque in navibus eius vecti erant Constantinopolim; et ille senex caecus, quando vehebatur, ducebatur equa. Alter vero nominabatur Marchio, et hic praefectus Francigenarum; tertius nominabatur Comes Flandriae, et hic copiosissimus numero. Et postquam occupata est Constantinopolis, sortiti sunt de Regno, atque exiit sors Comitis Flandriae; et repetierunt sortem bis terque, et exiit in eum et Regem fecerunt eum. Dat autem Deus Regnum suum, cui vult, et detrahit id, a quo vult.*

*Postquam igitur sors exiit in eum, Regem in urbe eum fecerunt atque regionis vicinae; Ducis vero Venetiarum factae sunt insulae maritimae, uti insula Cretae et insula Rhodi et aliae insuper. Marchionis denique Francigenarum fuit regio, quae est ab oriente canalis, uti Isnik et Ladik* (Samachii et Laodiceae, coll. Tom. I, pag. 271, 272?).

*Neque vero uni alicui ex illis contigit quidquam, nisi qui cepit Constantinopolin; et quoad cetera non se submiserunt, qui in ea erant Rumaei; et quoad terras, quae erant Regis Constantinopoleos ab oriente canalis, vicinae Regno Ruknuddîn Suleimâni, filii Qilidsch Arslan, e quarum summa Isnik et Ladik, ibi profecto*

*praepolluit vi super istas patricius magnus inter patricios Rumaeos, cui nomen Laskaris; et erant in manu eius, donec vita defunctus est.*

Vol. I, p. 328. Cum chronico *Gallico Monacensi* etiam comparandum, quod edidit fragmentum Buchon. in 'Collection des chroniques nationales Françaises' Tom. III, p. 269—292, inscriptum: 'fragment d'une ancienne chronique en dialecte Rouchy'.

p. 358. Nr. LXXXIX habet etiam A. Morosini l. l. p. 111.

p. 362. Nr. XCII idem Morosini l. l. p. 105 sqq. protulit ex authentico dicens: „perche si possa anco da ciò far giuditio della verità, che si sforziamo di spiegare, poneremo appresso alcune parti più importanti cauato dall' autentico, e concernenti quest' affare". Ex lectionibus hasce subiungimus: p. 363, not. 2 *nostris temporibus*, uti nos coniecimus; p. 364, l. 5 *profecerunt* (recte); l. 3 infer. *Friesia;* p. 366, not. 6 ad *transfretationem;* p. 367, not. 1 deo *fauente;* not. 2 *conuentionem;* not. 3 *diuisim*, uti nos suspicati sumus; p. 368, l. 1, uti nos coniecimus.

p. 375. De ora maritima Asiae minoris australi nunc plura supplere licet, quae Lelewel (Géographie du moyen âge. Portulan général des cartes qui composent l'Atlas p. 15—17) iam antea illustraverat. Simul relegamus ad Histoire des découvertes géographiques . . . par *L. Vivien de Saint-Martin* T. III (description de l'Asie mineure) p. 522—543. *Sautaremi* mappa etiam nunc in votis est.

Quae inde broviter excerpimus, ex mappa Fernandi Uaz Duradi (in cod. Hisp. 80 bibl. Monac.) hic illic adaugemus.

not. 1 *Cramela, golf de Cramela, de Ciaramella, de Caramela (della Ghiccia, Iskenderoun)*, Duradi *G. Carmela.*

not. 2. *Caybo, mont Gaybo* (*Demir kapu*, cfr. Tom. II, p. 399), Ajacio ab oriente. *Ajaelum (Aegae)* Durado est *Lleiaso.*

not. 4. *Portus Palorum, port de Pals, p. Pali, fort des pailles* Edrisii (cfr. Jaubert II, 132). Durad. ibi locorum habet *Totaliperi.*

p. 376, not. 1—4. Eidem *Mamistra* est *Malastia, Malus* vero *Mestus* et *Adena Avena, Tarsus Terazo.*

not. 7. *Lena de la bagaxa, cauo Bagassia, lena de Vagase, Pedeaxa* Duradi. — not. 8 *portus Pindus, porto Pin* s. *Pim, portos Pi* Duradi.

p. 377, not. 2. l. e. *Scolium provincialium, lo provensal.*

not. 3. *Sequin. Sechin, Sechim* (*Sighytschaï* Kieperti).

not. 6. *Salmade*, hodie *Selindi*, veterum *Selinus Traianapolis*, prima quasi statio in parte orientali sinus Attalici.

not. 7. *Antiocetta; Antioxa* Duradi.

not. 8. *Castrum Lombardum, castel lombardo; Castelombai* Duradi.

not. 9. *Estamdelor* Duradi, alias *Candeloro.*

Vol. I, p. 378, not 1. *Satalia vetus, Satalia veya* s. *vecchia*, hodie *Eski Adalia*, Duradi *Tatoliabei; Satalia nova*, hodie *Adalia*, Duradi *Satalies.*

not. 2. *Agiopendus. Aiopendi, Agropendi*, Duradi *Agio ponda.*

not. 3. Duradi *Arustia*, alias *Aratia, Arara* (Ernatia).

not. 4. *Cyprianas* insulas s. *Cyprias* habet mappa Kieperti in golfo Attalico versus oceasum *Trianisiae.— Portum Januensem (porto Genovese)* statuunt prope hodiernum *Janatartsch, Chipascum* prope *Adratschan* (Kieperti), *Gambruxam* insulam inde versus garbinum, etiam hodie *Gambusam* s. *Garabusam.*

p. 379, not. 2. *S. Estcui* Duradi; not. 3 *Ffinica* Dur., hodie *Phineka* in medio fere sinu, veterum *Limyra.* Cfr. Leake Asia minor, p. 186. *Phoenicus* prope Pataram quaerenda, ab oriente; not. 4 *Llamira* Duradi, hodie *Dembre* (vetus *Myra*).

not. 5 *Caccabo, Caccauo* insula, item not. 6 *le Corrente*, diacretae chersonesso, cui ab occasu *Ghya*, hodie *Hypsili.*

p. 380, not. 1 *Castrum rubeum, Castel ros, Castel rugio*, hodie *Kasteloryzo.* Cfr. Leake Asia minor p. 127.

not. 2 *insula de Polcellis, Polcelle*, hodie *Volos.*

not. 3 *Megradicum, mont Kalamaki?*

not. 4 *Perdichia*, veterum *Pydna, Xantho (Kodscha Tschai)* ab occasu. Haec non liquent. Cfr. Leake Asia minor p. 182.

not. 5 *Nicolaum de Liuixo*, etiam hodie insulam *Nicolai* orae apud *Levisi* affinem habet mappa Kieperti, qui sinus maris a *golfo de Macri (s. Glauco)* promuntorio *C. Angistro* disiungitur. A. Beninccasae *Leuissi.*

not. 6 *caput Trachili* St. Martin confert eum *Capitibus VII* mappae Sanut., *Sette cani* Beninccasae, Turcarum *Iedi burun*, sub monte veterum *Crago.* Cfr. Forbiger II, p. 251. 253. Ceterum haec valde dubia.

not. 7 *Copim* in sinu *Scopea* quaerunt; not. 8 *Guiam* cum *Canno* veterum componunt.

Operae pretium videtur paraplum Ciliciae Sanuti integra serie nominum, quae exhibet mappa Duradi, compensare. Ergo haeece: *G. Carmela, lleiaso, totaliperi, malastia, mestos, auena, terazo, llame, llamuolizo, llamesi, pedeaxa, curco, portos pi, p. palomi, crionori, domacrio, ealamdro, antioxa, castelombai, estamdelor, s. nicolao, s. gregori, tatoliabei, satalies, agioponda, amepasto, arustia, ffinica, s. esteui, gorumdi, casano, casteloigi, parora, p. agelli, g. meri, llamira, triasco, rania, ancone, p. fielli.*

p. 386.

De pactis Tergesti ac Mugliae allegandus erat Carli delle Antichità Italiche IV, p. 216: *„dirò bensi, che nell' anno indicato*

*MCCII con la flotta destinata per Terra Santa andò il Doge Enrico Dandolo direttamente in Istria per costringere la terra di Muggia e la Città di Trieste alla sua obbedienza. Gli atti di sommissione indicano, che perduta aveano la grazia del Doge*". Idem in Appendice I, p. 40. 41 pactorum initia s. capitula primaria protulit.

Vol. I, p. 420, not. 1. Ceterum de Simone, Comite Montisfortis, et qua se ratione gesserit in obsidione Jadrae, vide Petri, Vallium Sarnacii monachi, historiam Albigensium (Recueil des historiens Tom. XIX, pag. 23).

p. 424. Post nr. CVII intersere hanc epistolam:

**Innocentius III Petro, tituli S. Marcelli Presbytero Cardinali, apostolicæ Sedis Legato.**

A. d. 1203, die 21. m. Aprilis.

Innoc. III epist. l. VI, ep. XLVIII, ed. Bréquigny T. I, pag. 266.

*Respondet super quibusdam articulis, de quibus responsum petierat.*

Inter illa, quae nobis per tuas literas intimasti, super tribus articulis, de quibus praecipue dubitabas, nostrum postulasti responsum: timens, ne Veneti tamquam fatui renuant, absolutionis beneficium obtinere, quodque te nolint tamquam apostolicae Sedis habere Legatum, et quod, sicut accepisti pro certo, cum filio *[Isaaci]*, quondam Imperatoris Constantinopolitani, quem ducere secum intendunt, velint in Graeciam proficisci.

Nos igitur, tuae discretioni super hoc breviter respondentes, per apostolica tibi scripta mandamus, quatenus, nisi juxta formam, quam tibi per literas alias dinoscimur expressisse, absolutionem acceperint et promiserint firmiter, ne contra Christianos arma movere praesumant, teque receperint et tractaverint tanquam apostolicae Sedis Legatum, obedientes tibi humiliter et devote, tu, ne illorum videaris nequitiae consentire, illorum exercitum, tanquam reprobatum a Domino et elongatum ab ejus benedictionibus, derelinquens versus Jerosolymam dirigas iter tuum. Cum Francis autem, si sequi voluerint perfidiam Venetorum, secure procedas, et super absolutione Baronum, si forte successores vel haeredes suos noluerint obligare, provide facias, quod tibi Deus dignabitur inspirare.

Datum LATERANI, XI Kal. Maii.

Vol. I, p. 426. Post nr. CIX adde huius epistolae excerpta:

**Innocentius III Sofredo, tituli Sanctae Praxedis Presbytero Cardinali.**

A. d. 1203, die 10. m. Augusti.

Innoc. III epist. l. VI, ep. CXXX, ed. Bréquigny T. I, p. 339. *Exhortatur eum ad patienter sustinendum labores pro Terra sancta perferendos.*

Raynaldus l. l. a. 1203, §. 9: *Agitabant alia in Graecos consilia . . . Crucesignati. Quos cum Petrus tit. s. Marcelli et Soffredus, tit. s. Praxedis Cardinales, Legati, a restituendis Constantinopolitano Imperio Isacio caeco et Alexio iuniore abducere non possent, in Cyprum primum ac dein in Syriam, ut erant iussi ab Innocentio, applicuere. E quibus Soffredus, qui prior accesserat, cum res Syriacas depressas ob Sarracenorum tyrannidem, non sine lacrymis, significasset Innocentio, illum Pontifex maerentem his literis est solatus:*

Si aliquando in hoc mari . . . Si moereas, quod Principes et alii, qui signaculum Crucis assumpserant, tanquam filii Ephrem, intendentes arcum et mittentes sagittas, sint in die belli conversi et a puritate prioris propositi recedentes negligere videantur reliquias Terrae sanctae, nobiscum moerebis . . . . . Nos autem . . . et compatimur passionibus tuis et doloribus condolemus, et labores tuos in quibus possumus, intendimus relevare, nec obliviscimur tui aut reliquiarum Terrae nativitatis Dominicae, licet propter locorum distantiam et raritatem nuntiorum te non valeamus, ut volumus, per nuntios aut literas saepius visitare. Nec diffidas ex eo, quod exercitus *[Cruce]*signatorum in Graeciam dicitur diverlisse, quoniam nos, quantum possumus, de Terrae sanctae sumus subventione solliciti et ad ejus subsidium totis nisibus aspiramus. Nosse quoque te volumus, quod licet *dilectus filius* (haec add. Rayn.) P*[etrus]*, tituli Sancti Marcelli Presbyter Cardinalis, apostolicae Sedis Legatus, cum Venetis *honeste* (hoc add. Rayn.) non potuerit transfretare, ante Adventum tamen a praesentia nostra recessit, ita quod, cum literas tuae devotionis recepimus, navem transfretationis (*transfretaturus* Rayn.) intrarat . . . . . .

Vol. I, p. 449. Hoc pactum habent Historiae patriae monumenta. Chartarum tomo I. Aug. Taurin. 1836, p. 1109—1111.

p. 515, l. 4 infer. lege: et *de Clugia* notarius.

p. 534. Nr. CXXXIV affert A. Morosini l. l. p. 221.

p. 558. Nr. CLIV excerpsit A. Morosini l. l. p. 276—279.

Vol. I, p. 571. Nr. CLX; legitur apud A. Morosini l. l. p. 273 huius quasi reciprocum instrumentum.

Vol. II, p. 62 in titulo nr. CLXXXV et p. 63, l. 4 lege: Elmelik *eldâhir*. coll. p. 274.

p. 217, not. 1. Adess quoque chronicon *Guillelmi de Nangis*, Recueil des historiens Tom. XX, p. 759.

p. 235, l. 2 lege: *sexaginta*.

p. 300. Pactum Pisanorum idem est, quod edidit Flaminio dal Borgo Raccolta di scelti diplomi Pisani, Pisa 1765. 4°. p. 210 (cfr. Bibliothèque de l'école des chartes Tom. II, 2. Série, p. 135). Hic quoque textus misere corruptus est, at tamen passim inde auxilia petere licet.

p. 399. *Passus portellae* in documento anni 1271, nr. CCCLXI huius Collectionis, Tom. III, p. 116 recurrit nomine *la Portele*.

p. 402, not. 1 *Gloriata*, Duradi *Llorita*, Beninсasae *Glorietta*, cfr. Lelewel l. l. p. 17.

p. 412, l. 2 in adnot. lege: *Stratonis*.

p. 413, not. 1 *castrum Beroardi* est A. Beninсasae *castel Beroaldo*.

p. 415. In gratiam eorum, quorum interest altius indagare, paraplum Syriae ex mappa Duradi, satis illa memorabili, exhibemus.

| | | |
|---|---|---|
| *Allexamdreta.* | *nife.* | *cusfazo.* |
| *p. benei.* | *uedro.* | *custell pelagi.* |
| *raidalixa.* | *tuscani.* | *iafa.* |
| *llorita.* | *pauste.* | *arzufo.* |
| *llalixa.* | *damor.* | *escalora.* |
| *uallinea.* | *ffrestamte.* | *galzara.* |
| *tortoza.* | *suro.* | *girefa.* |
| *proxime.* | *biancche.* | *llarige.* |
| *tripol de seuia.* | *acra.* | *c. dell gall.* |

Vol. II, p. 470. Hoc decretum ex cod. Trivisan. edidit *Canciani* Barbarorum leg. ant. V, p. 124 sqq.

Vol. III, p. 116, l. 1. De *la Portele* cfr. Tom. II, p. 399. 400.

p. 146, l. 9 lege: eos, *sicut* expellentur.

p. 163, not. 2 lege: Candidae s. *Candiae*.

p. 193, not. 1 *Alto logo* tab. Catal., *Alto luoco* Beninсasae; v. Lelewel pag. 15.

p. 322. In tit. nr. CCCLXXVIII lege in fine: *facte*.

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 07465 1194



Digitized by Google